This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

**Usage guidelines**

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

**About Google Book Search**

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at http://books.google.com/




FROM THE LIBRARY OF
Professor Karl Heinrich Rau
OF THE UNIVERSITY OF HEIDELBERG
PRESENTED TO THE
UNIVERSITY OF MICHIGAN
BY
Mr. Philo Parsons
OF DETROIT
1871

Digitized by Google

878
C7
J75

Digitized by Google

Digitized by Google

# M. TVLLII CICERONIS EPISTOLARVM AD FAMILIARES LIBRI XVI.

*Ex optimis Editionibus recenſuit*

*&*

Adnotationibus perpetuis
ad faciliorem intelligentiam inque
vſum Iuuentutis Scholaſticae
commodum illuſtravit

*adiectis Indicibus neceſſariis*

M. CHRISTIANVS IVNCKERVS,
Dresdenſis.
Ill. Gymn. Saxo-Henneberg. Schleu-
ſingae Con-Rector.

*Cum Privil. Reg. Maieſt. Polon. & Elect. Sax.*

*LIPSIAE & FRANCOFVRTI*
Sumtibus
PAVLI GVNTHERI
Bibliopolae Coburgenſis.
Anno cIↃ IↃ CCIV.

University of Michigan Library
Digitized by Google

878
C7
J95

Digitized by Google

# VIRO
# PRAENOBILISSIMO EXCELLENTISSIMOQVE
# DN. BARTHOLOMAEO KELLNERO,

*ICto,*

Sereniſſimo Dvci Saxo-Iſenacenſi a Conſiliis Aulae, Iuſtitiae & Conſiſtorii,

*Patrono ſuo maxime colendo*

*P. D.*

CHRISTIANVS IVNCKER.

*VIR EXCELLENTISSIME,*

CVm ſuauiſſima mihi ſemper ſoleat eſſe illius temporis recordatio, quo primus ad amicitiam TVAM mihi patuit aditus, tum



Digitized by Google

praeſertim obuerſatur oculis meis candor ille animi TVI, & ad omnem grauitatem decusque compoſitus ſermo, morumque vrbanitas. & lepos iſte eruditus, quo veluti vinculo ſic obſtrinxiſti tunc ſtatim meam mentem, vt viderer hunc retuliſſe inprimis pulcerrimum fructum ex itinere ante quatuor annos Iſenacum ſuſcepto, quod TE coram licuiſſet venerari, quem eximiis laudibus fama & frequentior amicorum commemoratio iam pridem extulerant. Creuit certe hactenus ille inter nos amor, ſiue, quod in me eſſe crederes, quod non plane diſpliceret, ſiue, quod communibus ſtudiis coniungeremur, ſive, quod ea eſſet naturae TVAE praeſtantia, vt, quamuis in illuſtri poſitus loco, humiliori tamen ſorti deſtinatos viros deſpicere truci ſupercilio, a moribus TVIS arbitrarere alienum eſſe; vsque adeo ſaepius inde & litteris & officiis praeclaris facere voluiſti teſtatum, VIR EXCELLENTISSIME, quod me amares. Num ego vero reſponderim ſemper TVAE aut exſpectationi aut opinioni de me conceptae, TVI erit iudicii. Saltim ſcio, TE non dubitare de conſtantia amoris & ſinceritate officii, quam TIBI perſpectam eſſe multoties declaraſti. At in eo peccare viſus

ſum,

Digitized by Google

ſum, nec ſane diffiteor culpam, quod ſerius quam decuit, honoris illius ornamenta, quibus nuper SERENISSIMVS DVX IOHANNES GVILIELMVS, *Pater Patriae Clementiſſimus*, priſtinam TVAM dignitatem auxit, nunc demum gratulor. Sed enim ſera etiam gratulatio reprehendi non ſolet, praeſertim ſi nulla negligentia praetermiſſa eſt. Publice enim adloqui TE malui, inque pignus & fidei erga TE meae, & gaudii, quo perfruor, ob acceſſionem iſtam ampliſſimi decoris, quam ſola virtus TVA promeruit, offerre audeo TIBI hunc libellum, qui *Epiſtolas Ciceronis* in ſe complectitur, veteres TVAS delicias; quibus interpretandis pro iuventute liberaliter educanda eo libentius adplicui operam, quoniam vt id facerem, vel TV ipſemet prae caeteris, VIR EXCELLENTISSIME, exſtitiſti hortator, cum eam in aliis quoque bonae notae ſcriptoribus priſci aeui adhibitam abs me calculo TVO probares. Itaque non gratulor TIBI ſolum nouum honorem, ſed, vt ſempiternae laudi TIBI ille ſit, vtque graviſſima negotia gubernes ac modererė prudentia TVA, Deo auxiliante, cumprimis exopto; ſimul autem vehementer etiam atque etiam rogo, vt munuſculum hoc



Digitized by Google

hoc ea, qua emines, animi aequitate ſuſc
pere, & integrum mihi fauorem Tvv
quo nec prius nec antiquius quidqua
habeo, conſeruare velis. Ego certe, qu
ad Tvam Tvorvmqve dignitate
pertinere arbitrabor, & quaecunque p
terunt a me proficiſci, ſummo ſtudio d
ligentiaque curabo; inprimisque tu
bor omni obſeruantia *Venerabilem Viru*
*Socerum* Tvvm; quod & pro benefici
Veſtris in me, & pro dignitate Ipſius Tv
que facere debeo. Vale, Vir Excel
lentissime. Dabam Schleuſinga
Idib. April. A. C. cIↄIↄCCIV.

LECTO

# LECTORI BENEVOLO

*S. P. D.*

## M. CHRISTIANVS IVNCKER.

N*Ouam ſuaſu Bibliopolae, optimi Viri, parauimus editionem* Epiſtolarum, *quas* M. Tullius Cicero *ſcripſit* ad ſuos Familiares. *Sedecim omnino ſunt libri, qui hoc nomen prae ſe ferunt; neque enim huc illae referri ſolent, quas idem exarauit ad Quintum Fratrem ſuum, T. P. Atticum, M. Brutum & alios. Cauſa vero non vna nos induxit, vt iſtas Epiſtolas denuo iuberemus in lucem prodire, de quibus tamen opus eſſe haud arbitror, vt multa ediſſeramus. Paucis liceat rem expedire. Optime de bonis litteris viſi ſunt promereri, qui, vt emendata vel a MSSptorum Codicum, vel a typothetarum vitiis legerentur verba Ciceronis, hactenus adlaborarunt. In quo genere ſtudiorum noſtris temporibus prae caeteris emi-*



Digitized by Google

*nent celeberrimi Viri*, Iohannes Georgius Graeuius, *fato haud ita pridem functus, &* Chriſtophorus Cellarius. *Sane enim horum opera prorſus ſingulari effectum eſt tandem, vt minus ſolliciti ſimus de Manuſcriptis Codicibus, cum liceat iisdem carere aequo animo. At vero uti cenſendum eſt, excellentes hos viros magis eo contendiſſe, vt eruditis prodeſſe poſſent, quas ipſi adornarunt editiones Epiſtolarum Ciceronis ad Familiares: ita, qui rationem ſcholarum, in quibus ducenda eſt iuuentus ad probam latinitatem, habent perſpectam, fateantur oportet, non parum iuuari adoleſcentes, praeſertim qui priuatim ſuam exercere volunt induſtriam, ſiquidem ea, quae aſperiora forte ſunt, aut minus obuia intellectui, removeantur quaſi, & plana reddatur via, ſine metu offenſionis. Huic igitur rei opportunum viſum eſt, ſi, omiſſis tum adnotamentis Philologicis, tum inepta vt plurimum Variarum Lectionum coaceruatione, ea tantummodo facilioribus verbis explicarentur, quae Cicero paullo interdum obſcurius ſcripſit. Niſi quis enim in mentem alicuius ſcriptoris penetrauerit, fruſtra omne impendet ſtudium, & multum ſe aberraſſe ab elegantia ſtyli demum ſentiet. Penetrare autem non poteſt, niſi intelligat prius ipſa verba, & va-*



Digitized by Google

*riam horum ſignificationem, ſimplicem perinde ac figuratam, & a prima notione alienam. His initiis opus omnino habemus, qui docemus in ſchola; & qui absque iisdem ſe ſperat longe progreſſurum in linguae latinae ſtudio, egregie fallitur.*

*Quod cum perſpicerem, vſu aliquo edoctus, id curae habui potiſſimum, vt plerique ſcriptores veteres, quos Claſſicos adpellare conſueuimus, ad eum modum publice interpretarer, qui plane nihil relinqueret intentatum, ſed redderet omnia intellectu vel imo pueris facillima. Atque hinc adeo factum eſt, vt, cum non diſpliceret iſte labor noſter viris eruditis, qui formandae iuuentuti praeſunt, decreuerimus pergere eadem via, poſtque editos Iuſtinum, Curtium, Virgilium, Phaedrum, Florum, Orationes Ciceronis XII. Terentium, Epiſtolasque Ciceronis, quas vocant minores, & Plutarchi libellum Graecum, de Puerorum educatione, coniunctum cum orationibus tribus Iſocratis, nunc etiam prodire ſinamus epiſtolas Ciceronis ad Familiares; quas adhuc forte hoc anno, certe proximo, excipient & Aurelius Victor & Horatius, Salluſtiusque & Velleius Paterculus, quippe ad prelum fere parati. Dum autem noſtram ſequimur methodum, nullibi ab ea recedentes, nemini facimus iniuriam, tantuma[illegible] [illegible]eſt, vt*

 661[illegible]

Digitized by Google

*aliorum vel laudi vel induſtriae quidquam derogemus, vt augere eam potius ſtudeamus, falcem ſimul ab aliena meſſe prorſus continentes. Vitam autem Ciceronis praemiſimus, qualem a nobis laudatus ſupra* Chriſtophorus Cellarius *concinnauit, cum facile alioquin eſſet, eandem ex integro & rariori libello, quem* Franciſcus Fabricius Marcoduranus *de Hiſtoria Ciceronis ſcripſit, &* Chriſtophorus Heidmannus *Helmſtadii Ao. 1640. in 12. edidit, in compendio repraeſentare. Vale,* LECTOR BENEUOLE, *& noſtris conatibus fauere perge, ſimul autem, qui forte irrepſerunt, errores typothetae, quos leuiores tamen fore perſuademur, pro tua animi aequitate emenda, cum ipſi adeſſe eius operis nequiuerimus. Dabam Schleuſingae, Idib. April.* CIƆICCCIV.

Verte

M. TVL-

Digitized by Google

# M. TVLLII CICERONIS VITA

Secundum annos breuiter digeſta in vſum Epiſtolarum.

* *Quod anni per conſules notantur, viſum eſt ex Faſtis excerptos* CONSVLES *praenotare, vt anni tam in Vita, quam in Epiſtolis diſtinctius cognoſcantur.*

## CONSVLES ROMANI PER VITAM CICERONIS.

Vrbis annus IↃCXLVII, ante natum Chriſtum vulgari calculo CIII.

| *A. Vrbis* | *Conſules* | | *A. Cic.* |
|---|---|---|---|
| 647 | C. Atilius Serranus; | Q. Seruilius Caepio. | 1 |
| 648 | P. Rutilius Rufus; | Cn. Mallius. al. *C. Manilius.* | 2 |
| 649 | C. Marius II. | C. Flauius Fimbria | 3 |
| 650 | C. Marius III. | L. Aurelius Oreſtes | 4 |
| 651 | C. Marius IV. | Q. Lutatius Catulus | 5 |
| 652 | C. Marius V. | M'. Aquillius | 6 |
| 653 | C. Marius VI. | L. Valerius Flaccus | 7 |
| 654 | M. Antonius. | A. Poſtumius Albinus | 8 |
| 655 | Q. Caecil. Metellus | T. Didius | 9 |
| 656 | Cn. Corn. Lentulus. | P. Licinius Craſſus | 10 |
| 657 | Cn. Domitius Ahenob. | C. Caſſius Longinus | 11 |
| 658 | L. Licinius Craſſus | Q. Mucius Scaeuola | 12 |
| 659 | C. Coelius Caldus | L. Domitius Ahenob. | 13 |
| 660 | C. Valer. Flaccus | M. Herennius | 14 |

661. C.

Digitized by Google

| *A. Vrbis* | *Conſules* | | *A. Cic.* |
|---|---|---|---|
| 661 | C. Claudius Pulcher | M. Perpenna | 15 |
| 662 | L. Marcius Philippus | Sex. Iulius Caeſar | 16 |
| 663 | L. Iulius Caeſar | P. Rutilius Lupus | 17 |
| 664 | Cn. Pompeius Strabo | L. Porcius Cato | 18 |
| 665 | L. Cornel. Sylla | Q. Pompeius Rufus | 19 |
| 666 | Cn. Octauius | L. Cornelius Cinna | 20 |
| 667 | C. Marius VII | L. Cornel. Cinna II. | 21 |
| 668 | L. Cornel. Cinna III | Cn. Papirius Carbo. | 22 |
| 669 | L. Cornel. Cinna IV | Cn. Papir. Carbo II. | 23 |
| 670 | L. Corn. Scipio *Aſiatic.* | Cn. Norbanus | 24 |
| 671 | Cn. Papir. Carbo III | C. Marius C. F. | 25 |
| 672 | M. Tullius Decula | Cn. Cornel. Dolabella | 26 |
| 673 | L. Corn. Sylla Felix II | Q. Metellus Pius | 27 |
| 674 | P. Seruilius Iſauricus | Ap. Claudius Pulcher | 28 |
| 675 | M. Aemilius Lepidus | Q. Lutatius Catulus | 29 |
| 676 | M. Aemil. Mamercus | D. Brutus | 30 |
| 677 | Cn. Octauius | C. Scribonius Curio | 31 |
| 678 | C. Aurelius Cotta | L. Octauius | 32 |
| 679 | L. Licinius Lucullus | M. Aurelius Cotta | 33 |
| 680 | C. Caſſius Longinus | M. Terent. Varro Lucull. | 34 |
| 681 | L. Gellius | Cn. Corn. Lentulus | 35 |
| 682 | P. Corn. Lentulus Sura | Cn. Aufidius Oreſtes | 36 |
| 683 | Cn. Pompeius Magnus | M. Licinius Craſſus | 37 |
| 684 | Q. Hortenſius | Q. Caecilius Metellus | 38 |
| 685 | L. Metellus Creticus | Q. Marcius Rex | 39 |
| 686 | C. Calpurnius Piſo | M. Acilius Glabrio | 40 |
| 687 | M. Aemilius Lepidus | L. Volcatius Tullius | 41 |
| 688 | L. Aurelius Cotta | L. Manlius Torquatus | 42 |
| 689 | L. Iulius Caeſar | C. Marcius Figulus | 43 |
| 690 | M. Tullius Cicero | C. Antonius | 44 |
| 691 | D. Iunius Silanus | L. Licinius Murena | 45 |

*Ex hoc tempore initium eſt epiſtolarum.*

| | | | |
|---|---|---|---|
| 692 | M. Puplus Piſo | M. Valerius Meſſalla | 46 |
| 693 | L. Afranius | Q. Metellus Celer | 47 |
| 694 | C. Iulius Caeſar | M. Calpurnius Bibulus | 48 |
| 695 | Calpurn. Piſo Caeſonian⁹ | A. Gabinius | 49 |

*Exſilium Ciceronis: Caeſaris bellum Gallicum incipit.*

| | | | |
|---|---|---|---|
| 696 | P. Lentulus Spinther | Q. Metellus Nepos | 50 |

*Reditus*

Digitized by Google

| A. Vrbis. | Conſules. | | A. Cic. |
|---|---|---|---|
| | *Reditus Ciceronis ab exſilio.* | | |
| 697 | Cn. Lentulus Marcellinus | L. Marcius Philippus | 51 |
| 698 | Cn. Pompeius Magnus II | M. Licinius Craſſus II | 52 |
| 699 | L. Domitius Ahenobarbꝰ | Ap. Claudius Pulcher | 53 |
| 700 | Cn. Domitius Caluinus | M. Valerius Meſſalla | 54 |
| 701 | Pompeius III ſine collega: | ſupremis menſibus Scipio Metellus | 55 |
| | *P. Clodius a Milone occiſus.* | | |
| 702 | Ser. Sulpicius Rufus | M. Claudius Marcellus | 56 |
| | *Cicero in prouinciam profectus.* | | |
| 703 | L. Aemilius Paullus | C. Claudius Marcellus | 57 |
| | *Reditus Ciceronis ex Cilicia.* | | |
| 704 | C. Claudius Marcellus | Cn. Cornel. Lentulus | 58 |
| | *Initium ciuilis belli, & Caeſar* DICTATOR. | | |
| 705 | C. Iulius Caeſar II | P. Seruilius Vatia | 59 |
| | *Pugnatum in campis Pharſalicis.* | | |
| 706 | Caeſar dictator II, | & M. Antonius magiſter equit. | 60 |
| | *extremo anno conſules.* | | |
| | Q. Fuſius Calenus | P. Vatinius | |
| 707 | C. Iulius Caeſar III | M. Aemilius Lepidus | 61 |
| | *Bellum Africanum.* | | |
| 708 | Caeſar dictator III | Lepidus mag. equitum | 62 |
| | *eodem anno* Caeſar IIII | cos. ſine collega | |
| | *Bellum Hiſpanienſe: Tulliae filiae mors.* | | |
| 709 | C. Iulius Caeſar V | M. Antonius | 63 |
| | *Caeſari idib. Mart. interfecto* Dolabella *ſufficitur.* | | |
| 710 | C. Vibius Panſa | A. Hirtius | 64 |

*Bello Mutinenſi conſulibus exſtinctis ſe tribus menſibus ſufficit* C. Caeſar Octauianus *cum* Q. Pedio. *Initur* triumuiratus: *occiditur* Cicero VII. *idus Decemb.*

Haec de annis & conſulibus: ſequitur



Digitized by Google

# VITA CICERONIS EX-CERPTA.

M. Tullius Cicero natus eſt, vt Gellius XV. 2 obſeruauit, Q. Seruilio Caepione & C. Atlio Serrano conſulibus, qui annus vrbis erat ⅠↃCXLVII, ante natam humani generis ſalutem vt vulgo computatur, CIII. Patrem habuit equeſtri dignitate, at nullis functum honoribus: patriam, agrum Arpinatem, & in Fibreni amnis inſula, villa Ciceronum fuit, quam ipſe de Legibu lib. II cap. I ſuam & fratris *germanam patriam* appellat, vnde orti ſint *ſtirpe antiquiſſima*. Pueritia annos conſulatus C. Marii, itidem Arpinatis, quem *municipem ſuum* poſt redit. ad Quir. cap. 8 vocat illuſtrant, quos in faſtis diſtributos vides. Pue vſus eſt praeceptoribus Graecis, vt ipſe ad M. Titinnium apud Suetonium *Rhet. c. 2.* ſcripſit, in quibus Archias poeta fuit, quem a primis pueritia annis ſibi principem ad ingrediendam ſtudiorum rationem exſtitiſſe, oratione pro illo cap. 1. commemorauit. Ita autem profecit in litteris, atqu id nomen inter aequales conſecutus eſt, vt, Plutarcho auctore, parentes illorum, viſendi Ciceroni cauſſa, in ludum ipſi venirent, & condiſcipuli quoquo ibant, Μέσον περὶ τιμῆς, *medium honori cauſſa* Ciceronem inter ſe deducerent. E philoſophis, quod Plutarchus tradit, fere primum Philonem audiit, tum Academiae principem, qui Mithridatico bello Athenis Romam profugerat, atqu ita philoſophiam docebat, vt rhetorum etiam prae

praecepta traderet. *de Orat. III, 28. Tuſcul. II. 3.* Eodem tempore Q. Mucium Scaeuolam, qui augur fuit, iuris ciuilis ſtudio ſectatus eſt, a cuius latere (ita pater praeceperat) quoad potuit licuitque, nunquam ille diſceſſit, quo mortuo ad pontificem Scaeuolam, itidem iuris peritiſſimum, ſe contulit. *de Amic. cap. 1.* Tum Sulpicio trib. pl. quotidie concionanti, & Moloni Rhodio, ad Syllam legato, non minus cauſſarum actori quam magiſtro, multum operae dedit, & totum genus dicendi penitus cognouit. *in Bruto c. 89.* Quamuis autem Muſis, non Marti, natus erat, tamen κατά τινα χρόνον, *aliquantiſper*, bello Marſico ſub Sylla militauit, *Plutarch.* & in exercitu Cn. Pompeii conſulis, XVIII. aetatis anno, tiro fuit, *Philipp. XII. 11.* Sed breui rediit ad ſtudia litterarum, & Diodorum Stoicum ita amauit, vt in domum etiam reciperet, in qua tandem mortuus eſt C. Caeſare & M. Bibulo conſulibus, *IX. epiſt. IV. not.* Adoleſcens ſcripſit *Marium*, hoc eſt res geſtas C. Marii; *de legib. I. ineunte:* & de Inuentione rhetorica libros ſuos, quos *adoleſcenti elapſos* Quintilianus lib. III. cap. 1. dicit: (adde de Orat. I. cap. 2.) vertit ex Graeco Aratea, & Oeconomicum Xenophontis, *Offic. II. 24.* & declamauit aſſidue, ſed Graece magis quam Latine, *Bruto c. 90.* Haec in vmbra & adoleſcens. In lucem productus anno XXVI. P. Quintium defendit, *Hieronym. Chron.* & ſequenti proximo Sex. Roſcium Amerinum, parricidii reum, *Gell. XV. 28*, quae cauſſa tantum commendationis habuit, vt non vlla eſſet, quae ipſius non digna patrocinio videretur, *Bruto cap. 90.* Inde valetudinis

dinis cauſſa in Graeciam Aſiamque profectus, ſ
menſibus Athenis cum Antiocho fuit, veteris A
demiae philoſopho: & cum Demetrio Syro, n
bili dicendi magiſtro: in Aſia, quam totam per
grauit, cum Menippo Stratonicenſi, Diony
Magnete, Aeſchylo Cnidio, Xenocle Adramy
no, quorum doctrina mirabiliter profecit, *ibid*
*c. 91.* Tandem cum Rhodum veniſſet, ſub veteri d
ctore Molone, quem Romae audierat, ita vim el
quentiae conſummauit, vt biennio poſt non mo
exercitatior, ſed prope mutatus, & corporis h
bitu valde confirmatus in Italiam reuerteretu
*ibidem.*

Primus honorum gradus quaeſtura vrbana fu
quam circiter aetatis anno XXXI. geſſit, ex eaq
Sicilienſem, praetore Peducaeo, cum fide & ind
ſtria adminiſtrauit. *Aſcon. Diuin. Verr.* Hinc clie
tela Siculorum, & actiones in C. Verrem, in qu
rum vltima *cap. 14.* ſe aedilem deſignatum dic
quem honorem geſſit Hortenſio & Metello Cre
co conſulibus, id eſt aetatis anno XXXVIII,
ex vnius interuallo praetor primus cunctis cen
riis renuntiatus, pro Manilii lege populo perſu
ſit, vt Mithridatico bello Pompeius praeficeret
Noluit in prouinciam ex praetura ire, *pro Mur*
*c. 20*, quod quidem interpretantur, vt annum co
ſulatus obiret, *Attic. 1. ep. 1.* quo tempore orat
nem in toga candida habuit, & filiam Piſoni Fr
elocauit. Ipſum conſulatum quanto cum glori
geſſerit, Catilinae diſſipata coniuratione, plurim
rum teſtimoniis celebratum eſt. Orationes con
lares Attico lib. II. ep. I. enumerauit decem & d

ὑπομ

Digitized by Google

ἀποσπασμάτια [II & III Agrarias] e quibus perierunt de Othone Roſcio, de filiis proſcriptorum, & qua prouinciam in concione depoſuit. Galliam enim ſortitus, Antonio collegae ceſſit, *in Piſon. 2.* quam ille Metello Celeri, Macedoniam nactus, reliquit, *lib. V. epiſt. I. ſect. 6.* Exacto conſulatu orationem Metellinam ſcripſit, *lib. V. epiſt. I. ſect. 1.* quia magiſtratu abeuntem Metellus Nepos, Celeris frater, tribunus plebis, concionis habendae poteſtate priuauerat, *lib. V. epiſt. II. ſect. 16.* Secutus eſt Clodii inceſtus in Bonae deae ſacris, & ex illius teſtimonio odium periculumque: quo tempore Archiam praeceptorem defendit, poemata tribus libris de ſuo conſulatu ſcripſit; *lib. II. Attic. ep. III.* etiam Flaccum repetundarum reum liberauit. Annus excipit funeſtus & calamitoſus Piſone & Gabinio conſulibus, P. Clodio tribuno plebis, a qua optime meritus de republica M. Cicero, permittentibus illis, aut in hoc ſcelus emtis, in exſilium actus, euerſa domus & Libertati dicata. Quamuis autem non deerant qui propugnarent, ceſſit tamen temporibus, & Dyrrachii aliquamdiu commoratus, *lib XIV ep. I & III,* Theſſalonicam ſe contulit, a Plancio quaeſtore benigniſſime habitus. *Attico III epiſt. XIV & XXII, & pro Plancio c. 14.* Reſtitutus fuit ſequente anno, (vrbis IↃCXCVI, Ciceronis L) Lentulo Spinthere & Metello Nepote conſulibus, fauente Pompeio, ſuffragante vniuerſo populo. Iter reverſionis ad Atticum *lib. IV ep. I* deſcriptum. Illuſtres orationes poſt reditum, in ſenatu, ad Quirites, pro domo, & aliae: & quia Piſo gener, pius in ſocerum exſulem, antequam rediret, diem ſuum obie-



Digitized by Google

rat, *lib. XIV. ep. III. ſect. 6.* Craſſipedi filiam
ſpondit, *II ad fratr. ep. V.* Pro Sextio dixit, & 
Balbo, & in Vatinium, Pompeio autem & Cra
conſulibus, hoc eſt proximo anno in Piſonem
quo tempore etiam libros de Oratore compoſ
Cum Craſſus in Syriam profectus eſſet, Trebat
cum Caeſare erat in Gallia, ad quem epiſtolae ſ
lib. VII. Gabinium, impugnatum antea, poſt
ſenſa Pompeio donata, defendit, *lib. I. epiſt.*
Augur factus loco Craſſi iunioris apud Parthos
terfecti, *Plutarch.* pro Milone, qui Clodium
terfecerat, dixit, vt territus armis potuit: fort
poſtea ſcripſit: Burſam autem ita accuſauit, vt eti
damnaretur, *lib. VII. epiſt. II.* Ser. Sulpicio &
Marcello conſulibus, facto SC. ne quis praetori
aut conſularis intra quinquennium in prouinci
iret, *Dio XL. p. 142*, quam renuerat etiam conſu
ris, *pro Murena c. 20*, nunc non poteſt prouinci
declinare, ſed profectus cum imperio, Cilici
vtramque, & tres in Aſia dioeceſes, cum Cyp
inſula, pulcherrime adminiſtrauit, nomen eti
imperatoris, Amanienſibus deuictis, conſecut
Multae ex locis illis epiſtolae lib. II, III. & X
& Coelii ad Ciceronem lib. VIII. Decedens p
vincia tironem, cuius ingenium amabat, Pa
aegrotantem reliquit, ad quem epiſtolae ſunt
XVI. Interea, Craſſipede defuncto, Dolabel
Tullia, cum in prouincia pater eſſet, nupſit, *lib.*
*epiſt. X. lib. VIII. epiſt. VI.* qui ciuili bello, qu
mox erupit, ad Caeſarem ſe contulit, cum Po
peium ſocer ſequeretur. Cum enim ad vrbem
prouincia veniſſet, omnia ſpectabant ad arma

Ita

Digitized by Google

Italia diſtributa, & Ciceroni Campaniae ora maritima data, *lib. XVI. ep. XI. extr.* Depulſum bellum ex Italia, manente ipſo. Ne vero ingratus in Pompeium videretur, inuitus tandem ſecutus eſt, *lib. VI. ep. VI. ſect. 10.* Afuit tamen pugna ad Pharſalum, δι' ἀῤῥωστίαν, ob aduerſam valetudinem, *Plutarch. p. 880.* Et cum, fugato Pompeio, ſumma belli, etiam cum minis ſi recuſaret, offerretur, *Plutarch. d. l.* tamen ad otium reuertit, Brundiſii Caeſaris clementiam expectans, quam ipſi etiam per litteras ex Aegypto, *Ligar. c. 3. lib. XIV. epiſt. vlt.* deinde praeſens ad Brundiſium confirmauit, *Plutarch. p. 880.* Poſt Africanum bellum Catonem ſcripſit *lib. VII. ep. XXIV.* cui Anticatonem Caeſar oppoſuit, *Sueton. c. 56.* Sub idem tempus orationes pro Marcello, & pro Ligario habitae, & diuortium cum Terentia factum, quae deinde Vibio Rufo nupſit, ac tertium & centeſimum annum expleuit, *Val. Max. VIII. 14.* Cicero duxit Popilliam puellam virginem, *Plutarch.* quamobrem gratulationem accepit & cauſſam inſtituti dicit, *lib. IV. ep. XIV.* Hiſpanienſi bello Tullia, a Dolabella dimiſſa, integra eius cum Cicerone amicitia, *IX. ep. XI.* ex partu obiit, quo caſu tantum vulnus accepit, vt vix ſanari conſolationibus potuerit, quae frequentes ad illum perſcribebantur, a Ser. Sulpicio *IV. ep. XIII.* a Lucceio, *V. ep. XIII.* a Caeſare, ex Hiſpania *Attic. XIII. ep. XX. pr.* & aliis Caedes M. Marcelli non mediocriter etiam adflixit: quo tempore ad Torquatum exſulem litterae lib. VI. ſunt datae. Poſt reditum Caeſaris pro Deiotaro dixit. Interfecto Caeſare, Dolabellae, ſuffecto in



Digitized by Google

eius locum conſuli, gratulatur *lib. IX. ep. XIV*, vt ad rempublicam & libertatem tuendam excitaret. Quod vbi ſecius fieri omnia vidit, Antonio Tyrannidem continuante, in Graeciam abire, ne mala videret, conſtituit. Vento autem aduerſo reiectus, Philippicas priores conſcripſit. Oritur bellum Mutinenſe, fugatur Antonius, a Lepido recipitur. De his orationes Philippicae reliquae, & multae epiſtolae ad Plancum lib. X. ad D. Brutum lib. XI. & horum mutuae. Tandem, triumuiratu inito, proſcriptus ſub finem anni, quo Panſa & Hirtius conſules fuerant, in locum ſubſtitutis Octauiano & Pedio, VII. idus Decembris, *Dialog. de Orator. c. 17.* ſenilem vitam, eripiente Antonio, dimiſit.



Digitized by Google

# M. TVLLII CICERONIS EPISTOLARVM AD FAMILIARES

## LIBER I.

### QVI FERE TOTVS AD P. LENTVLVM PROCOS. EST.

I.

M. CICERO P. LENTVLO PROCOS. S. D.

*Rex Aegypti Ptolemaeus, a ſuis eiectus, vt ab Romanis reſtitueretur, cupide largitionibus laborauit. Obſtabat Sibyllinum carmen, quod vetabat Aegyptium exercitu iuuare. Quidam cenſuerunt, vt Lentulus, Cilicia proconſul, ſine exercitu illum reduceret: alii, vt Pompeius. Quid actum de his in ſenatu fuerit, Cicero perſcribit.*

EGO omni officio, ac potius pietate erga te, ceteris ſatisfacio omnibus. mihi ipſe nunquam ſatisfacio 1. Tanta enim magnitudo eſt tuorum erga me meritorum 2, vt, quoniam tu,

NOTAE IN CICERONIS EPIST. AD FAMILIAR.

LIBER I.

EP. I.

1. *Senſus eſt:* Ego quidem ſatisfacere poſſum omnibus amicis meis vario genere officiorum, & praeſertim etiam in pietate & amore gratoque animo erga Te; videor tamen mihi nunquam ſatisfacere. 2. beneficiorum.



Digitized by Google

tu, niſi perfecta re 3, de me non conqu[eſ]ti; e[go]
quia non idem in tua cauſſa efficio; v[itam] m[ihi]
2 eſſe acerbam 4 putem. In cauſſa haec ſ[unt.] A[m]-
monius, regis legatus, aperte pecunia [no]s o[p]-
pugnat 5. Res agitur per eoſdem creditore[s]
per quos, cum tu aderas, agebatur. Regis ca[uſ]-
ſa, ſi qui ſunt, qui velint, qui pauci ſunt 7, om[nes]
rem 8 ad Pompeium deferri volunt. Sena[tus]
religionis calumniam 9 non religione, ſed ma[le]-
uolentia, & illius regiæ largitionis inuidia co[m]-
3 probat 10. Pompeium & hortari, & orare,
iam liberius 11 accuſare, & monere, vt magn[am]
infamiam fugiat 12, non deſiſtimus: ſed pla[ne]
nec precibus noſtris, nec admonitionibus reli-
4 quit locum 13. Nam cum in ſermone 14 quo-
tidiano, tum in ſenatu palam ſic egit cauſſam t[u]-
am, vt neque eloquentia maiore quiſquam neq[ue]
grauitate, nec ſtudio, nec contentione 15 age[re]
potuer[it]

3. vt ego putem, vitam mihi eſſe acerbam, ſiquidem tua cauſſa id efficere nequeo quod volo, cum tu tam non conquieueris olim in mea cauſſa, donec perficeres, ego reſtituerer ex exilio. 4. moleſtam, taedioſam. 5. n[am] vult audetque largitionibus corrumpere doniſque ſu[is] 6. quibus pecunia promiſſa eſt, vt Regi faueant. 7. ſi ali[qui] ſunt, qui Regi fauent, licet horum ſint pauci. 8. cur[am] & reductionem Regis. 9. falſam carminis religioſi ſeu [Si]byllini interpretationem. 10. *Senſus eſt:* Senatus [ap]probat falſam interpretationem religionis, non prop[ter] ipſam religionem, aut ad tuendam carminis Sibyllini ſe[n]tentiam, ſed quod rex odium ſibi excitauerat per largit[io]nes ſuas, ſiquidem non omnes Senatores erant corru[pti]. 11. maiori libertate linguae. 12. vt nolit famam ſu[am] laedere. 13. ſe patitur permoueri. 14. colloquiis fa[mi]liaribus. 15. opera, niſu, Bemühung.

16.

Digitized by Google

potuerit, cum ſumma teſtificatione 16 tuorum in
ſe 17 officiorum 18, & amoris erga te ſui. Mar- 5
cellinum tibi eſſe iratum ſcis. Is, hac regia cauſ-
ſa excepta 19, ceteris in rebus ſe acerrimum tui
defenſorem fore oſtendit 20. Quod dat, acci-
pimus 21: quod inſtituit 22 referre 23 de religio-
ne 24, & ſaepe iam retulit, ab eo deduci 25 non
poteſt. Res ante idus 26 acta ſic eſt: nam haec
idibus 27 mane ſcripſi. Hortenſii, & mea, & Lu- 6
culli ſententia cedit religioni 28 de exercitu (te-
neri 29 enim res aliter non poteſt) ſed ex 30 illo
ſenatuſconſulto, quod te referente 31 factum eſt,
tibi decernitur, vt regem 32 reducas, quod com-
modo 33 rem facere poſſis: vt exercitum religio
tollat, te auctorem ſenatus retineat 34. Craſſus 7
tres legatos decernit 35: nec excludit 36 Pom-
peium: cenſet enim etiam ex iis, qui cum impe-
rio

16. adfirmatione, Bezeugung, Verſicherung. 17. Pompeium. 18. meritorum, beneficiorum. 19. de reducendo Rege. 20. adfirmat. 21. igitur, quod is pro te facit ac loquitur, grato accipimus animo. 22. quod vero propoſuit ſibi. 23. ad ſenatum, vortragen; referre enim pertinebat ad Conſulem. 24. de carmine Sibyllino, quod is omnino vult ſeruari. 25. diſſuaderi. 26. huius menſis. 27. ipſo iduum die. 28. approbat religionem, quae vetat exercitum ducere in Aegyptum. 29. obtineri, impetrari pro te. 30. per illud, vi illius. 31. cum tu hanc materiam proponeres in Senatu ante diſceſſum tuum. 32. Ptolemaeum a ſuis regno eiectum in illud reducas. 33. omnium commodiſſime, propter vicinitatem, quoniam nunc es in Cilicia. 34. vt exercitus remoueatur ab iſta reductione, id quod praecipit carmen Sibyllinum, tu vero reſtituas regem, qui hoc ſuaſiſti. 35. Craſſi ſententia eſt, vt populus Rom. tres ablegat duces, ſeu oratores. 36. ab hac legatione.



Digitized by Google

rio ſunt 37. Huic adſentiuntur reliqui conſulares 38, præter Seruilium, qui omnino reduci negat oportere: & Volcatium, qui, Lupo referente 39, Pompeio decernit 40: & Afranium, qui adſentitur Volcatio. quae res auget ſuſpicio-
8 nem Pompeii voluntatis 41. nam adverteban-
tur 42 Pompeii familiares adſentire Volcatio. Laboratur vehementer: inclinata res 43 eſt. Libonis & Hypſaei non obſcura 44 concurſatio 45, & contentio 46, omniumque Pompeii familiarium ſtudium, in eam opinionem 47 rem adduxerunt, vt Pompeius cupere 48 videatur. cui qui nolunt, iidem tibi, quod eum ornaſti, non
9 ſunt amici 49. Nos in cauſſa 50 auctoritatem
eo minorem habemus, quod tibi debemus 51. gratiam 52 autem noſtram exſtinguit hominum ſuſpicio, quod Pompeio ſe gratificari putant 53. Vt

37. Craſſi quoque ſententia eſt, vt legati iſti, tales ſint viri, qui magiſtratu funguntur & imperant. 38. qui iam Conſules fuerunt. 39. cum Lupus Tribunus pl. ad Senatum referret. 40. hanc reductionem. 41. quae res facit, vt omnes magis ac magis ſuſpicentur, quod Pompeius velit regem reducere. 42. obſeruabantur. 43. iam ſpes tua ſenſim deficit. 44. clara ſatis & omnibus nota. 45. dum hunc & illum ambiebant, atque ad partes Pompeii pertrahere conabantur. 46. opera. 47. ſtatum, opinionem apud omnes. 48. hanc reductionem regis. 49. illi vero, qui Pompeio non bene cupiunt, male de te ſentiunt, quod beneficiis ornaſti antea Pompeium, eumque rei frumentariae praefeciſti. 50. hac. 51. quoniam tibi obſtrictus ſum. 52. fauorem meum, quem apud alios fortaſſis habeo. 53. quoniam putant, ſe gratam rem Pompeio facere, ſi ei faueant.

54. diu,

Digitized by Google

Vt in rebus multo 54 ante, quam profectus es, ab ipſo rege, & ab intimis ac domeſticis Pompeii clam exulceratis 55, deinde palam a conſularibus exagitatis 56, & in ſummam inuidiam 57 adductis; ita verſamur 58. Noſtram fidem omnes 59; amorem tui 60, abſentes praeſentesque tui 61 cognoſcent. Si eſſet in iis fides, in quibus ſumma 62 eſſe debebat; non laboraremus 63. Vale.

54. diu, iam dudum. 55. corruptis. 56. vituperatis. 57. odium. 58. ita iam nos verſamur, velut in cauſſa ſeu rebus multo ante &c. 59. cognoſcunt, vident. 60. erga te. 61. familiares. 62. fides. 63. nullum laborem habituri eſſemus in obtinenda hac cauſſa.

## II.

## M. T. CICERO. S. D. P. LENTVLO PROCOS.

*Significat quid deinceps actum in ſenatu ſit in cauſſa regia idibus Ianuariis; quae ſententiae dictae; quo Pompeius, quo eius familiares animo: & quae tribuni fruſtra moliti ſint.*

IDibus Ianuariis 1 in ſenatu nihil eſt confectum 2, propterea quod dies 3 magna ex parte conſumtus eſt altercatione 4 Lentuli cos. & Caninii tribuni pl. Eo die nos quoque multa verba fecimus: maximeque viſi ſumus ſenatum commemoratione tuae voluntatis 5 erga illum ordinem

II.

1. die XV. Ianuarii. 2. in hoc negotio peractum. 3. ille. 4. rixa. 5. propenſionis, geneigten Willen.

2 nem 6 commouere. Itaque poſtridie placui
breuiter ſententias 7 diceremus. Videbatu
nim reconciliata nobis voluntas 8 ſenatus e
quod tum dicendo, tum ſingulis appellandi
3 rogandisque perſpexeram. Itaque cum ſent
tia prima Bibuli pronunciata eſſet, vt tres le
regem reducerent: ſecunda Hortenſii, vt t
ne exercitu reduceres 10: tertia Volcatii,
Pompeius 11 reduceret: poſtulatum 12 eſt,
4 Bibuli ſententia diuideretur 13. Quatenus
dereligione dicebat, cuique rei iam obſiſti r
poterat, Bibulo adſenſum 15 eſt. de tribus
5 gatis, frequentes ierunt in alia omnia 16. P
xima erat Hortenſii ſententia, cum Lupus tri
nus pl. quod ipſe de Pompeio retuliſſet, cont
dere 17 coepit, ante ſe oportere diſceſſionem
cere 18, quam conſules. Eius 19 orationi
hementer ab omnibus reclamatum 20 eſt. e
6 enim iniqua, & noua. Conſules neque con
debant 21, neque valde repugnabant; diem c
ſumi

6. Senatorium. 7. noſtras. 8. amica nobis facta
untas ſenatus, quae hactenus fuerat adverſa. 9. d
quemlibet in ſpecie nominabamus & interrogaban
10. illum. 11. ſolus. 12. a Senatoribus. 13. q
niam illa plures res continebat, quae non probaban
14. in ſo ferne. quatenus ille dicebat de carmine Sibyll
obſervando. 15. omnes aſſenſerunt Bibulo. 16. pl
que diſſenſerunt. 17. er wolte durchaus behaupt
18. ſe, tribunum pl. oportere initium facere deceder
non vero conſules. Diſceſſio autem ita eſt intelligen
quando dictae erant diverſae ſententiae, quilibet accede
illi, cui fauebat; Conſules praeibant, & jubebant diſ
dere. 19. Lupi. 20. repugnatum. 21. hanc nou
praetenſionem.

22. fruſt

Digitized by Google

ſumi 22 volebant: id quod eſt factum. perſpi-
ciebant enim in Hortenſii ſententiam multis par-
tibus plures ituros 23: quamquam aperte Vol-
catio adſentirentur. multi rogabantur 24, atque
id ipſum conſulibus inuitis 25, nam ii Bibuli ſen-
tentiam valere 26 cupierunt. Hac controuerſia 7
vsque ad noctem ducta 27, ſenatus eſt dimiſſus:
& ego eo die caſu 28 apud Pompeium coenaui:
nactusque 29 tempus hoc magis idoneum, quam
vnqvam antea, quod 30 poſt tuum diſceſſum is
dies honeſtiſſimus 31 nobis fuerat in ſenatu: ita
ſum cum illo locutus, vt mihi viderer animum
hominis 32 ab omni alia cogitatione ad tuam di-
gnitatem tuendam traducere 33. Quem 34 ego 8
ipſum cum audio, prorſus eum libero omni ſu-
ſpicione cupiditatis 35. cum autem eius familia-
res omnium ordinum 36 video, perſpicio id,
quod iam omnibus eſt a[illegible]um 37, totam rem i-
ſtam iampridem a certi[illegible]inibus, non inuito
rege ipſo 38 conſiliariiſque eius, eſſe corruptam.
Hæc ſcripſi ad d. XVI. kal. Febr. 39. ante lu-
cem 40. eodie ſenatus erat futurus 41. Nos in 9
ſenatu, quemadmodum ſpero, dignitatem no-
ſtram,

22. fruſtra. 23. pleroſque aſſenſuros eſſe ſententiæ Hortenſii. 24. interrogabantur. 25. contra voluntatem Conſulum. 26. praeualere. 27. cum haec altercatio & controverſia protracta eſſet usque ad noctem. 28. fortuito. 29. & eum ego nactus eſſem. 30. quoniam. 31. pulcerrimus, plenus honoris. 32. Pompeii. 33. inclinare, deflectere. 34. Pompeium loquentem. 35. quaſi ipſe cupiat reducere Regem. 36. varii generis ac ſtatus. 37. manifeſtum. 38. ita volente rege. 39. die XVII. Januarii. 40. noch vor tage. 41. cogi, conuocari debebat.



42. ſo

Digitized by Google

ſtram, vt poteſt 42 in tanta hominum perfidia
10 iniquitate, retinebimus. Quod ad popularc
rationem 43 attinet, hoc videmur eſſe conſecu
vt ne quid agi cum populo aut ſaluis auſpiciis 4
11 aut ſaluis legibus, aut denique ſine vi poſſit. I
his rebus, pridie, quam haec ſcripſi, ſenatus a
ctoritas grauiſſima intercesſit 45. cui cum Ca
& Caninius intercesſiſſent 46, tamen eſt perſc
pta 47. eam ad te miſſam eſſe arbitror. De c
teris rebus, quidquid erit actum, ſcribam ad t
12 & vt quam rectiſſime 48 agantur omnia, mea c
ra 49, opera, diligentia, gratia prouidebo 5
Vale.

42. ſo gut als es ſeyn kan. 43. quod attinet
populum, qui facile poteſt concitari a tribunispl. 44.
auſpicia diuina & leges debent manere in ſaluo ſta
45. auctoritas vero ſenatus iam proſpexit, ne populus a
quem poſſet excitare tumultum ſuper hoc negotio. 4
& licet Caninius & Cato repugnarent huic auctoritati
ſenatus conſulto. 47. tanquam res iudicata. 48. op
ime. 49. per meam curam. 50. curabo.

## III.

## M. T. CICERO P. LENTVLO S. D.

*A. Trebonii negotia, quae in prouincia Cilicia hab bat, proconſuli Lentulo diligentiſſime comme dat.*

AVlo Trebonio, qui in tua prouincia magi negotia, & ampla 1, & expedita 2 habe multos annos vtor valde familiariter. Is cu

ant

1. diverſis in locis. 2. quae facile poſſunt perfici, ad finem perduci.



Digitized by Google

antea ſemper & ſuo ſplendore 3, & noſtra ceterorumque amicorum commendatione gratiſſimus in prouincia 4 fuit, tum hoc tempore propter tuum in me amorem, noſtramque neceſſitudinem 5 vehementer confidit 6, his meis litteris ſe apud te gratioſum 7 fore. Quæ ne ſpes eum fallat, vehementer te rogo: commendoque tibi eius omnia negotia, libertos, procuratores 8, familiam 9: inprimisque, vt, quae T. Ampius de eius re 10 decreuit, ea comprobes, omnibusque rebus eum ita tractes, ut intelligat noſtram commendationem non vulgarem 11 fuiſſe. Vale. 3

3. ob dignitatem equeſtrem. 4. tua Cilicia. 5. familiaritatem. 6. magnam ſpem habet & fiduciam. 7. ſe impetraturum eſſe tuam gratiam & fauorem. 8. curatores negotiorum eius, Commiſſarios, Anwälde, Verwalter. 9. & totum eius familiam. 10. negotiis. 11. ſed praecipuam & plane ſingularem.

## IV.

## M. T. CICERO S. D. P. LENTVLO PROCOS.

*Conqueſtus de aduerſariorum calumniis, quae peracta in ſenatu fuerint eodem die, quo ſuperiorem epiſtolam ante lucem ſcripſerat, ſignificat, obtinendae cauſſae ſpe adiecta, niſi vis, quam ſolam timet, interuerterit.*

A. D xvi. kal. Febr. 1 cum in ſenatu pulcerrime ſtaremus 2, quod iam illam ſententiam Bibuli de tribus legatis pridie eius diei 3 fregeramus 4, unum-

IV.

1. die xvii. Jan. 2. cum actio noſtra pulcerrime procederet in ſenatu. 3. den Tag vorher. 4. deieceramus, viceramus.



Digitized by Google

vnumque certamen eſſet relictum, ſententia Vol-
catii 5; res ab aduerſariis noſtris extracta 6 eſt va-
riis calumniis 7. cauſſam enim frequenti ſenatu 8,
in magna varietate 9, magnaque inuidia eorum,
qui a te cauſſam regiam alio 10 transferebant, ob-
2 tinebamus. Eo die acerbum 11 habuimus Cu-
rionem, Bibulum multo iuſtiorem 12, paene
etiam amicum 13. Caninius, & Cato negarunt
ſe legem vllam ante comitia 14 eſſe laturos, ſena-
tus haberi 15 ante kalendas Februar. per legem
Pupiam 16, id quod ſcis, non poteſt, neque men-
ſe Februario toto, niſi perfectis, aut reiectis lega-
3 tionibus 17. Haec tamen opinio eſt populi Ro-
mani, a tuis inuidis 18 atque obtrectatoribus no-
men inductum 19 fictae religionis 20, non tam vt
te impedirent, quam vt ne quis propter exercitus
4 cupiditatem Alexandream vellet ire 21. Digni-
tatis autem tuae, nemo eſt, quin exiſtimet habi-
tam

Lex est, quod populus jubet.

5. & nullum amplius certamen ſupereſſet, quam de ſola ſententia Volcatii. 6. protracta. 7. falſis accuſationibus. 8. cum multi ſenatores nobis aſſentirent. 9. ſententiarum. 10. ad alium, nempe Pompeium. 11. inimicum nobis & repugnantem. 12. quam antea. 13. nobis fauentem. 14. nam poſt diem XII. kal. Febr. fiebant comitia & populus congregabatur ſolemniter. 15. conuocari. 16. a M. Pupio Piſone latam, qua vetabatur habere ſenatum in comitialibus diebus. vid. Cicer. ad Q.Fratr. Ep. II. 13. 17. niſi legationes iam ſint aut decretae aut reiectae in aliud tempus. 18. Neidern, Miſsgönnern. 19. productum eſſe, auf die Bahne gebracht. 20. falſæ interpretationis carminum Sibyllinarum. 21. quam ideo potius, ut nequis vellet ire Alexandraeam, vrbem AEgypti, quod exercitus cupiebat.

22. omnes

Digitized by Google

tam eſſe rationem ab ſenatu 22. Nemo eſt enim,
qui neſciat, quo minus diſceſſio fieret, per aduer-
ſarios tuos eſſe factum 23; qui nunc populi no-
mine 24, re autem vera 25 ſceleratiſſimo latroci-
nio, ſi quae conabuntur agere, ſatis prouiſum 26
eſt, vt ne quid ſaluis auſpiciis 27, aut legibus, aut
iam ſine vi agere poſſint. Ego neque de meo 5
ſtudio 28, neque de nonnullorum 29 iniuria 30
ſcribendum mihi eſſe arbitror. quid enim aut me
oſtentem 31? qui, ſi vitam pro tua dignitate pro-
fundam, nullam partem videar tuorum merito-
rum adſecutus 32: aut 33 de aliorum iniuriis que-
rar? quod ſine ſummo dolore facere non poſſum.
Ego tibi a vi 34, hac praeſertim imbecillitate ma- 6
giſtratuum 35, praeſtare nihil poſſum: vi exce-
pta 36, poſſum confirmare 37, te & ſenatus &
populi Rom. ſummo ſtudio 38 amplitudinem 39
tuam retenturum 40. Vale.

V. M. T.

22. omnes autem cenſent, quod Senatus habuerit rationem dignitatis tuae. 23. omnes enim ſciunt, factum eſſe per adverſarios tuos, vt ſententia pro te lata non adprobaretur. 24. ſub praetextu, quaſi id populus vellet. 25. ille vero praetextus revera eſt latrocinium. 26. cautum, proſpectum a Senatu. 27. ſi ſalua manere debent auſpicia. 28. Gefliſſenheit, Dienſtbegierde. 29. huius vel illius. 30. adverſus te. 31. cur enim glorier de meo ſtudio erga te? 32, licet enim vitam quoque pro te profunderem, tamen nondum exaequarem aliquam partem tuorum meritorum in me. 33. aut cur. 34. ſi velis rem agere per vim, 35. quoniam magiſtratus hoc tempore non ſatis virium habet. 36. quod ſi vero cupis vt ab omni vi abſtineam. 37. verſichern. 38. voluntate, amore. 39. honorem ac dignitatem. 40. eſſe.

V. 1. Etſi

Digitized by Google

# V.
# M. T. CICERO S. D. P. LENTVLO PROCOS.

*Scribit de C. Catonis promulgatione, de ſtatu regiae cauſſae, de ſuo Seliciique conſilio, cuius non inbonorum euentum ſperat.*

TAmetſi nihil mihi fuit optatius 1, quam vt pri-
mum abs te ipſo, deinde a ceteris omnibus
quam gratiſſimus erga te eſſe cognoſcerer: tamen
adficior ſummo dolore 2, eiuſmodi tempora
poſt tuam profectionem conſecuta 3 eſſe, vt &
meam, & ceterorum erga te fidem & beneuo-
2 lentiam abſens experirere 4. Te autem videre,
& ſentire, eandem fidem eſſe hominum in tua di-
gnitate 5, quam ego in meam ſalutem ſum exper-
3 tus 6; ex tuis litteris intellexi. Nos cum maxi-
me conſilio, ſtudio, labore, gratia, de cauſſa re-
gia 7 niteremur, ſubito exorta eſt nefaria 8 Ca-
tonis promulgatio 9, quae noſtra ſtudia 10 im-
pediret, & animos a minore cura ad ſummum
4 timorem traduceret. Sed tamen in eiuſmodi
perturbatione rerum quamquam omnia ſunt me-
tuenda, nihil 11 magis, quam perfidiam, time-
mus:

V.

1. Etſi ego nihil magis optaui. 2. magnum ſentio dolorem. 3. incidiſſe. 4. cognoſceres. 5, tuenda. 6. quam fidem ego quoque ſum expertus, cum pellerer in exilium, proditus quippe a perfidis amicis. 7. de rege Ptolemaeo reſtituendo per te. 8. iniuria, impia. 9. legis, de imperio, quod Lentulo abrogari deberet. 10. meum erga te favorem & conatum. 11. nihil tamen.

12. dic

Digitized by Google

mus: & Catoni quidem (quoquo modo ſe
res habeat 12) profecto 13 reſiſtimus. De A- 5
lexandrina re, cauſſaque regia tantum habeo 14
polliceri, me tibi abſenti, tuisque 15 praeſentibus
cumulate 16 ſatisfacturum. Sed vereor, ne 17
aut eripiatur nobis, aut deſeratur: quorum
vtrum 18 minus velim, non facile poſſum exiſti-
mare. Sed ſi res coget 19, eſt quiddam ter- 6
tium 20, quod neque Selicio, nec mihi diſplice-
bat: vt neque iacere 21 regem pateremur, nec
nobis repugnantibus 22 ad eum 23 deferri 24,
ad quem prope iam delatum exiſtimatur. A 7
nobis agentur omnia diligenter: vt nec, ſi quid
obtineri poterit, non contendamus 25: nec, ſi
quid non obtinuerimus, repulſi eſſe videamur.
Tuae ſapientiae, magnitudinisque animi eſt 26, 8
omnem amplitudinem, & dignitatem tuam in
virtute 27, atque in rebus geſtis tuis, atque in tua
grauitate 28 poſitam 29 exiſtimare. ſi quid ex iis
rebus, quas tibi fortuna largita eſt, nonnullo-
rum hominum perfidia detraxerit 30, id maiori
illis fraudi 31, quam tibi futurum 32. A me 9
nullum tempus praetermittitur de tuis rebus &
agendi,

12. die Sache mag an ihr ſelber ſeyn wie ſie will. 13. Sane, reuera. 14. poſſum. 15. amicis. 16. abunde. 17. ne illa cauſſa. 18. vtrum ex his duobus. 19. ſi neceſſitas id poſtulabit. 20. inter haec duo. 21. deſeri. 22. contra voluntatem noſtram. 23. Pompeium. 24. reductionem regis, 25. vt et omnem nauemus operam. 26. tui officii eſt, tanquam viri ſapientis et magnanimi. 27. fortitudine. 28. auctoritate. 29. eſſe. 30. abſtulit. 31. damno. 32. fore, exiſtimare debes.

33. in

Digitized by Google

agendi, & cogitandi: vtorque ad omnia 33 (
Selicio: neque enim prudentiorem quemqua
ex tuis 34, neque fide maiorem 35 eſſe iudic
10 neque amantiorem 36 tui. Heic 37 quae aga
tur, quaeque acta ſint, ea te et litteris 38 mult
rum, & nuntiis cognoſcere arbitror. quae aute
poſita ſunt in coniectura, quaeque mihi vident
fore 39, ea puto tibi a me ſcribi oportere.
11 Poſteaquam Pompeius apud populum a.
VIII. idus Februar. 40 cum pro 41 Milone
ceret 42, clamore conuicioque iactatus eſt 4
in ſenatuque a Catone aſpere & acerbe nin
um, magno ſilentio 44, eſt accuſatus: viſus
12 mihi vehementer eſſe perturbatus. Itaque Ale
andrina cauſſa, quae nobis adhuc integra eſt 4
(nihil enim tibi detraxit ſenatus, niſi id, quod p
eandem religionem 46 dari alteri 47 non pote
13 videtur ab illo 48 plane eſſe depoſita 49. Nu
id ſperamus, idque molimur 50, vt, cum rex i
telligat ſeſe id, quod cogitabat, vt a Pompeio r
ducatur, adſequi non poſſe, et, niſi per te ſit r
ſtitutus 51, deſertum ſe atque abiectum fore; pr
ficiſc

33. in omnibus his negotiis. 34. amicis. 35. neq vllum, qui fidelior eſſet. 36. neque vllum, qui te ma amet. 37. Romae. 38. ex litteris. 39. accidere pc certo. 40. die VIII. Febr. 41. pro defenſione Milo aduerſus Clodium. 42. verba faceret ad populum. 43 er vom Volck offentlich mit Worten geſchimpfet w den. 44. dum omnes Senatores et auditores ſileba 45. quae nondum decreta eſt contra nos. 46. quam ſeruare cupit Senatus ex libris Sibyllinis. 47. neque am Pompeio, vel cuicunque alteri. 48. Pompeio. 49. glecta, reiecta. 50. contendimus, agimus. 51. Ptolomae

52. l

ficiſcatur 52 ad te. quod ſine vlla dubitatione 53,
ſi Pompeius paullum modo oſtenderit ſibi place-
re 54, faciet. Sed noſti hominis 55 tarditatem, 14
et taciturnitatem. Nos tamen nihil, quod ad
eam rem pertineat, praetermittimus. Ceteris in-
iuriis, quae propoſitae ſunt 56 a Catone, facile,
vt ſpero, reſiſtemus. Amicum ex conſularibus 15
neminem tibi eſſe video, praeter Hortenſium, &
Lucullum: ceteri ſunt partim obſcurius 57 ini-
qui, partim non diſſimulanter 58 irati. Tu fac 16
animo forti magnoque ſis: ſperesque fore, vt
fracto impetu 59 leviſſimi 60 hominis, tuam pri-
ſtinam dignitatem, et gloriam conſequare.

52. rex. 53. ohne einzig Bedencken. 54. hoc ſuum conſilium ad te proficiſcendi. 55. Pompeii. 56. in Senatu. 57. clanculum. 58. palam, ſie machen keine Heimlichkeit daraus. 59. ira, iniuria aduerſus te. 60. Catonis.

## VI.

## M. T. CICERO S. D. P. LENTVLO PROCOS.

*Et a temporis medela, et a ſuo exemplo ſolatur Lentulum in tardo ſperatae rei progreſſu, et ad animi magnitudinem adhortatur.*

QVae gerantur, accipies ex Pollione, qui omnibus negotiis non interfuit ſolum, ſed praefuit 1. Me in ſummo dolore, quem in tuis rebus capio, maxime ſcilicet conſolatur ſpes, quod

VI.

1. Omnia ipſe direxit ac geſſit.



Digitized by Google

vide 133



quod valde ſuſpicor 2 fore, vt infringat
hominum improbitas et 4 conſiliis tuorum a
corum, et ipſa die 5, quae debilitat 6 cogita
2 nes et inimicorum, et proditorum. Facil
cundo loco 7 me conſolatur recordatio n
rum 8 temporum, quorum imaginem vide
rebus tuis. nam etſi minore in re violatur tua
gnitas, quam mea ſalus adflicta ſit: tamen eſt
ta ſimilitudo 9, vt ſperem te mihi ignoſcere,
non timuerim, quae ne tu quidem vnquam
3 menda duxiſti 10. Sed praeſta te eum, qui
a teneris, vt Graeci dicunt 11, vnguiculis 1
cognitus. Illuſtrabit 13 (mihi crede) tuam an
tudinem hominum iniuria. a me omnia ſun
in te ſtudia, officiaque exſpecta. non fallam
nionem tuam 14. Vale.

VII. M

2. arbitror. 3. debilitetur, diminuatur. 4. tum
conſilia. 5. per diuturnitatem temporis. 6. debili
commutare ſolet. 7. deinde, porro. 8. antea, e
mei ac periculorum. 9. inter tempora vtriusque noſt
10. *Senſus eſt:* cum Cato legem promulgaret, non t
tibi, quia nec tu timebas, me exſule, cum ſperares
quod etiam factum eſt, vt eadem calamitas maiori
honori eſſet; quod etiam de tuis rebus nunc confido.
in proverbio, ἐξ ἁπαλῶν ὀνύχων. vide Eraſmi R
rod. Adag. Chil. I, Cent. VII. adag. LII. f. m. 246.
eſt a pueritia. 13. augebit, magis conſpicuam & illuſ
faciet. 14. faciam id, quod tu ſperas.

VII. 1. C

Digitized by Google

# VII.

## M. T. C. LENTVLO PROCOS. S. D.

*Varia haec reſponſoria epiſtola habet. Poſt moratum exordium agit de amicorum fide* n. 3: *de Alexandrina cauſſa* n. 8: *de ſuis conſiliis* n. 11: *de conſtantia tenenda* n. 21: *de reipub. ſtatu* n. 25: *de Tulliae nuptiis* n. 28: *de Lentuli filio* n. 29.

LEgi tuas litteras, quibus ad me ſcribis, gratum
tibi eſſe, quod crebro certior per me fias [1] de
omnibus rebus [2], & meam erga te beneuolentiam
facile perſpicias. quorum alterum mihi, vt te plu-
rimum diligam, facere neceſſe eſt [3], ſi volo is [4]
eſſe, quem tu me eſſe voluiſti: alterum [5] facio li-
benter: vt, quoniam interuallo locorum [6] &
temporum [7] disiuncti ſumus, per litteras tecum
quam ſaepiſſime colloquar. Quod [8] ſi rarius 2
fiet, quam tu exſpectabis, id erit cauſſae [9], quod
non eius generis [10] meae litterae ſunt, vt eas au-
deam temere [11] committere. quoties mihi certo-
rum [12]

VII.

1. Quod ſaepius accipis nuntium. 2. quae heic Romae aguntur. 3. neceſſe eſt autem, vt alterum ex his duobus faciam, nempe vt te diligam. 4. amicus. 5. relationem de rebus heic geſtis. 6. propter diſtantiam locorum, Ciliciae nempe ab Italia. 7. dum tu tamdiu Proconſul abes ab vrbe Roma. 8. Colloquium per litteras. 9. in cauſſa. 10. ex eo genere. 11. omnibus, cuiuis tabellario.



Digitized by Google

rum [12] hominum poteſtas erit, quibus recte [13]
3 dem, non praetermittam [14]. Quod ſcire vis,
qua quisque in te fide ſit, & voluntate [15]; diffi-
cile dictu eſt de ſingulis. Vnum illud audeo, quod
ante tibi ſaepe ſignificaui, nunc quoque, re per-
ſpecta & cognita [16], ſcribere: vehementer quos-
dam homines, & eos maxime, qui te & maxime
debuerunt [17], & plurimum iuuare potuerunt,
inuidiſſe dignitati tuae: ſimillimamque in re diſ-
ſimili, tui temporis nunc, & noſtri quondam, fuiſſe
rationem [18]: vt [19], quos tu reip. cauſſa [20] laeſe-
ras, palam te oppugnarent: quorum auctorita-
tem, dignitatem, voluntatemque defenderas, non
tam memores eſſent virtutis tuae, quam laudis
4 inimici [21]. Quo quidem tempore, vt perſcripſi
ad te antea, cognoui Hortenſium percupidum [22]
tui, ſtudioſum Lucullum, ex magiſtratibus [23] au-
tem L. Racilium, & fide & animo in te ſingulari.
nam noſtra propugnatio ac defenſio dignitatis
tuae, propter magnitudinem beneficii tui fortaſſe
pleriſque officii maiorem auctoritatem habere vi-
5 deatur, quam ſententiae [24]. Praeterea quidem
de

12. fidorum. 13. tuto dare poſſim. 14. talem occa-
ſionem. 15. affectu. 16. poſtquam rem accurate per-
ſpexi. 17. iuuare. 18. & tecum nunc eodem modo
agi, quo mecum olim actum fuit. 19. vt illi. 20. dem
gemeinen Weſen zum beſten. 21. inuidi laudis tuae.
22. amantem, beneuolum. 23. ex iis, qui magiſtratum
& officia publica gerunt. 24. quod ego vero defendo
tuam dignitatem, id videtur quibusdam non tam eſſe mea
ſententia, quam potius officium, & grati animi demon-
ſtratio, ſiquidem magno beneficio tibi ſum obſtrictus.

25. quod

Digitized by Google

de conſularibus[25] nemini poſſum aut ſtudii erga te, aut officii, aut amici[26] animi eſſe teſtis. Ete- 6
nim Pompeium, qui mecum ſaepiſſime non ſolum a me prouocatus[27], ſed etiam ſua ſponte de te communicare[28] ſolet, ſcis temporibus illis non ſaepe in ſenatu fuiſſe. cui quidem litterae tuae, quas proxime miſeras, quod facile intellexerim, periucundae fuerunt. mihi quidem humanitas tua, vel ſumma potius ſapientia, non iucunda ſolum, ſed etiam admirabilis viſa eſt. Virum[29] 7
enim excellentem, & tibi tua praeſtanti in eum liberalitate[30] deuinctum, nonnihil ſuſpicantem propter aliquorum opinionem ſuae cupiditatis[31], te ab ſe abalienatum; illa epiſtola retinuiſti[32]. qui mihi cum ſemper tuae laudi fauere viſus eſt, etiam ipſo ſuſpicioſiſſimo tempore Caniniano[33]: tum vero[34] lectis tuis litteris, perſpectus eſt a me, toto animo de te, ac de tuis ornamentis[35] & commodis cogitare. Quare ea, 8
quae ſcribam, ſic habeto[36], me, cum illo[37] re ſaepe communicata, de illius ad te ſententia atque auctoritate ſcribere: Quoniam ſenatusconſultum nullum exſtat, quo reductio regis Alexandrini

25. quod ad Conſulares attinet. 26. beneuoli 27. inuitatus, rogatus, excitatus, occaſionem nactus. 28 colloqui mecum. 29. Pompeium. 30. beneficio, ſiquidem Pompeius a te profectus eſt rei frumentariae. 31. quoniam aliqui putabant, acſi Pompeius vehementer cuperet regem reducere. 32. ab hac cupiditate retinuiſti Pompeium per tuam epiſtolam. 33. quando Caninius tribunus pl. legem tulit, vt Pompeius reduceret regem. 34. maxime autem tunc, 35. honoribus. 36. intelligito, ſic accipere debes. 37. Pompeio.



Digitized by Google

drini tibi ademta ſit, eaque, quae de ea ſcripta eſt, auctoritas [38], cui ſcis interceſſum eſſe [39], vt ne quis omnino regem [40] reduceret, tantam vim habet, vt magis iratorum hominum ſtudium [41], quam conſtantis ſenatus conſultum eſſe videatur: te
9 perſpicere poſſe, qui Ciliciam, Cyprumque teneas [42], quid efficere, & quid conſequi poſſis: & ſi res facultatem [43] habitura videatur, vt Alexandriam, atque Aegyptum tenere poſſis, eſſe & tuae, & noſtri imperii dignitatis [44], Ptolemaide, aut aliquo propinquo loco rege collocato [45], te cum claſſe atque exercitu proficiſci Alexandriam: vt, cum eam pace praeſidiiſque firmaris, Ptolemaeus redeat in regnum. ita fore, vt per te reſtituatur, quemadmodum ſenatus initio cenſuit: & ſine multitudine [46] reducatur, quemadmodum homines religioſi Sibyllae [47] placere dixerunt.
10 Sed haec ſententia ſic & illi [48], & nobis probabatur, vt ex euentu homines de tuo conſilio exiſtimaturos videremus: ſi cecidiſſet [49], vt volumus & optamus; omnes te & ſapienter & fortiter [50]: ſin aliquid eſſet offenſum [51], eosdem illos

& cu-

38. Senatusconſultum. 39. a tribunis pl. Caninio & Catone. 40. Pompeium. 41. cupiditas. 42. tanquam Proconſul. 43. & ſi videatur res perfici poſſe. 44. id fore & tibi dignitati & noſtro quoque imperio. 45. poſtquam a te rex aut in vrbem Ptolomaida aut in aliquem propinquum locum collocatus ſit. 46. exercitu. 47. quemadmodum homines religioſi dixerunt id placere Sibyllae in ſuis carminibus. 48. Pompeio. 49. ſi itaque haec res accidiſſet & eueniſſet. 50. omnes homines tunc dicturos eſſe, te & ſapienter & fortiter feciſſe. 51. ſi vero res non ſuccederet ex voto.

52. eoſ-

Digitized by Google

& cupide, & temere feciſſe dicturos[52]. Quare, 11
quid adſequi poſſis, non tam facile eſt nobis, quam
tibi, cuius prope in conſpectu Aegyptus eſt, iudi-
care. Nos quidem hoc ſentimus: ſi exploratum
tibi ſit[53], poſſe te illius regni potiri, non eſſe cun-
ctandum: ſi dubium[54], non eſſe conandum. Il- 12
lud tibi adfirmo, ſi rem iſtam ex ſententia[55] geſſe-
ris, fore, vt abſens a multis[56]; cum redieris[57], ab
omnibus collaudere. Offenſionem[58] eſſe peri- 13
culoſam propter interpoſitam auctoritatem[59],
religionemque video. ſed ego te vt ad certam
laudem adhortor, ſic a dimicatione[60] deterreo:
redeoque ad illud, quod initio ſcripſi, totius fa-
cti tui iudicium non tam ex conſilio tuo, quam ex
euentu homines eſſe facturos[61]. quod ſi haec 14
ratio[62] rei gerendae periculoſa tibi videbitur;
placebat[63] illud, vt, ſi rex amicis tuis, qui per
Phoenicen atque imperii tui prouincias ei credi-
diſſent[64], fidem ſuam praeſtitiſſet, & auxiliis eum
tuis, & copiis adiuuares: eam eſſe naturam[65], &
regionem prouinciae tuae, ut illius[66] reditum vel
adiuuando confirmares, vel negligendo impe-
dires.

52. eoſdem homines tunc dicturos eſſe, te cupide nimis ac temere feciſſe. 53. quod ſi tu certo putes. 54. ſi vero dubitares adhuc. 55. ex voto. 56. collaudere. 57. Romam. 58. caſum vero & fortunam in ea re aduerſam. 59. quoniam Senatus perſcripſit ſententiam, ne quis regem reduceret. 60. a praelio cum Aegyptiis ineundo. 61. quod homines facturi ſint iudicium de facto tuo, non ex conſilio tuo & bona intentione, ſed ex euentu potius. 62. hic modus. 63. mihi ac Pompeio. 64. dediſſent pecunias mutuas. 65. conditionem, ſitum, gelegenheit. 66. Ptolemaei.



Digitized by Google

15 dires. In hac ratione quid res, quid cauſſa, qu
tempus ferat, tu facillime optimeque perſpicie
quid nobis placuiſſet, ex me potiſſimum puta
16 te ſcire oportere. Quod mihi de noſtro ſtat
de Milonis familiaritate, de leuitate [67] & imbecil
litate Clodii gratularis; minime miramur, te tui
vt egregium artificem [68], praeclaris operibus lae
tari: quamquam eſt incredibilis hominum per
uerſitas (grauiori [69] enim verbo vti non libet) qu
nos [70], quos fauendo [71] in communi cauſſa re
tinere potuerunt, inuidendo [72] abalienarunt
17 quorum [73] maleuolentiſſimis obtrectationibu
nos ſcito de vetere illa noſtra diuturnaque ſen
tentia prope iam eſſe depulſos: non nos qui
dem [74], vt noſtrae dignitatis ſimus obliti, ſed v
habeamus rationem aliquando etiam ſalutis [75]
18 Poterat vtrumque praeclare [76], ſi eſſet fides, 
grauitas [77] in hominibus conſularibus. ſed tant
eſt in pleriſque leuitas, vt eos non tam conſtanti
in repub. noſtra delectet, quam ſplendor offen
19 dat. Quod eo libentius ad te ſcribo, qui non ſo
lum temporibus iis [78], quae per te ſum adeptu
ſed etiam olim naſcenti [79] prope noſtrae laud
dignitati, virtutique praefuiſti; ſimul quod vide
non

67. Leichtſinnigkeit. 68. quippe qui opus egr
gium feciſti, dum me exſulem reduxiſti Romam. 6
verdrieslicher. 70. me. 71. ſi fauere mihi voluiſſe
72. dum mihi potius inuident. 73. per quorum obtr
ctationes. 74. non equidem ita nos depulerunt. 7
noſtrae. 76. fieri. 77. auctoritas & conſtantia. 7
in quibus reſtitutus ſum ex exilio. 79. ſed me etiam i
uaſti & promouiſti ad laudem & honores.

80. qu

Digitized by Google

non, vt antehac putabam, nouitati eſſe inuiſum meae: in te enim homine omnium nobiliſſimo[81] ſimilia inuidorum vitia perſpexi: quem tamen illi eſſe in principibus[82] facile ſunt paſſi; euolare[83] altius, certe noluerunt. Gaudeo tuam diſſimilem[84] fuiſſe fortunam: multum enim intereſt, 20
vtrum laus imminuatur, an ſalus deſeratur. me meae tamen ne nimis poeniteret[85], tua virtute perfectum[86] eſt: curaſti enim[87], vt plus additum ad memoriam nominis noſtri, quam ademtum de fortuna videretur. Te vero moneo, cum bene- 21
ficiis tuis tum amore incitatus meo, vt omnem gloriam, ad quam a pueritia inflammatus fuiſti, omni cura atque induſtria conſequare[88]: magnitudinemque animi tui, quam ego ſemper ſum admiratus, ſemperque amaui, ne vnquam inflectas cuiusquam iniuria[89]. Magna eſt hominum 22
opinio de te, magna commendatio[90] liberalitatis, magna memoria[91] conſulatus tui. haec profecto vides quanto expreſſiora[92], quantoque illuſtriora

80. quod iam homines non amplius inuiderent nouitati meae. Cicero enim erat homo nouus; *qui*, vt Velleius ait, II. 34. 3. *omnia incrementa ſua ſibi debuit vir nobiliſſimae nouitatis*. Vnde inuidia nobilium Romanorum in ipſum. 81. qui ex antiquiſſima familia ducis genus tuum. 82. inter principes vrbis. 83. vt vero ad maiores honores adſcenderes. 84. a mea fortuna. 85. ne tamen me poeniteret illorum, quae ego olim feci pro republica. 86. effectum. 87. dum me reſtituiſti. 88. quaeras. 89. propter iniuriam huius vel illius aduerſus te. 90. laus. 91. eorum ſumma quoque memoria eſt, quae geſſiſti in tuo conſulatu. 92. clariora.

ſtriora futura ſint, cum aliquantum ex [93] prouin-
23 cia atque ex imperio laudis acceſſerit. Quam-
quam te ita gerere volo [94], quae per exercitum
atque imperium gerenda ſunt, vt haec multo ante
meditere [95], huc te pares, haec cogites, ad haec
te exerceas: ſentiasque id, quod quia ſemper
ſperaſti, non dubito, quin adeptus intelligas, te
facillime poſſe obtinere ſummum atque altiſſi-
24 mum gradum ciuitatis [96]. Quae quidem mea
cohortatio ne tibi inanis, aut ſine cauſſa ſuſcepta
videatur, illa me ratio mouit, vt te ex noſtris euen-
tis [97] communibus admonendum putarem, vt
conſiderares in omni reliqua vita, quibus crede-
25 res [98], quos caueres. Quod ſcribis te velle ſcire,
qui ſit reipublicae ſtatus; ſumma diſſenſio eſt,
ſed eſt contentio [99] diſpar. nam qui plus opibus,
armis, potentia valent, profeciſſe [100] tantum mihi
videntur ſtultitia [1] & inconſtantia aduerſariorum,
26 vt etiam auctoritate iam plus valerent. Itaque
perpaucis aduerſantibus [2], omnia, quae ne per
populum quidem ſine ſeditione ſe adſequi poſſe
arbitrabantur, per ſenatum conſecuti ſunt. nam
& ſtipendium Caeſari decretum eſt, & decem
legati [3]: & ne lege Sempronia ſuccedere-
tur [4],

93. quando tibi adhuc aliquid laudis acceſſerit ex iis, quae geres Proconſul in tua prouincia, ac durante tuo imperio. 94. quamquam volo, vt ita haec geras. 95. tecum expendas. 96. in vrbe Roma. 97. quae nobis hactenus euenerunt. 98. fidem haberes. 99. ſtudium, bemühung, einer will da hinaus, der andre dort hinaus. 100. eo vsque veniſſe. 1. per ſtultitiam. 2. dum pauciſſimi iis repugnant. 3. militares.

4. &

tur[4], facile perfectum eſt. Quod ad te breuius 27
ſcribo, quia me ſtatus hic reipub. non delectat:
ſcribo tamen, vt te admoneam, quod ipſe litte-
ris[5] omnibus a pueritia deditus, experiendo[6]
tamen magis, quam diſcendo cognoui, tu, rebus
tuis integris[7], diſcas, neque ſalutis noſtrae ratio-
nem nobis habendam eſſe ſine dignitate, neque
dignitatis ſine ſalute[8]. Quod mihi de filia, & de 28
Craſſipede[9] gratularis, agnoſco humanitatem
tuam: ſperoque, & opto, nobis hanc coniunctio-
nem[10] voluptati[11] fore. Lentulum[12] noſtrum, 29
eximia ſpe, ſummae virtutis adoleſcentem, cum[13]
ceteris artibus, quibus ſtuduiſti ſemper ipſe, tum
inprimis imitatione[14] tui fac erudias. nulla enim
erit hac praeſtantior diſciplina[15]: quem nos, &
quia tuus, & quia te dignus eſt filius, & quia nos
diligit, ſemperque dilexit, inprimis amamus, ca-
rumque habemus.

VIII.

4. & facile perfectum eſt per amicos Caeſaris, vt nemo ei ſuccederet in prouincia Gallia, ſed eius imperium adhuc in quinque annos prorogaretur; quod tamen vetabat lex a Sempronio Gracho olim lata. 5. eruditioni, ſtudiis. 6. per longam experientiam. 7. dum tuae res adhuc ſunt in bono ſtatu. 8. & quod non aeſtimare debeamus ſalutem noſtram, niſi ea coniuncta ſit cum dignitate, neque dignitatem, niſi coniuncta ſit cum ſalute. 9. genero meo, & marito filiae meae Tulliae, ea enim primo nupſit Calpurnio Piſoni, poſt Craſſipedi, & tandem Dolabellae. 10. nuptias & adfinitatem. 11. gaudio. 12. filium tuum & mihi cariſſimum. 13. cum in: 14. ita vt is imitari diſcat virtutes tuas. 15. non enim poteris illum felicius erudire, quam per imitationem tuarum virtutum.

# VIII.

## M. T. CICERO P. LENTVLO PROCOS. S. D.

*De ſtatu rerum publica conqueritur: Lentulum ſolatur ſpe exigua cauſſae regiae, aut propemodum exſtinctae: certiorem ſpem ſupplicationum facit, vt dolorem Lentuli leniat.*

DE omnibus rebus, quae ad te pertinent, quid actum, quid conſtitutum ſit, quid Pompeius ſuſceperit, optime ex M. Plaetorio cognoſces: qui non ſolum interfuit his rebus, ſed etiam praefuit[1]: neque vllum officium erga te hominis amantiſſimi, prudentiſſimi, diligentiſſimi praetermiſit.
2 miſit. Ex eodem[2] de toto ſtatu rerum communium[3] cognoſces: quae quales ſint, non facile eſt ſcribere. ſunt[4] quidem certe in amicorum noſtrorum poteſtate, atque ita, vt nullam mutationem vnquam hac hominum aetate[5] habitura
3 res eſſe videatur. Ego quidem, vt debeo, & vt tute[6] mihi praecepiſti, & vt me pietas[7] vtilitasque cogit, me ad eius[8] rationes[9] adiungo, quem tu in meis rationibus[10] tibi eſſe adiungendum pu-
4 taſti. Sed te non praeterit[11], quam ſit difficile, ſenſum in republica praeſertim rectum & confirmatum,

VIII.

1. omnia negotia ipſe curauit peregitque. 2. Plaetorio. 3. quae heic aguntur. 4. illae res. 5. hoc tempore, his moribus hominum. 6. tu ipſe. 7. amor erga te. 8. Pompeii. 9. voluntatem. 10. cum ego reducendus eſſem Romam ex exilio. 11. bene ſcis.

12. oſten-

Digitized by Google

matum, deponere [12]. Verumtamen ipſe me
conformo [13] ad eius voluntatem, a quo honeſte [14]
diſſentire non poſſum: neque id facio, vt forſi-
tan quibusdam videor, ſimulatione [15]. Tantum 5
enim animi inductio [16], & me hercule amor erga
Pompeium apud me valet, vt quae illi vtilia ſunt,
& quae ille vult, ea mihi omnia iam & recta, &
vera videantur. neque, vt ego arbitror, erra-
rent [17], ne aduerſarii quidem eius [18], ſi, cum pares
eſſe non poſſent [19], pugnare [20] deſiſterent. Me 6
quidem etiam illa res conſolatur, quod ego is
ſum, cui vel maxime concedant [21] omnes, vt vel
ea defendam, quae Pompeius velit, vel taceam:
vel etiam, id quod mihi maxime lubet, ad noſtra
me ſtudia referam litterarum [22]. quod profecto
faciam, ſi mihi per eiusdem [23] amicitiam licebit.
Quae enim propoſita fuerant nobis, cum & ho- 7
noribus ampliſſimis, & laboribus maximis per-
functi eſſemus [24], dignitas in ſententiis dicendis,
libertas in repub. capeſſenda [25]; ea ſublata tota [26]:
ſed nec mihi magis [27], quam omnibus. Nam aut
adſentiendum eſt nulla cum grauitate paucis [28],
aut

12. oſtendere, declarare. 13. ich richte mich. 14. mit ehren und reputation. 15. ex quadam animi ſimulatione. 16. perſuaſio & prepenſio animi mei, 17. illi. 18. Pompeii. 19. da ſie ihm in keinem ſtucke können gewachſen ſeyn. 20. Pompeio repugnare. 21. nachgeben. 22. ad Philoſophiam me rurſus confero. 23. ſi mihi licebit id facere, & officia amicitiae, quam cum Pompeio habeo, praeſtanda, mihi hoc permittent. 24. cum geſſiſſemus honores & ſuſtinuiſſemus labores. 25. in adminiſtranda & defendenda. 26. nunc eſt. 27. non tam mihi erepta eſt illa reſp. & libertas. 28. ſed aut iam oportet vt adſentiamus paucis cum nulla auctoritate.

29. de

Digitized by Google

8 aut fruſtra diſſentiendum. Haec ego ad te ob
eam cauſſam maxime ſcribo, vt iam de tua quo-
que ratione[29] meditere. Commutata tota ratio
eſt ſenatus, iudiciorum, rei totius publicae: otium
nobis exoptandum eſt: quod ii, qui potiuntur
rerum[30], praeſtaturi videntur: ſi[31] quidam ho-
mines patientius[32] eorum potentiam ferre potue-
9 rint. Dignitatem quidem illam conſularem for-
tis & conſtantis ſenatoris[33], nihil eſt quod cogi-
temus. Amiſſa eſt culpa[34] eorum, qui a ſenatu
& ordinem coniunctiſſimum[35], & hominem cla-
10 riſſimum[36] abalienarunt. Sed vt ad ea, quae con-
iunctiora rebus tuis ſunt[37], reuertar; Pompeium
tibi valde amicum eſſe cognoui: & eo tu conſu-
le[38], quantum ego perſpicio, omnia quae voles,
obtinebis: quibus in rebus me ſibi ille adfixum[39]
habebit: neque a me vlla res, quae ad te pertineat,
negligetur. Neque enim verebor, ne ſim ei mo-
leſtus, cui iucundum erit[40], etiam propter id
11 ipſum, quod me eſſe gratum videbit[41]. Tu velim
tibi ita perſuadeas, nullam rem eſſe minimam,
quae ad te pertineat, quae mihi non carior ſit,
quam

29. de ſtatu rerum tuarum. 30. qui imperium ſummum in vrbe habent. 31. ſi modo. 32. maiori patientia. 33. qualem priſci Senatores oſtenderunt. 34. per culpam. 35. equeſtrem, quem Cicero Conſul Senatui coniunxerat. 36. Cn. Pompeium Magnum, cuius acta in bello Mithridatico ne confirmarentur a Senatu, quidam obſtiterunt. 37. quae propius pertinent ad res tuas. 38. quando is erit Conſul. 39. coniunctiſſimum. 40. als der es ſehr gerne ſehen wird. 41. quoniam videbit, me velle oſtendere gratum animum.

42. cum-

Digitized by Google

quàm meae res omnes, idque cum ſentiam [42], ſedulitate mihimet ipſe ſatisfacere poſſum [43]: re quidem ipſa, ideo mihi non ſatisfacio, quod nullam partem tuorum meritorum non modo referenda, ſed ne cogitanda quidem gratia, conſequi poſſum [44]. Rem te valde bene geſſiſſe ru- 12
mor erat. Exſpectabantur litterae tuae: de quibus eramus iam cum Pompeio locuti. quae ſi erunt adlatae, noſtrum ſtudium exſtabit [45] in conueniendis magiſtratibus, & ſenatoribus [46].
Cetera quae ad te pertinebunt, cum etiam plus 13
contenderimus [47], quam poſſumus, minus tamen faciemus, quam debemus [48].

IX. M.T.

42. cumque haec mea ſententia ſit. 43. tamen, licet omnem operam adhibeam, ſatisfacere mihi non poſſum. 44. quoniam nondum exaequare poſſum ne partem quidem vllam meritorum tuorum in me, nec imo per grati animi cogitationem, nedum demonſtrationem. 45. omnem nos operam impendemus. 46. vt ad ea nos Senatores & magiſtratus reliquos, vt tibi decernant ſupplicationem. 47. quando etiam maiorem operam dabimus. 48. facere.

IX. I. amo.

Digitized by Google

## IX.

# M. T. CIC. P. LENTVLO IMPERATORI S. D.

*Excuſabundus reſpondet Lentulo, qui quaeſierat, cur in gratiam cum Caeſare, Vatinio, & Craſſo rediiſſet. Rationes conſilii ſui multis verbis exponit, & de Caeſare quidem ad num. 49. usque: de Vatinio, inde ad num. 54; de Craſſo denique in reliquis. Tandem de ſcriptis ſuis reſpondet n. 67, & de Q. fratris negotio n. 72, quibus addit de Appii ſpe ſuccedendi n. 47, & de publicanis non offendendis, num. 77.*

PEriucundae mihi fuerunt litterae tuae: quibus
intellexi te perſpicere meam in te pietatem [1]:
quid enim dicam beneuolentiam? cum illud ipſum
grauiſſimum & ſanctiſſimum nomen pietatis le-
Captatio benevolentiae uius mihi meritis erga me tuis [2] eſſe videatur.
2 Quod autem grata tibi mea erga te ſtudia ſcribis
eſſe, facis tu quidem abundantia [3] quadam amo-
ris: vt etiam grata ſint ea, quae praetermitti [4] ſine
nefario ſcelere non poſſunt. Tibi autem multo
notior, atque illuſtrior [5] meus in te animus eſſet,
ſi hoc tempore omni, quo disiuncti fuimus, &
3 vna [6] & Romae fuiſſemus. Nam in eo ipſo,
Pronomen infinitum ad praecedens verbum quod te oſtendis eſſe facturum, quodque & in-
primis potes [7], & ego a te vehementer exſpecto,
in ſententiis ſenatoriis [8], & in omni actione, at-
que

IX.

1. amorem & affectum. 2. quam merita tua erga me.
3. ex quadam. 4. a me. 5. clarior, magis perſpicuus.
6. ſimul, beyſammen. 7. facere. 8. Senatorum.
9. omnis

Digitized by Google

que adminiſtratione reipub. floruiſſemus[9], de qua oſtendam equidem paullo poſt, qui ſit meus ſenſus[10] & ſtatus: & reſcribam tibi ad ea quae quaeris[11]. Sed certe & ego te auctore[12] amiciſ- 4
ſimo ac ſapientiſſimo, & tu me conſiliario fortaſſe non imperitiſſimo, fideli quidem, & beneuolo certe vſus eſſes. quamquam tua quidem cauſſa, te eſſe imperatorem, prouinciamque bene geſtis rebus cum exercitu victore[13] obtinere, vt debeo[14], laetor. Sed certe, qui tibi ex me fru- 5
ctus[15] debentur, eos vberiores & praeſentiores[16] praeſens[17] capere potuiſſes. In eis vero vlciſcendis[18], quos tibi partim inimicos eſſe intelligis propter tuam propugnationem[19] ſalutis meae, partim inuidere, propter illius actionis[20] amplitudinem & gloriam, me tibi comitem[21] praebuiſſem. quamquam ille perennis inimicus[22] 6
amicorum ſuorum, qui tuis maximis beneficiis ornatus, in te potiſſimum fractam illam & debilitatam vim ſuam[23] contulit, noſtram vicem[24] vltus eſt ipſe ſeſe: eſt enim ea conatus, quibus patefactis[25], nullam ſibi in poſterum non modo dignitatis, ſed ne libertatis quidem partem reliquit.

9. omnia obtinuiſſemus, eminuiſſemus. 10. mea ſententia. 11. ſcire cupis. 12. ſuaſore. 13. qui hoſtes vicit. 14. meiner Schuldigkeit gemäſs. 15. officia. 16. certiores. 17. ſi Romae fuiſſes. 18. ego vero me tibi comitem praebuiſſem in iis vlciſcendis. 19. quoniam tu defendiſti ſalutem meam. 20. qua me reſtituiſti. 21. ſocium. 22. Cato. 23. quia nihil effecit hac ſua promulgatione aduerſus te. 24. quod nos facere & vlciſci debuiſſemus, ipſe adeo fecit. 25. quae cum patefacta eſſent.

26. att

7 quit. Te autem, etſi mallem in meis rebus ex-
pertum[26], quam etiam in tuis, tamen in mole-
ſtia[27] gaudeo, eam fidem cognoſcere hominum
non ita magna mercede[28], quam ego[29] maximo
dolore cognoram. de qua ratione tota iam vi-
detur mihi exponendi[30] tempus dari, vt tibi re-
8 ſcribam ad ea, quae quaeris. Certiorem te per
litteras ſcribis eſſe factum, me cum Caeſare, &
cum Appio eſſe in gratia[31]: teque id non repre-
hendere adſcribis. Vatinium autem ſcire te velle
oſtendis, quibus rebus adductus[32] defenderim,
& laudarim. Quod tibi vt planius[33] exponam,
altius paullo rationem conſiliorum meorum re-
9 petam[34], neceſſe eſt. Ego me, Lentule, initio
rerum atque actionum tuarum non ſolum meis[35],
ſed etiam reipub. reſtitutum putabam. & quo-
niam tibi incredibilem quendam amorem, &
omnia in[36] te ipſum ſumma ac ſingularia ſtudia
deberem, reipublicae, quae te in me reſtituendo
multum adiuuiſſet, eum certe me animum[37] me-
rito ipſius[38] debere arbitrabar, quem antea tan-
tummodo communi officio ciuium[39], non ali-
quo erga me ſingulari beneficio debitum prae-
10 ſtitiſſem. Hac me mente fuiſſe, & ſenatus ex
me,

26. etſi mallem, vt expertus eſſes magis in meis rebus, quam in tuis, quam fallax ſit hominum fides. 27. etiam in rebus aduerſis. 28. non tanto cum dolore. 29. in exilium eiectus. 30. tibi ſcribendi. 31. rediiſſe in gratiam, eſſe reconciliatum. 32. permotus. 33. accuratius, clarius. 34. vt deducam. 35. meae familiae. 36. erga te. 37. gratum atque beneuolum. 38. reipublicae. 39. ad quod omnes ciues obſtricti ſunt.

40. cum

Digitized by Google

me, te conſule [40], audiuit, & tu in noſtris ſermonibus collocutionibusque ipſe vidiſti: etſi iam primis temporibus illis multis rebus meus offendebatur animus, cum, te agente de reliqua noſtra dignitate, aut occulta nonnullorum odia, aut obſcura [41] in me ſtudia cernebam. Nam neque 11
de monimentis meis [42] ab iis adiutus es, a quibus debuiſti [43]: neque de vi nefaria, qua cum fratre eram domo expulſus: neque, hercule, in iis ipſis rebus, quae quamquam erant mihi propter rei familiaris naufragia [44], neceſſariae, tamen a me minimi putabantur [45], in meis damnis ex auctoritate ſenatus ſarciendis [46], eam voluntatem [47], quam exſpectaram, praeſtiterunt. Quae cum 12
viderem, neque enim erant obſcura [48], non tamen tam acerba mihi haec accidebant [49], quam erant illa grata [50], quae fecerant. Itaque quamquam & Pompeio plurimum, te quidem ipſo praedicatore ac teſte, debebam: & eum non ſolum beneficio [51], ſed amore etiam, & perpetuo quodam iudicio [52] meo diligebam: tamen non reputans quid ille [53] vellet [54], in omnibus meis ſententiis de repub. priſtinis permanebam. Ego 13
ſeden-

40. cum tu Conſul eſſes. 41. non ſatis clam aut certa 42. de domo mea & aliis ad me pertinentibus. 43. adiuuari. 44. calamitatem & factum damnum. 45. parui aeſtimabantur. 46. reſtituendis. 47. bonam & adiumentum. 48. erant enim illa ſatis perſpicua. 49. tamen haec omnia non tam acerba & moleſta mihi erant. 50. reſtitutio mea. 51. propter beneficium mihi praeſtitum. 52. quia is ſemper mihi viſus fuerat amore dignus. 53. Pompeius. 54. cuperet.



Digitized by Google

ſedente[55] Cn. Pompeio, cum, vt laudaret P. Sextium, introiſſet in vrbem, dixiſſetque teſtis Vatinius, me fortuna & felicitate C. Caeſaris commotum illi[56] amicum eſſe coepiſſe; dixi, me eam Bibuli fortunam, quam ille adflictam[57] putaret, omnium triumphis victoriisque anteferre: dixique eodem teſte, alio loco, eosdem eſſe, qui Bibulum exire domo prohibuiſſent, & qui me coëgiſſent[58].

14 Tota vero interrogatio[59] mea nihil habuit, niſi reprehenſionem illius tribunatus[60] in quo omnia dicta ſunt libertate, animoque[61] maximo de vi[62], de auſpiciis[63], de donatione regnorum[64].

15 Neque vero hac in cauſſa modo, ſed conſtanter ſaepe in ſenatu[65]: quin etiam Marcellino & Philippo conſulibus[66], nonis Aprilibus[67], mihi eſt ſenatus adſenſus, vt de agro Campano[68] frequenti[69] ſenatu idibus Maiis[70] referretur. Num potui magis in arcem[71] illius cauſſae inuadere: aut magis obliuiſci temporum meorum, meminiſſe actionum?

16 Hac a me ſententia dicta, magnus animorum factus eſt motus cum[72]

55. cum ſederet Cn. Pompeius in iudicio P. Sextii quem Cicero defendit. 56. Caeſari. 57. miſeram. 58. ire ex domo mea in exilium. 59. oratio mea in Vatinium, quae plurimas habet interrogationes. 60. quem Vatinius geſſit. 61. fortiter, libere, animoſeque. 62. intentata Conſuli Bibulo. 63. a Vatinio contemtis. 64. de foederibus, quae ille cum regibus quibusdam inierat, & illis regna donare auſus fuerat. 65. haec dixi. 66. cum Philippus & Marcellinus eſſent conſules. 67. die 5. Aprilis. 68. diuidendo. 69. cum plurimi conueniſſent Senatores. 70. die xv. Maii. 71. das Hauptwerck worauf die gantze Sache beruhete.

72.

cum[72] eorum, quorum oportuit[73], tum illorum etiam, quorum nunquam putaram[74]. Nam hoc ſenatusconſulto in meam ſententiam facto, Pompeius, cum mihi nihil[75] oſtendiſſet, ſe eſſe offenſum[76], in Sardiniam, & in Africam profectus eſt: eoque itinere Lucam[77] ad Caeſarem venit: ibi multa de mea ſententia queſtus eſt Caeſar: quippe qui etiam Rauennae[78] Craſſum ante vidiſſet: ab eoque in[79] me eſſet incenſus[80]. Sane moleſte Pompeium id ferre conſtabat: quod[81] 17
ego cum audiſſem ex aliis, maxime ex meo fratre cognoui[82]: quem cum in Sardinia Pompeius paucis poſt diebus, quam Luca diſceſſerat, conueniſſet: Te ipſum, inquit, cupio, nihil opportunius potuit accidere: niſi cum Marco fratre diligenter egeris, dependendum[83] tibi eſt, quod mihi pro illo ſpopondiſti[84]. Quid multa[85]? queſtus eſt grauiter: ſua merita commemorauit: 18
quid egiſſet saepiſſime de actis Caeſaris cum ipſo meo fratre, quidque ſibi is de me recepiſſet[86], in memoriam redegit[87]: ſeque, quae de mea ſalute egiſſet, voluntate[88] Caeſaris egiſſe, ipſum meum fratrem teſtatus eſt: cuius cauſſam, dignitatemque, mihi vt commendaret, rogauit, vt eam ne oppugna-

72. ſo wohl. 73. quorum animos oportuit commoueri. 74. animos commotum iri. 75. nulla in re. 76. a me. 77. in vrbe Luca. 78. in vrbe Rauenna. 79. contra me. 80. ad iram inſtigatus. 81. nempe, moleſte id ferre Pompeium. 82. intellexi, audiui. 83. exſoluendum, faciendum. 84. pollicitus fuiſti. 85. quid opus eſt multis verbis? 86. promiſiſſet. 87. commemorauit. 88. ex.



Digitized by Google

oppugnarem[89], ſi nollem aut non poſſem tueri.
19 Haec cum ad me frater pertuliſſet[90], & cum, ante
tamen[91], Pompeius ad me cum mandatis Vibul-
lium miſiſſet, vt integrum mihi de cauſſa Campa-
na ad ſuum reditum reſeruarem[92]; collegi ipſe
me[93], & cum ipſa quaſi repub. collocutus ſum: vt
mihi tam multa pro ſe perpeſſo atque perfuncto
concederet[94], vt officium meum, memoremque
in benemeritos animum, fidemque fratris mei
praeſtarem: cumque, quem bonum ciuem ſem-
20 per habuiſſet, bonum virum eſſe pateretur[95]. In
illis autem meis actionibus, ſententiiſque omni-
bus, quae Pompeium videbantur offendere, cer-
torum hominum, quos iam debes ſuſpicari[96],
ſermones referebantur ad me: qui cum illa ſen-
tirent in repub. quae ego agebam, ſemperque
ſenſiſſent; me tamen non ſatisfacere Pompeio,
Caeſaremque inimiciſſimum mihi futurum, gau-
21 dere ſe aiebant. Erat hoc mihi dolendum:
ſed multo magis illud, quod inimicum meum[97],
meum[98] autem? immo vero legum, iudi-
ciorum, otii[99], patriae, bonorum omnium,
ſic amplexabantur[100], ſic in manibus habe-
bant[1],

89. publice ei reſiſterem. 90. narrauiſſet mihi. 91. antequam frater mihi haec diceret. 92. ne quid agerem in cauſſa Campana de diuidendis agris, quam ipſe rediret. 93. ipſe mecum omnia accurate conſideraui. 94. vellet illa concedere id mihi, qui tam multa perpeſſus eſſem hactenus pro ipſa. 95. & vellet illa pati, vt ego quoque vir bonus eſſem, qui bonus ciuis ſemper fuiſſem. 96. coniicere. 97. P. Clodium. 98. an vero ille ſit ſolummodo meus inimicus? 99. tranquillitatis publicae. 100. amabant.

1. veluti

Digitized by Google

bant[1], ſic fouebant[2], ſic me praeſente oſculabantur, non illi quidem[3], vt mihi ſtomachum[4] facerent, quem ego funditus[5] perdidi; ſed certe vt facere[6] ſe arbitrarentur. Heic ego quantum hu- 22
mano conſilio efficere potui, circumſpectis rebus meis omnibus, rationibusque ſubductis[7], ſummam[8] feci cogitationum mearum omnium, quam tibi, ſi potero, breuiter exponam. Ego ſi ab im- 23
probis, & perditis ciuibus rempub. teneri viderem, ſicut & meis temporibus ſcimus[9], & nonnullis aliis[10] accidiſſe; non modo non[11] praemiis, quae apud me minimum valent, ſed ne periculis quidem compulſus[12] vllis, quibus tamen mouentur etiam fortiſſimi viri, ad eorum cauſſam me adiungerem: ne ſi ſumma quidem eorum in me merita conſtarent[13]. Cum autem in republica Cn. 24
Pompeius princeps eſſet vir, is, qui hanc potentiam, & gloriam maximis in rempublicam meritis[14], praeſtantiſſimisque rebus geſtis eſſet conſecutus: cuiusque[15] ego dignitatis ab adoleſcentia[16] fautor, in praetura autem, & in conſulatu[17] adiutor etiam exſtitiſſem: cumque idem auctoritate, & ſententia per ſe[18], conſiliis, & ſtudiis tecum[19] me adiuuiſſet, meumque inimicum[20],

vnum[21]

1. veluti geſtabant. 2. diligebant & colebant. 3. non illi quidem hoc agebant. 4. iram. 5. plane. 6. mihi iram & taedium. 7. & cum omnia probe conſideraſſem. 8. den gantzen innhalt. 9. accidiſſe. 10. temporibus. 11. compulſus. 12. permotus. 13. quod ego non facerem, licet maximis beneficiis illi me ſibi obſtrinxiſſent. 14. per merita. 15. Cn. Pompeii. 16. mea. 17. cum Praetor & Conſul eſſem. 18. von ſich ſelbſt. 19. ſimul tecum. 20. Clodium.

 21. vni-

vnum[21] in ciuitate haberet inimicum: non putaui famam[22] inconſtantiae mihi pertimeſcendam, ſi quibusdam in ſententiis paullum me immutaſſem, meamque voluntatem ad ſummi viri[23], de meque
25 optime meriti dignitatem adgregaſſem. In hac ſententia complectendus[24] erat mihi Caeſar, vt vides, in coniuncta & cauſſa & dignitate. Heic multum valuit tum vetus amicitia, quam tu non ignoras mihi & Q. fratri[25] cum Caeſare fuiſſe; tum humanitas eius, ac liberalitas breui tempore[26], & litteris[27] & officiis perſpecta[28] nobis & cognita.
26 Vehementer etiam res ipſa publica me mouit, quae mihi videbatur contentionem[29], praeſertim maximis rebus a Caeſare geſtis, cum illis viris nolle fieri: & ne fieret[30] vehementer recuſare. Grauiſſime autem me in hac mente impulit & Pompeii fides, quam de me Caeſari dede-
27 rat; &[31] fratris mei, quam[32] Pompeio. Erant praeterea haec animaduertenda in ciuitate[33], quae ſunt apud Platonem[34] noſtrum ſcripta diuinitus, QVALES IN RE PVBLICA PRINCIPES ESSENT, TALES RELIQVOS SO-
28 LERE ESSE CIVES. Tenebam memoria[35], nobis conſulibus[36] ea fundamenta iacta ex calendis

21. vnicum & ſolum. 22. malam. 23. C. Iulii Caeſaris. 24. defendendus. 25. meo. 26. hactenus. 27. per epiſtolas. 28. demonſtrata, intellecta. 29. diſſenſionem. 30. talis contentio. 31. fides. 32. dederat. 33. hac noſtra. 34. vt videtur in L. IV. de Legibus, p. 542. edit. Baſil. μεταβάλλειν ποτε πόλιν τὰς νόμους τῶν δυναστευόντων ἡγεμονία. 35. recordabar. 36. cum ego Conſul eſſem.

37. ad

Digitized by Google

lendis Ianuariis confirmandi ſenatus[37], vt nemi-
nem mirari oporteret nonis Decembribus[38] tan-
tum vel animi fuiſſe in illo ordine[39], vel auctorita-
tis; idemque[40] memineram, nobis priuatis[41] vs-
que ad Caeſarem & Bibulum conſules, cum ſen-
tentiae noſtrae magnum in ſenatu pondus habe-
rent, vnum fere ſenſum[42] fuiſſe bonorum[43] om-
nium. Poſtea cum tu Hiſpaniam citeriorem[44] 29
cum imperio obtineres: neque reſpublica con-
ſules haberet, ſed mercatores[45] prouinciarum,
& ſeditionum ſeruos ac miniſtros: iecit[46] quidam
caſus caput[47] meum, quaſi certaminis cauſſa, in
mediam contentionem diſſenſionemque ciuilem.
Quo in diſcrimine, cum mirificus[48] ſenatus[49], in- 30
credibilis Italiae totius, & ſingularis bonorum
omnium conſenſus in me tuendo exſtitiſſet[50]: non
dicam quid acciderit; multorum eſt enim, & va-
ria culpa; tantum dicam breui, non mihi exer-
citum[51], ſed duces[52] defuiſſe. in quo, vt iam ſit
in iis culpa, qui me non defenderunt; non mi-
nor[53] eſt in iis, qui reliquerunt[54]: &, ſi accuſan-
di ſunt[55], ſi qui pertimuerunt; magis etiam repre-
hendendi[56], ſi qui ſe timere ſimularunt. Illud 31
quidem

37. ad confirmandum Senatum. 38. die VII. Decembris. 39. Senatorio. 40. & ego quoque. 41. cum ego priuatus viuerem. 42. hanc ſententiam concordem, 43. ciuium. 44. Hiſpania diuiditur in citeriorem & vlteriorem. 45. qui quaſi mercaturam quandam cum prouinciis exercebant. 46. proiecit. 47. vitam. 48. conſenſus. 49. des Raths. 50. fuiſſet. 51. amicos minores & clientes. 52. potentiores amicos, quales erant Caeſar, Pompeius, Craſſus & alii. 53. culpa. 54. deſeruerunt me. 55. illi. 56. ſunt illi.



Digitized by Google

quidem certe noſtrum conſilium iure laudandum
eſt, qui meos ciues, & a me conſeruatos, & me
ſeruare cupientes, ſpoliatos ducibus, ſeruis arma-
tis obiici noluerim: declararique maluerim, quan-
ta vis eſſe potuiſſet in conſenſu bonorum, ſi iis
pro me ſtante pugnare licuiſſet[57], cum adfli-
32 ctum[58] excitare[59] potuiſſent. Quorum quidem
animum tu non perſpexiſti ſolum, cum de me
ageres: ſed etiam confirmaſti, atque tenuiſti[60].
qua in cauſſa (non modo non negabo, ſed etiam
ſemper & meminero, & praedicabo libenter)
vſus es quibusdam nobiliſſimis hominibus, for-
tioribus in me reſtituendo, quam fuerant iidem
in tenendo[61]. qua in ſententia ſi conſtare[62] voluiſ-
ſent, ſuam auctoritatem ſimul cum ſalute mea
33 recuperaſſent. Recreati[63] enim boni viri con-
ſulatu tuo, & conſtantiſſimis atque optimis actio-
nibus tuis excitati, Cn. Pompeio praeſertim ad
cauſſam adiuncto[64]. Cum etiam Caeſar rebus
maximis geſtis, ſingularibus ornatus & nouis ho-
noribus[65], ac iudiciis ſenatus, ad auctoritatem
eius ordinis adiungeretur; nulli improbo ciui
locus[66] ad rempub. violandam eſſe potuiſſet.
34 Sed attende quaeſo, quae ſint conſecuta. primum

illa

57. ſi iis licuiſſet pugnare pro me, qui adhuc ſtabam & nondum eiectus eram in exilium. 58. me eiectum & lapſum. 59. iuuare, erigere. 60. retinuiſti in fauore erga me. 61. retinendo me antequam eiicerer, cum tamen facile me potuiſſent conſeruare. 62. perſtare, conſtanter manere. 63. ſunt. 64. praeſertim cum Pompeius ſeſe adiungeret tibi in me reſtituendo. 65. ſupplicatione videlicet decreta per xv. dies, quod nemini ante Caeſarem permiſſum fuerat. 66. occaſio.

67. P. Clo-

Digitized by Google

illa furia muliebrium religionum [67], qui non pluris fecerat Bonam Deam [68], quam tres ſorores, impunitatem eſt illorum ſententiis adſecutus: qui, cum tribunus pl. [69] poenas a ſeditioſo ciue [70] per bonos viros iudicio perſequi vellet, exemplum praeclariſſimum in poſterum vindicandae ſeditionis de rep. ſuſtulerunt: iidemque poſtea non meum monimentum [71], (non enim illae manubiae [72] meae, ſed operis locatio [73] mea fuerat) monimentum vero ſenatus, hoſtili nomine, & cruentis inuſtum litteris [74] eſſe paſſi ſunt.
Qui me homines, quod [75] ſaluum eſſe voluerunt, 35
eſt mihi gratiſſimum: ſed vellem non ſolum ſalutis meae, quemadmodum medici [76], ſed etiam, vt aliptae [77], virium, & coloris rationem habere
voluiſſent. Nunc vt Apelles Veneris caput, & 36
ſumma [78] pectoris politiſſima arte perfecit, reliquam partem corporis inchoatam reliquit [79]: ſic quidam homines in capite meo ſolum elaborarunt [80]: reliquum corpus imperfectum, ac rude
relique-

67. P. Clodius, qui ſacra Bonae Deae inceſtauit. 68. cuius ſacra a ſolis mulieribus peragi ſolebant. 69. T. Annius Milo. 70. Clodio. 71. domum. 72. quam domum non ex praeda erexeram, ſed tanquam opus meum locaueram ac dederam ſenatui. 73. hanc meam domum, quae non tam mea eſt, quam potius domus Senatus. 74. a Clodio, qui ſuum nomen praeſcripſerat huic domui meae. 75. quoniam. 76. facere ſolent. 77. facere conſueuerunt, Aliptae dicuntur ab ἀλείφω, vngo, & erant miniſtri, qui vngebant dominos in balneo, non tam ſanitatis, quam coloris viuidi ac roboris conſeruandi cauſſa. 78. ſupremam pectoris partem. 79. cum opprimeretur morte vide Ciceron. de offic. 2. 2. 80. omnem operam poſuerunt, vt ego reſtituerer, quoad vitam & honores.



Digitized by Google

37 reliquerunt. In quo ego ſpem feſelli non modo
inuidorum, ſed etiam inimicorum meorum: qui
de vno acerrimo & fortiſſimo viro, meoque iu-
dicio[81], omnium magnitudine animi & conſtan-
tia praeſtantiſſimo, Q. Metello, Lucii filio, quon-
dam falſam opinionem acceperunt: quem poſt
reditum dictitant fracto animo & demiſſo fuiſſe[82].
38 Eſt vero probandum[83], qui & ſumma voluntate
ceſſerit[84], & egregia animi alacritate abfuerit[85],
neque ſane redire curaret[86], cum ob id ipſum
fractum[87] fuiſſe: in quo, cum omnes homines,
tum M. illum Scaurum, ſingularem virum, con-
39 ſtantia & grauitate ſuperaſſet. Sed quod de
illo[88] acceperant[89], aut etiam ſuſpicabantur, de
me idem cogitabant, abiectiore[90] animo me fu-
turum: cum reſp. maiorem etiam mihi animum[91],
quam vnquam habuiſſem, daret: quae declaraſ-
ſet, ſe non potuiſſe me vno ciue carere: cumque
Metellum vnius tribuni pl. rogatio[92], me vniuer-
ſa reſpublica, duce ſenatu[93], comitante Italia[94],
promulgantibus omnibus[95], referente conſule[96],
comi-

81. & quantum ego quidem iudico. 82. triſtem ſemper fuiſſe. 83. oportet vero vt illi oſtendant. 84. ex vrbe. 85. ab vrbe. 86. ex exilio. 87. triſtem & debilitatum animo. 88. Metello. 89. audiuerant. 90. triſtiore, bekümmerter. 91. Muth. 92. cum vnicus tribunus pl. Q. Calidius id rogaſſet apud populum. 93. cum Senatus praeiret, id cenſendo. 94. dum Italia tota me comitaretur reducem. 95. cum omnes Senatores ac populus hanc legem darent de reditu meo. 96. Conſul vero referret ad Senatum & proponeret reditum meum.

97. cum

Digitized by Google

comitiis centuriatis[97], cunctis ordinibus[98], hominibus[99] incumbentibus, omnibus denique ſuis viribus recuperaſſet. Neque vero ego mihi po- 40
ſtea quidquam adſumſi[200], neque hodie adſumo, quod quemquam maleuolentiſſimum iure poſſit offendere. tantum enitor[1], vt neque amicis, neque etiam alienioribus[2] opera, conſilio, labore deſim. Hic meae vitae curſus[3] offendit eos for- 41
taſſe, qui ſplendorem & ſpeciem[4] huius vitae intuentur; ſollicitudinem autem & laborem perſpicere non poſſunt. Illud vero non obſcure[5] 42
queruntur in meis ſententiis, quibus ornem Caeſarem, quaſi deſciſcerem a priſtina cauſſa[6]. Ego autem cum illa ſequor, quae paullo ante propoſui; tum hoc non in poſtremis[7], de quo coeperam exponere. Non offendes eundem bono- 43
rum ſenſum[8], Lentule, quem reliquiſti[9]: qui[10] confirmatus conſulatu noſtro, nonnunquam poſtea interruptus, adflictus[11] ante te conſulem[12], recreatus abs te totus eſt. nunc ab iis, a quibus tuendus fuerat[13], derelictus[14]: idemque non ſolum fronte atque vultu, quibus ſimulatio facillime ſuſtinetur, ii declarant, qui tum[15] noſtro illo

ſtatu[16]

97. cum comitia centuriata eſſent. Comitia appellabantur conuentus populi, qui diuiſus erat in centurias. 98. dum cuncti ordines ciuium id volebant. 99. omnibus operam dantibus & reditum meum vrgentibus. 200. feci. 1. id ſolum ago. 2. qui mihi non ſunt beneuoli. 3. modus, ratio. 4. externam. 5. ſatis perſpicue. 6. mea ſententia. 7. hoc vero non minimum eſt. 8. mentem ac ſententiam. 9. antequam hinc diſcederes in Ciliciam. 10. ſenſus. 11. vexatus. 12. antequam tu Conſul fieres. 13. ille ſenſus. 14. fuit. 15. illo tempore.

16. in

Digitized by Google

ſtatu[16] optimates[17] nominabantur : ſed etiam
44 ſenſu[18] ſaepe iam, tabellaque[19] docuerunt. Ita-
que tota iam ſapientium ciuium, qualem me &
eſſe & numerari[20] volo, & ſententia, & voluntas
mutata eſſe debet, id enim iubet idem ille Pla-
to[21], quem ego vehementer auctorem ſequor:
*Tantum contendere[22] in repub. quantum probare*
*tuis ciuibus poſſis, vim neque parenti, neque patriae*
45 *adferre oportere.* Atque hanc quidem ille[23]
cauſſam ſibi ait non attingendae[24] reipublicae
fuiſſe : quod, cum offendiſſet populum Athe-
nienſem, prope iam deſipientem ſenectute[25],
cumque eum[26] nec perſuadendo, nec cogendo
regi poſſe vidiſſet[27], cum perſuaderi poſſe diffi-
46 deret, cogi fas eſſe non arbitraretur. Mea ra-
tio fuit alia: quod, neque deſipiente populo, ne-
que integra re[28] mihi ad conſulendum, capeſſe-
remne rempublicam[29], implicatus tenebar.
Sed laetatus tamen ſum, quod mihi liceret in
eadem cauſſa & mihi vtilia, & cuiuis bono recta
47 defendere. Huc acceſſit commemoranda quae-
dam, & diuina Caeſaris in me, fratremque meum
libera-

16. in ſtatu noſtrorum priorum temporum. 17. optime de repub. ſentientes. 18. apertis verbis. 19. cui ſententiam ſuam in ſenatu inſcribebant. 20. haberi, referri inter ſapientes ciues. 21. in Critône. 22. te oportere laborare. 23. Plato. 24. quare noluerit officia & magiſtratus in rep. Athenienſium. 25. cum Plato inueniſſet populum Athen. cuius vitia iam erant quaſi immedicabilia, propter prauitatem inueteratam. 26. populum. 27. Plato. 28. cum ego id iam mutare non poſſem, neque conſulere mecum, quod tamen licebat Platoni. 29. an adire vellem rempublicam nec ne.

30. quae

Digitized by Google

liberalitas, qui mihi, quaſcunque res gereret, tuendus eſſet: nunc in tanta felicitate, tantisque victoriis[30], etiam ſi non in nos is eſſet, qui eſt[31]; tamen ornandus[32] videretur. Sic enim te exiſtimare velim, cum a vobis, meae ſalutis auctoribus[33], diſceſſerim; neminem eſſe[34], cuius officiis me tam eſſe deuinctum non ſolum confitear, ſed etiam gaudeam. 48
Quod quoniam tibi expoſui, facilia ſunt ea, quae a me de Vatinio, & de Craſſo requiris[35]. nam de Appio quod ſcribis, ſicuti de Caeſare, te non reprehendere; gaudeo tibi conſilium probari meum. 49
De Vatinio autem, primum reditus intercesserat in gratiam per Pompeium[36], ſtatim vt ille[37] praetor eſt factus: cum quidem ego eius petitionem[38] grauiſſimis in ſenatu ſententiis oppugnaſſem, neque tam illius[39] laedendi cauſſa, quam defendendi atque ornandi[40] Catonis. poſt autem, Caeſaris, vt illum defenderem, mira contentio eſt conſecuta[41]. 50
Cur autem laudarim[42], peto a te, vt id a me neue in hoc reo[43], neue in aliis[44] requiras[45]: ne tibi ego idem reponam[46], cum veneris[47]: tametſi poſſum vel abſenti[48]. 51
Recor-

30. quas I. Caeſar impetrauit. 31. etſi non eſſet Caeſar talis, qualis tamen nunc eſt. 32. laudandus mihi. 33. qui conſeruaſtis meam ſalutem. 34. praeter Caeſarem. 35. ſcire deſideras. 36. prima reconciliatio facta eſt inter me & Vatinium, per curam & auctoritatem Pompeii. 37. Vatinius. 38. cum Vatinius peteret praeturam. 39. Vatinii. 40. laudandi cauſſa. 41. poſtea autem Caeſar mirifice laborauit, vt ego illum defenderem. 42. Vatinium. 43. Vatinio. 44. reis. 45. ſcire deſideres. 46. regeram, dicam. 47. Romam. 48. tibi hoc dicere.

49. tu

Digitized by Google

52 Recordare[49] enim, quibus laudationem ex vltimis
terris[50] miſeris. nec hoc pertimueris. nam a me
ipſo laudantur, & laudabuntur iidem. ſed tamen
defendendi Vatinii fuit etiam ille ſtimulus[51], de
quo in iudicio, cum illum defenderem, dixi me
facere quiddam, quod in Eunucho[52] paraſitus
ſuaderet militi: *Vbi nominabit Phaedriam, tu*[53]
*Pamphilam continuo: ſiquando illa dicet, Phae-*
*driam intromittamus comiſſatum*[54]*: tu*[55]*, Pam-*
*philam cantatum*[56] *prouocemus*[57]*: ſi laudabit haec*
*illius formam, tu*[58] *huius*[59] *contra. denique par pa-*
53 *ri referto, quod eam mordeat*[60]. Sic petiui a iu-
dicibus, ut quoniam quidam nobiles homines, &
de me optime meriti, nimis amarent inimicum
meum[61], meque inſpectante[62] ſaepe eum in ſe-
natu modo ſeuere[63] ſeducerent[64], modo fami-
liariter, atque hilare amplexarentur, quoniam-
que illi haberent ſuum Publium[65], darent mihi
ipſi alium Publium[66], in quo poſſem eorum ani-
mos mediocriter laceſſitus leuiter repungere:
neque ſolum dixi, ſed etiam ſaepe facio, diis ho-
54 minibusque approbantibus. Habes[67] de Vati-
nio: cognoſce[68] de Craſſo. Ego, cum mihi
cum

49. tu ipſe probe recordaberis. 50. ex Hiſpania cite-
rio. 51. id vero etiam me ſtimulauit, vt defenderem
Vatinium. 52. apud Terentium (III. I. 50-55.) 53.
nominabis. 54. ad comeſſandum nobiſcum. 55. di-
ces. 56. ad cantandum. 57. accerſamus, venire iubea-
mus. 58. laudabis. 59. formam. 60. beiſſet, wehe
thut. 61. P. Clodium. 62. praeſente. 63. ſerio. 64. ad
familiare colloquium. 65. Clodium. 66. Vatinium.
67. quae narranda erant. 68. ea quae acta ſunt.

69. ami-

Digitized by Google

cum illo magna iam gratia[69] eſſet, quod[70] eius omnes grauiſſimas iniurias[71], communis concordiae cauſſa, voluntaria quadam obliuione contriueram[72], repentinam eius defenſionem Gabinii[73], quem proximis ſuperioribus diebus acerrime oppugnaſſet, tamen ſi ſine vlla mea contumelia ſuſcepiſſet[74], tuliſſem[75]: ſed cum me diſputantem, non laceſſentem[76], laeſiſſet, exarſi, non ſolum praeſenti, credo[77], iracundia, nam ea[78] tam vehemens fortaſſe non fuiſſet; ſed cum incluſum illud odium[79] multarum eius in me iniuriarum, quod ego effudiſſe me omne arbitrabar, reſiduum, tamen, inſciente me[80], fuiſſet, omne[81] repente apparuit. Quo quidem tem- 55
pore ipſo quidam homines, & iidem illi, quos ſaepe nutu[82] ſignificationeque[83] appello, cum ſe maximum fructum[84] cepiſſe dicerent ex libertate mea, meque tum denique ſibi eſſe viſum reipub. qualis fuiſſem, reſtitutum[85]: cumque ea contentio[86] mihi magnum etiam foris[87] fructum[88] tuliſſet; gaudere ſe dicebant, mihi & illum[89] inimicum,

69. amicitiae ſingularis reconciliatio. 70. quoniam. 71. mihi factas. 72. deleueram ex animo. 73. quam ille faciebat. 74. eam feciſſet. 75. vtique pertuliſſem. 76. cum ego illum non laceſſerem. 77. vti credo. 78. iracundia. 79. illa iracundia in animo meo incluſa ob eius multas in me iniurias. 80. dum ego id non putabam. 81. illud odium & iracundia. 82. quos non appellare ſoleo nominibus, ſed ſolo nutu. 83. mit wincken und zeichen. 84. vtilitatem, gaudium. 85. & me videri ſibi, nunc demum eſſe reſtitutum, cum nunc quoque oſtenderem, qualis olim in republica fuiſſem. 86. rixa cum craſſo. 87. apud alios. 88. honorem. 89. Craſſum futurum mihi inimicum.

90. vsque

Digitized by Google

micum, & eos, qui in eadem cauſſa eſſent, nun-
56 quam amicos futuros. Quorum iniqui ſermo-
nes cum ad me per homines honeſtiſſimos per-
ferrentur, cumque Pompeius ita contendiſſet [90],
vt nihil vnquam magis [91], vt cum Craſſo redirem
in gratiam [92], Caeſarque per litteras maxima ſe
moleſtia ex illa contentione adfectum [93] oſten-
deret: habui non temporum ſolum rationem [94]
eorum, ſed etiam naturae [95]: Craſſuſque, vt qua-
ſi teſtata [96] populo Rom. eſſet noſtra gratia [97],
paene a meis laribus [98] in prouinciam eſt profe-
ctus. nam cum mihi condixiſſet [99], coenauit
57 apud me in mei generi Craſſipedis hortis. Quam-
obrem eius [300] cauſſam, quod te ſcribis audiſſe,
magna illius commendatione [1] ſuſceptam, defen-
58 di in ſenatu, ſicut mea fides poſtulabat. Acce-
piſti quibus rebus adductus [2], quamque rem, cauſ-
ſamque defenderim: quique meus in repub. ſit
pro mea parte capeſſenda [3] ſtatus. de quo ſic ve-
lim ſtatuas, me haec eadem ſenſurum fuiſſe [4], ſi
59 mihi integra omnia ac libera fuiſſent. Nam ne-
que pugnandum arbitrarer contra tantas opes [5]:
neque

90. vsque adeo vehementer laboraret. 91. vt nunquam antea in vlla alia cauſſa laborauit. 92. me reconciliarem. 93. & Caeſar per litteras oſtenderet, ſe aegre ferre hanc diſcordiam animorum noſtrorum. 94. non ſolum accommodaui me illis temporibus. 95. ad concordiam procliuis. 96. nota & certa. 97. reconciliatio. 98. a domo mea. 99. cum Craſſus mihi denuntiaſſet, ſe velle apud me coenare. 300. Craſſi. 1. cum magna eius laude. 2. permotus. 3. quod illam partem attinet, quam ego debeo capere. 4. me fuiſſe permanſurum in eadem ſententia. 5. quas habet Craſſus.

6. fuiſſe.

neque delendum[6], etiam ſi id fieri poſſet, ſum-
morum ciuium principatum: neque permanen-
dum in vna ſententia conuerſis rebus[7], ac bono-
rum voluntatibus mutatis: ſed temporibus ad-
ſentiendum[8]. nunquam enim praeſtantibus in 60
repub. gubernanda viris laudata eſt in vna ſen-
tentia perpetua permanſio: ſed vt in nauigando
tempeſtati obſequi artis eſt[9], etiam ſi portum te-
nere non queas: cum vero id poſſis mutata veli-
ficatione[10] adſequi, ſtultum eſt eum tenere cum
periculo curſum, quem ceperis, potius quam, eo
commutato, quo velis, tandem peruenire[11]: ſic
cum omnibus nobis in adminiſtranda rep. pro-
poſitum eſſe debeat, id quod a me ſaepiſſime di-
ctum eſt, cum dignitate otium[12]. non idem ſem-
per dicere, ſed idem ſemper ſpectare[13] debemus.
Quamobrem vt paulo ante poſui[14], ſi eſſent 61
omnia mihi ſolutiſſima[15]; tamen in repub. non
alius eſſem atque nunc ſum[16]. cum vero in hunc
ſenſum[17] & alliciar beneficiis hominum, & com-
pellar iniuriis[18]: facile patior ea me de repub.
ſentire, ac dicere, quae maxime cum mihi, tum
etiam reipub. rationibus[19] putem conducere[20].

Aper-

6. fuiſſe. 7. poſtquam ſtatus reipublicae eſt conuerſus. 8. ſed oportuit, vt temporibus inſeruirem & me accommodarem. 9. es braucht allerdings Kunſt. 10. mit dem Seegeln. 11. potius quam tandem eo peruenire, quo velis mutato curſu. 12. otium honeſtum. 13. abſehen haben, vnum ſcopum actionum noſtrarum habere. 14. dixi. 15. ſi nemini plane obſtrictus eſſem propter acceptum aliquod beneficium. 16. eandem certe tuerer ſententiam, quam nunc tueor. 17. in hanc ſententiam. 18. per iniurias quorundam hominum. 19. ſtatui. 20. vtilia eſſe.



21. quo-

Digitized by Google

62 Apertius autem haec ago, ac ſaepius, quod[21] &
Q. frater meus legatus[22] eſt Caeſaris, & nullum
meum minimum dictum[23], non modo factum pro
Caeſare interceſſit[24], quod ille non ita illuſtri[25]
gratia exceperit, vt ego eum mihi deuinctum pu-
63 tarem. Itaque eius[26] omni & gratia[27], quae
ſumma eſt, & opibus, quas intelligis eſſe maxi-
mas, ſic fruor, vt meis[28]. nec mihi aliter potuiſſe
videor hominum perditorum de me conſilia fran-
gere[29], niſi cum praeſidiis[30] iis, quae ſemper ha-
bui, nunc etiam potentium[31] beneuolentiam
64 coniunxiſſem. His ego conſiliis ſi te praeſen-
tem habuiſſem, vt opinio mea fert, eſſem vſus eis-
dem[32]. noui enim temperantiam & moderatio-
nem naturae tuae: noui animum, tum mihi ami-
ciſſimum, tum nulla in ceteros maleuolentia ſuf-
fuſum[33]: contraque cum magnum & excelſum,
65 tum etiam apertum & ſimplicem[34]. Vidi ego
quosdam in[35] te tales, quales tu eosdem in me
videre potuiſti. quae me mouerunt[36], mouiſſent
66 eadem te profecto. Sed quocunque tempore
mihi poteſtas praeſentis tui fuerit[37], tu eris om-
nium moderator conſiliorum meorum. tibi erit
eidem,

21. quoniam. 22. General-Lieutenant. 23. verbulum. 24. fuit hactenus. 25. vsque adeo ſingulari. 26. Caeſaris. 27. fauore. 28. non ſecus ac meis opibus. 29. debilitare, zu ſchanden machen. 30. Defenſions-Mittel. 31. virorum. 32. conſiliis. 33. repletum. 34. candidum & infucatum animum. 35. erga te ita animatos. 36. & ea, quae me mouerunt, ad illud faciendum. 37. quocunque tempore ego te praeſentem habebo.

38. tu

Digitized by Google

eidem, cui ſalus mea fuit, etiam dignitas curae[38].
me quidem certe tuarum actionum, ſententiarum,
voluntatum, rerum denique omnium ſocium,
comitemque habebis: neque mihi in omni vita
res tam[39] erit vlla propoſita, quam vt quotidie
vehementius, te[40] de me optime meritum eſſe,
laetere. Quod rogas, vt mea tibi ſcripta[41] mit- 67
tam, quae poſt diſceſſum tuum ſcripſerim: ſunt
orationes quaedam, quas Menocrito dabo: ne-
que ita multae, vt pertimeſcas[42]. Scripſi etiam,
(nam ab orationibus diſiungo me fere[43], refero-
que[44] ad manſuetiores[45] muſas: quae me maxi-
me, ſicut iam a prima adoleſcentia, delectarunt)
ſcripſi igitur Ariſtoteleo more[46], quemadmo-
dum quidem volui[47], tres libros in diſputatione
ac dialogo de oratore: quos arbitror Lentulo
tuo[48] fore non inutiles. abhorrent[49] enim a
communibus praeceptis: ac omnem antiquorum
& Ariſtoteleam, & Iſocrateam rationem orato-
riam[50] complectuntur. Scripſi etiam verſibus 68
tres libros de temporibus[51] meis: quos iampri-
dem ad te miſiſſem, ſi eſſe edendos[52] putaſſem.
ſunt

38. tu enim curam geres dignitatis meae, qui geſſiſt curam ſalutis. 39. tam vehementer ac certo. 40. quod de me optime meritus ſis. 41. libros. 42. earum multitudinem aut magnitudinem. 43. non ſoleo amplius vsque adeo multas orationes ſcribere. 44. & me iterum confero. 45. humaniores litteras & Philoſophiam, a litteris forenſibus. 46. vti Ariſtoteles ſolet ſcribere. 47. pro lubitu meo. 48. filio. 49. praecepta enim mea aliter ſcripta ſunt, quam a vulgaribus dicendi magiſtris fieri ſolet. 50. praecepta oratoria. 51. de iis, quae acta ſunt temporibus meis. 52. in lucem publicam.



Digitized by Google

ſunt enim teſtes, & erunt ſempiterni meritorum
69 erga me tuorum, meaeque pietatis[53]. Sed[54]
quia verebar, non eos, qui ſe laeſos arbitrarentur
(etenim id feci parce & molliter[55]) ſed eos, quos
erat infinitum[56] bene de me meritos omnes no-
minare. quos tamen ipſos libros, ſi quem cui, re-
cte committam, inuenero, curabo ad te perfe-
rendos. atque iſtam quidem partem vitae, con-
ſuetudinisque noſtrae totam ad te defero[57].
70 Quantum litteris[58], quantum ſtudiis, veteribus
noſtris delectationibus, conſequi poterimus, id
omne ad arbitrium tuum, qui haec ſemper amaſti,
71 libentiſſime conferemus. Quae ad me de tuis
rebus domeſticis ſcribis, quaeque mihi commen-
das; ea tantae mihi curae ſunt, vt me nolim ad-
moneri: rogari vero ſine magno dolore[59] vix
72 poſſum. Quod de Quinti fratris negotio ſcri-
bis, te priore aeſtate, quod[60] morbo impeditus
in Ciliciam non tranſieris, conficere non potuiſ-
ſe, nunc autem omnia facturum, vt conficias;
id ſcito eſſe eiusmodi[61], vt frater meus vere exi-
ſtimet, adiuncto iſto fundo[62] patrimonium fore
73 ſuum per te conſtitutum[63]. Tu me de tuis rebus
omnibus, & de Lentuli tui noſtrique ſtudiis, &
exer-

53. amoris erga te. 54. ſed ideo illos edere nolui, quia timebam non eos quidem, qui. 55. mit höflichen Worten. 56. quos omnes nominare infinitus labor fuiſſet. 57. tecum communico, tuae cenſurae ſubiicio. 58. Philoſophiae. 59. animi, quaſi ego non ſatis recte curauerim hactenus res tuas. 60. quia. 61. ita comparatum. 62. ſi fundus iſte ſibi adiungatur. 63. confirmatum ſtabilitum.

64. quo-

Digitized by Google

exercitationibus, velim quam familiariſſime certiorem, & quam ſaepiſſime facias: exiſtimesque, neminem cuiquam neque cariorem, neque iucundiorem vnquam fuiſſe, quam te mihi: idque me, non modo vt tu ſentias, ſed vt omnes gentes, etiam vt poſteritas omnis intelligat, eſſe facturum. Appius in ſermonibus[64] antea dicti- 74
tabat[65], poſtea dixit etiam in ſenatu palam[66], ſeſe, ſi licitum eſſet legem curiatam[67] ferre, ſortiturum[68] eſſe cum collega prouinciam: ſi curiata lex non eſſet[69], ſe paraturum[70] cum collega, tibique ſucceſſurum: legemque curiatam conſuli ferre opus eſſe, ſibi neceſſe non eſſe: ſe, quoniam ex ſenatusconſulto prouinciam haberet, lege Cornelia[71] imperium habiturum, quoad[72] in vrbem introiſſet. Ego, quid ad te tuo- 75
rum quisque neceſſariorum[73] ſcribat, neſcio. varias eſſe opiniones intelligo. ſunt qui putent poſſe te non decedere[74], quod[75] ſine lege curiata tibi ſuccedatur: ſunt etiam, qui[76], ſi decedas, a te relinqui poſſe[77], qui prouinciae praeſit. Mihi 76
non tam de iure certum[78] eſt (quamquam ne id quidem valde dubium eſt) quam illud ad tuam ſummam

64. quotidianis, familiaribus. 65. ſaepius dicebat. 66. publice. 67. legem a comitiis centuriatis latam & confirmatam. 68. ſe ſortiri velle. 69. per intercesſionem tribunorum plebis. 70. ſe conuenire velle cum collega de prouincia ſine ſortitione. 71. quae imperium dabat Praeſidi alicuius prouinciae, ſed ſine armis. 72. quamprimum. 73. amicorum. 74. ex prouincia. 75. quoniam. 76. putant. 77. aliquem. 78. quid iura valeant in hoc negotio, non ſatis certo ſcio.



Digitized by Google

ſummam amplitudinem, dignitatem, libertatem,
qua te ſcio libentiſſime frui[79] ſolere, pertinere,
te ſine vlla mora prouinciam ſucceſſori conce-
dere[80]: praeſertim cum ſine ſuſpicione tuae cu-
piditatis[81], non poſſis illius[82] cupiditatem refu-
tare. ego vtrumque meum[83] puto eſſe, & quid
ſentiam oſtendere, & quid feceris defendere.
77 Scripta iam epiſtola ſuperiore, accepi tuas litte-
ras de publicanis[84]: quibus[85] aequitatem tuam
non potui non probare; felicitate quidem, vel-
lem, conſequi potuiſſes, ne eius ordinis[86], quem
ſemper ornaſti[87], rem[88], aut voluntatem[89] of-
78 fenderes. Equidem non deſinam tua decreta
defendere: ſed noſti conſuetudinem hominum.
Scis quam grauiter inimici illi ipſi[90] Q. Scaeuo-
lae fuerint. tibi tamen ſum auctor[91], vt quibus
rebus poſſis, eum tibi ordinem, aut reconcilies,
aut mitiges: id, etſi difficile eſt, tamen mihi vide-
tur eſſe prudentiae tuae[92]. Vale.

X. M. T.

79. vti, eam conſeruare. 80. tradere. 81. quaſi ma-gis cupias retinere prouinciam, quam ſucceſſori tradere. 82. ſucceſſoris. 83. mei officii. 84. de vectigalium publicorum curatoribus. 85. in quibus litteris. 86. publicanorum. 87. beneficiis. 88. facultates, opes. 89. beneuolentiam. 90. publicani. 91. ſuadeo. 92. ad prudentiam tuam omnino pertinere.

X. I. teme-

Digitized by Google

## X.

# M. T. C. S. D. L. VALERIO IVRISCONSVLTO.

*Inter iocos ſignificat Valerio, ſe eius nomine P. Lentulo gratias egiſſe, eumque, vt domum redeat, hortatur.*

CUr enim tibi hoc non gratificer. neſcio: praeſertim cum his temporibus audacia [1] pro ſapientia liceat vti. Lentulo noſtro [2] egi per litteras 2
tuo nomine gratias diligenter. ſed tu velim deſinas iam noſtris litteris vti: & nos aliquando reuiſas: & ibi malis eſſe, vbi aliquo numero [3] ſis, quam iſtic, vbi ſolus ſapere videare. quamquam qui iſtinc veniunt, partim te ſuperbum eſſe dicunt, quod nihil reſpondeas [4]: partim contumelioſum, quod male [5] reſpondeas. Sed iam cupio tecum 3
coram iocari. Quare fac, vt quam primum venias: neque in Apuliam tuam accedas, vt poſſimus ſaluum [6] veniſſe gaudere. Nam illo [7] ſi veneris, tamquam Vlyſſes [8], cognoſces tuorum [9] neminem. Vale.

M. TVL-

X.

1. temeritate. 2. amico communi. 3. in aliquo honore inter plures tui ſimiles. 4. ad meas & amicorum litteras. 5. iniurioſe. 6. te. 7. in Apuliam. 8. ex longa peregrinatione & abſentia ad ſuos redux factus. 9. amicorum.



Digitized by Google

# M. TVLLII CICERONIS EPISTOLARVM AD FAMILIARES

# LIBER II.

## I.

## M. T. CICERO S. D. C. CVRIONI.

*Accuſatus a Curione negligentiae litterarum, ſe excuſat, eique quod abſens ſummam laudem conſecutus ſit, gratulatur, hortaturque, vt, quam concitaſſet, exſpectationi ſui reſpondeat, & ipſum, cuius conſiliis ad hanc dignitatem peruenerit, iam prope ſeneſcentem, amore ſuo oblectet.*

QVamquam me nomine negligentiae [1] ſuſpectum tibi eſſe doleo: tamen non tam mihi moleſtum fuit, accuſari abs te officium meum, quam iucundum, requiri [2]: praeſertim cum [3], in quo accuſabar, culpa vacarem [4]: in quo autem deſiderare te ſignificabas meas litteras, prae te ferres [5] perſpectum [6] mihi quidem, ſed ta-
2 men dulcem & optatum amorem tuum. Equidem

LIBER II.

I.

1. In ſcribendo. 2. quam contra iucundum fuit, quod meum officium in ſcribendo a te requiratur. 3. in eo. 4. liber eſſem ab omni culpa. 5. cum tu oſtenderes. 6. cognitum.

7. ad

Digitized by Google

dem neminem praetermiſi, quem quidem ad te peruenturum putarem, cui litteras[7] non dederim. Etenim quis eſt tam ſcribendo impiger[8], quam ego? a te vero bis, terue ſummum[9], & eas[10] perbreues accepi. Quare ſi iniquus es in 3
me iudex, condemnabo eodem ego te crimine: ſin me id facere noles, te mihi aequum[11] praebere debebis. Sed de litteris hactenus[12]. Non enim 4
vereor, ne non ſcribendo te expleam[13]: praeſertim ſi in eo genere[14] ſtudium meum non adſpernabere. Ego te abfuiſſe tamdiu a nobis & 5
dolui, quod carui fructu iucundiſſimae conſuetudinis[15]: & laetor, quod abſens omnia cum maxima dignitate es conſecutus: quodque in omnibus tuis rebus, meis optatis[16] fortuna reſpondit.
Breue eſt, quod me tibi praecipere[17] meus in- 6
credibilis in te amor cogit: tanta eſt exſpectatio animi vel ingenii tui[18], vt ego te obſecrare obteſtarique[19] non dubitem[20], ſic ad nos confirmatus[21] reuertare, vt, quam exſpectationem tui[22] concitaſti[23], hanc ſuſtinere ac tueri poſſis. Et 7
quoniam meam tuorum erga me meritorum memoriam vlla nunquam delebit obliuio, te rogo, vt me-

7. ad te. 8. diligens. 9. zum höchſten. 10. litteras quidem. 11. oportet etiam vt paria facias, & aequus de me iudex ſis. 12. ſatis dictum ſit. 13. verendum enim non eſt, vt expleri poſſis ſcribendo. 14. litterarum. 15. conuerſationis tuae. 16. votis meis ſucceſſum dedit fortuna. 17. ſcribere. 18. omnes homines tantam habent exſpectationem de animo vel ingenio tuo. 19. vehementer rogare. 20. non verear. 21. inſtructus bonis artibus. 22. de te. 23. apud omnes.

vt memineris, quantaecunque tibi acceſſiones
fient & fortunae & dignitatis [24], eas te non potuiſ-
ſe conſequi, niſi meis puer olim [25] fideliſſimis at-
8 que amantiſſimis conſiliis paruiſſes [26]. Quare
hoc animo in nos eſſe debebis, vt aetas noſtra iam
ingraueſcens in amore atque in adoleſcentia tua
conquieſcat [27]. Vale.

24. quantacunque augmenta dignitatis & fortunae tuae accipies. 25. in pueritia olim tua. 26. obſequens fuiſſes. 27. gaudium aliquod poſſit percipere.

## II.

## M. T. CICERO S. D. C. CVRIONI.

*Patris mortem filio abſenti ſignificat, ac ſe illi parentis loco fore pollicetur.*

GRaui [1] teſte priuatus ſum amoris ſummi erga
te mei, patre tuo clariſſimo viro: qui cum ſuis
laudibus, tum vero te filio [2] ſuperaſſet omnium
fortunam, ſi ei contigiſſet, vt te ante videret [3],
9 quam e vita diſcederet. Sed ſpero noſtram ami-
citiam non egere teſtibus. tibi patrimonium dii
fortunent [4]. Me certe habebis, cui & carus aeque
ſis, & iucundus, ac [5] fuiſti patri.

III. M. T.

II.

1. Anſehnlich. 2. quoniam te tam egregium filium habet. 3. ſi te videre potuiſſet ante ſuam mortem. 4. opto tibi omnem proſperitatem in ea hereditate, quam adeptus es morte patris tui. 5. quam.

III. 1, Li.

Digitized by Google

## III.

# M. T. CICERO S. D. C. CVRIONI.

*Rupam libertum excuſat, quod in patris funere ludos populo non promiſerit. quia amicis diſplicuerit. Cuius conſilii, coram pluribus exponendi, iam ſummam perſcribit, & quanta in exſpectatione Curio filius ſit, ſignificat.*

RUpae[1] ſtudium non defuit declarandorum
munerum[2] tuo nomine, ſed nec mihi placuit,
nec cuiquam tuorum[3], quidquam te abſente fieri,
quod tibi, cum veniſſes, non eſſet integrum[4].
Equidem, quid ſentiam, aut ſcribam ad te poſtea 2
pluribus, aut, ne ad eam[5] meditere, imparatum
te offendam: coramque contra iſtam tuam rationem,
meam dicam[6]: vt aut te in meam ſententiam
adducam, aut certe teſtatum apud animum
tuum relinquam[7], quid ſenſerim: vt, ſi quando
(quod nolim) diſplicere tibi tuum conſilium coeperit,
poſſis meum recordari[8]. Breui tamen ſic 3
habeto[9], in eum ſtatum temporum tuum reditum
incidere, vt iis bonis[10], quae tibi natura[11], ſtudio,
fortuna data ſunt, facilius omnia[12], quae ſunt ampliſſima
in republica, conſequi poſſis, quam muneri.

IIII.

1. Liberti. 2. ludorum gladiatoriorum; quales fieri Romae ſolebant in funeribus clarorum virorum. 3. amicorum. 4. a te poſtea immutari non poſſet. 5. ſententiam. 6. ſententiam. 7. aut vt tu deinceps ſcias ex teſtimonio mei ſermonis. 8. in memoriam rouocare. 9. ſcias. 10. dotibus, Qualitäten. 11. a natura. 12. omnes honores.

13. eius.

Digitized by Google

neribus[13]: quorum neque facultatem[14] quiſquam admiratur (eſt enim copiarum, non virtutis[15]) neque quiſquam eſt, quin ſatietate[16] iam
4 defeſſus ſit. Sed aliter, atque oſtenderam[17], facio; qui ingrediar[18] ad explicandam rationem ſententiae meae. Quare omnem hanc diſputa-
5 tionem[19] in aduentum tuum differo. Summa ſcito[20] in exſpectatione te eſſe[21]: eaque a te exſpectari, quae a ſumma virtute, ſummoque ingenio exſpectanda ſunt: ad quae, ſi es, vt debes[22], paratus, quod ita eſſe confido, plurimis maximiſque muneribus[23] & nos amicos, & ciues tuos vniuerſos, & remp. adficies. Illud cognoſces profecto, mihi te neque cariorem, neque iucundiorem eſſe quemquam. Vale.

13. eiusmodi ſpectaculis. 14. praeſertim cum nemo admiretur, talia ſpectacula fieri poſſe. 15. nam edere talia ſpectacula facile eſt iis, qui diuitias habent, licet non abundent virtutibus. 16. talium ludorum. 17. quam modo dixeram. 18. qui coepi explicare meam ſententiam. 19. ſermonem. 20. ſcire debes. 21. apud omnes, omnes magnam ſibi ſpem conceperunt de reditu tuo. 22. eſſe. 23. beneficiis, ſpectaculis.

IV.

# M. T. CICERO S. D. C. CVRIONI.

*Diuerſa dicit litterarum genera eſſe, quorum neutrum ſibi iam conueniat. Quapropter ad cohortationem tranſit, vt pergat Curio ad gloriam ire, quia grauis ipſi aduerſaria, omnium exſpectatio, conſtituta ſit.*

Epiſto-

EPiſtolarum genera multa eſſe non ignoras: ſed vnum illud certiſſimum[1], cuius cauſſa[2] inventa res ipſa eſt[3], vt certiores faceremus abſentes, ſi quid eſſet[4], quod eos ſcire, aut noſtra, aut
ipſorum intereſſet[5]. Huius generis litteras a me 2
profecto[6] non expetis. tuarum[7] enim rerum domeſticarum habes & ſcriptores, & nuntios[8].
In meis autem rebus[9] nihil eſt ſane noui. Reli- 3
qua ſunt epiſtolarum genera duo, quae me magnopere delectant: vnum familiare[10] & iocoſum[11]: alterum ſeuerum & graue. vtro me mi-
nus deceat vti[12], non intelligo. Iocerne[13] tecum 4
per litteras? ciuem mehercule non puto[14] eſſe, qui temporibus his[15] ridere[16] poſſit. an grauius aliquid ſcribam? quid[17] eſt, quod poſſit grauiter a Cicerone ſcribi ad Curionem, niſi de republica? atqui[18] in hoc genere haec mea cauſſa[19] eſt, vt neque ea, quae nunc ſentio[20], velim ſcribere.
Quamobrem, quoniam mihi nullum ſcribendi 5
argumentum[21] relictum eſt, vtar ea clauſula[22],

qua

IV.

1. vſitatiſſimum eſt. 2. propter quod. 3. epiſtola. 4. ſi accideret aliquid. 5. quod ſcire vtile eſſet aut nobis aut ipſis. 6. ſane. 7. rerum, quae in domo tua aguntur. 8. die da mündlich berichten. 9. negotiis. 10. quo vtimur cum amicis familiaribus. 11. quando iocari ſolemus. 12. non intelligo, quodnam ex his duobus generibus me parum deceat. 13. an ego iocari tecum debeam. 14. ſane puto, eum non eſſe ciuem bonum. 15. miſeris. 16. iocari. 17. an vero eſt aliquid. 18. gleichwohl. 19. is eſt ſtatus rerum mearum. 20. in mente habeo, cogito. 21. materia. 22. epiſtolae.

23. ple-

Digitized by Google

qua ſoleo[23]: teque ad ſtudium ſummae[24] laudis
6 cohortabor. Eſt enim tibi grauis aduerſaria conſtituta, & parata, incredibilis quaedam exſpectatio[25]; quam tu vna re[26] facillime vinces[27], ſi hoc ſtatueris[28], quarum laudum gloriam adamaris, quibus artibus eae laudes comparantur, in iis eſſe laborandum[29]. In hanc ſententiam[30] ſcriberem plura, niſi te tua ſponte[31] ſatis incitatum[32] eſſe conſiderem[33], & hoc quidquid attigi[34], non feci inflammandi[35] tui cauſſa, ſed teſtificandi amoris[36] mei. Vale.

23. plerumque vti. 24. impetrandae ſummae laudis. 25. nam tu habes hoſtem grauem, videlicet ſpem & exſpectationem aliorum de te, cum qua te oportet pugnare & efficere, ne forte vincaris, ſed conceptam de te ſpem expleas. 26. per vnam rem. 27. ſuperabis. 28. in animo tuo. 29. elaborandum eſſe in iis artibus, a quibus eae laudes comparantur, quarum gloriam tu adamaueris. 30. hanc in rem, hac fini. 31. vltro, absque aliorum ſtimulo. 32. excitatum, ſponte currentem in via virtutum. 33. crederem, perſuaderer. 34. quod dixi. 35. excitandi, vt te excitarem. 36. ſed vt teſtatum facerem, indicarem, amorem meum.

## V.

## M. T. CICERO S. D. C. CVRIONI.

*Queſtus de publicis malis, Curioni gratulatur, quod ea non videat, & magnam ex benefactis laudem conſequatur. Sed quoquo ſe modo respublica habeat, ad eam capeſſendam vindicandamque adhortatur.*

Haec

HAec negotia quomodo ſe habeant[1], ne epi-
ſtola[2] quidem narrare audeo. tibi, etſi vbi-
cunque es (vt ſcripſi ad te antea) in eadem es
naui[3], tamen quod abes[4], gratulor: vel quia
non vides ea, quae nos[5]; vel quod[6] excelſo &
illuſtri loco ſita ſit laus tua, in plurimorum & ſo-
ciorum & ciuium conſpectu: quae ad nos nec
obſcuro[7], nec vario[8] ſermone, ſed & clariſſima
& vna omnium voce[9] perfertur. Vnum illud 2
neſcio, gratulerne tibi, an timeam, quod mirabi-
lis eſt exſpectatio reditus tui[10]: non quo[11] ve-
rear, ne tua virtus opinioni hominum non re-
ſpondeat: ſed[12] mehercule, ne, cum veneris[13],
non habeas iam quod cures[14]: ita ſunt omnia
debilitata iam, prope & exſtincta. Sed haec ipſa 3
neſcio recte ſint litteris commiſſa[15]: quare cetera
cognoſces ex aliis. Tu tamen, ſiue habes aliquam 4
ſpem de repub. ſiue deſperas, ea para, meditare,
cogita, quae eſſe in eo ciue ac viro debent, qui ſit
rempub. adflictam[16] & oppreſſam miſeris tem-
poribus ac perditis moribus[17], in veterem digni-
tatem ac libertatem vindicaturus[18]. Vale.

VI. M. T.

V.

1. Quis ſtatus iſtorum negotiorum ſit. 2. in hac. 3. in eodem cum aliis es periculo. 4. ab urbe Roma. 5. videmus. 6. quoniam. 7. incerta. 8. non ſatis fido. 9. ſermone. 10. quod omnes mirifice exſpectent reditum tuum. 11. vt, acſi. 12. ſed id vereor profecto. 13. Romam. 14. nihil habeas quod curare & agere poſſis. 15. ſed neſcio an haec etiam, quae nunc ſcribo, ſatis tuto ſcripta ſint. 16. vexatam. 17. dum mores hominum perditiſſimi ſunt. 18. poſiturus, conſtituturus.



Digitized by Google

## VI.

# M. T. CICERO S. D. C. CVRIONI.

*Curioni, ex Aſia aduentanti, Milonis cauſſam, conſulatum petentis, diligentiſſime commendat, vt gratia, qua plurimum polleat, petitionem eius adiuuet, quo ipſe non tam Milonem ſibi, quam etiam Ciceronem, cuius intererat Milonem ornari, magis magisque ſibi devincturus ſit.*

NOndum erat auditum [1], te ad Italiam aduentare, cum Seruilium, Milonis mei familiarem, cum his ad te litteris miſi: ſed tamen cum appropinquare tuus aduentus putaretur, & te iam ex Aſia Romam verſus profectum eſſe conſtaret, magnitudo [2] rei fecit, vt non vereremur, ne nimis cito mitterem [3]: cum has quamprimum [4] ad te
2 perferri litteras magnopere vellemus. Ego, ſi mea in te eſſent officia ſolum, Curio, tanta, quanta magis a te ipſo praedicari [5], quam a me ponderari [6] ſolent; verecundius a te, ſi qua magna res
3 mihi petenda eſſet, contenderem [7]. Graue [8] eſt enim homini pudenti petere aliquid magnum ab eo, de quo ſe benemeritum [9] putet: ne id, quod petat, exigere [10] magis, quam rogare, & in mercedis [11] potius, quam beneficii loco numerare vi-
4 deatur. Sed quia tua in me vel nota omnibus, vel

VI.

1. Nondum audiueramus. 2. die Wichtigkeit. 3. has litteras ad te. 4. ſo bald als möglich. 5. laudari. 6. aeſtimari. 7. peterem. 8. moleſtum. 9. eſſe. 10. poſtulare quodam iure. 11. debitae.

12. dum

Digitized by Google

vel ipſa nouitate [12] meorum temporum clariſſima
& maxima beneficia exſtiterunt [13]; eſtque animi
ingenui [14], cui multum debeas, eidem plurimum
velle debere [15]: non dubitaui id a te per litteras
petere, quod mihi omnium eſſet maximum, ma-
ximeque neceſſarium. Neque enim ſum veri- 5
tus, ne ſuſtinere [16] tua in me vel innumerabilia [17]
non poſſem: cum praeſertim conſiderem, nul-
lam eſſe gratiam [18], quam vel non capere animus
meus in accipiendo, vel in remunerando, cumu-
landoque [19] illuſtrare [20] poſſit. Ego omnia mea 6
ſtudia, omnem operam, curam, induſtriam, cogi-
tationem, mentem denique omnem, in Milonis
conſulatu fixi [21] & locaui: ſtatuique in eo me non
officii [22] ſolum fructum, ſed etiam pietatis [23] lau-
dem debere quaerere. Neque vero cuiquam 7
ſalutem ac fortunas ſuas [24] tantae curae fuiſſe vn-
quam puto, quantae mihi ſit honos eius [25], in quo
omnia mea [26] poſita eſſe decreui. huic [27] te vnum
tanto adiumento eſſe, ſi volueris, poſſe intelligo,
vt nihil ſit praeterea nobis requirendum. Habe- 8
mus haec omnia, bonorum ſtudium conciliatum
ex tribunatu [28], propter noſtram (vt ſpero te in-
tellige-

12. dum recens adhuc eſt memoria exſilii mei & peri-
culorum. 13. exhibita mihi fuerunt. 14. honeſtum
animum decet. 15. obſtrictum eſſe. 16. ferre. 17.
beneficia. 18. fauorem. 19 augendo, reddendo. 20.
illuſtriorem, maiorem facere. 21. poſui. 22. mei.
23. grati & memoris animi. 24. felicitatem ſuae condi-
tionis. 25. Milonis. 26. omnem meam ſalutem. 27.
Miloni. 28. nam Milo fauorem omnium bonorum ſibi
conciliauit, cum eſſet tribunus plebis.



Digitized by Google

telligere) cauſſam[29]: vulgi ac multitudinis[30],
propter magnificentiam munerum[31], liberalita-
temque naturae[32]: iuuentutis & gratioſorum[33]
in ſuffragiis ſtudia[34], propter ipſius[35] excellen-
tem in eo genere vel gratiam[36], vel diligentiam:
noſtram ſuffragationem ſi minus potentem[37], at
probatam[38] tamen, & iuſtam, & debitam, & pro-
9 pterea fortaſſe etiam gratioſam. Dux nobis, &
auctor opus eſt, & eorum ventorum[39], quos pro-
poſui, moderator quidam, & quaſi gubernator:
qui[40] ſi ex omnibus vnus optandus eſſet, quem
tecum conferre[41] poſſemus, non haberemus.
10 Quamobrem ſi me memorem, ſi gratum, ſi bo-
num virum vel ex hoc ipſo, quod tam vehemen-
ter de Milone laborem, exiſtimare potes, ſi di-
gnum denique tuis beneficiis iudicas; hoc a te
peto, vt ſubuenias huic meae ſollicitudini, & huic
meae laudi, vel, vt verius[42] dicam, prope ſaluti,
11 tuum ſtudium dices[43]. De ipſo T. Annio[44] tan-
tum tibi polliceor, te maioris animi, grauitatis,
conſtantiae, beneuolentiaeque erga te, ſi com-
plecti[45] hominem volueris, habiturum eſſe ne-
minem: mihi vero tantum decoris, tantum digni-
tatis

29. reſtitutionem ex exilio, quam maxime effecit Milo. 30. fauorem habemus. 31. ſpectaculorum. 32. & propter liberalem naturam Milonis. 33. qui gratiam & amorem apud populum habent. 34. gefliſſenheit. 35. Milonis. 36. artige Manier und gefällige Conduite. 37. aliquid valentem. 38. laudatam apud omnes. 39. conſiliorum, quae promoueri debent. 40. qualis gubernator. 41. comparare. 42. eigentlicher. 43. nobis conſecres, addicas. 44. Milone. 45. iuuare Milonem.

46. da b is.

Digitized by Google

tatis adiunxeris [46], vt eundem te facile agnoſcam
ſuiſſe in laude mea [47], qui fueris in ſalute [48]. Ego 12
ni te videre [49] ſcirem, cum haec ad te ſcriberem,
quantum officii ſuſtinerem, quantopere mihi eſſet
in hac petitione Milonis [50] omni non modo con-
tentione [51], ſed etiam dimicatione [52] elaborandum,
plura ſcriberem: nunc tibi omnem rem, atque
cauſſam, meque totum commendo atque trado.
Vnum hoc ſic habeto [53]: ſi a te hanc rem impetra- 13
ro, me paene plus tibi, quam ipſi Miloni debitu-
rum. non enim mihi tam mea ſalus cara fuit, in
qua praecipue ſum ab illo [54] adiutus; quam pie-
tas [55] erit in referenda gratia [56] iucunda. eam [57]
autem tuo vnius ſtudio me adſequi poſſe confi-
do. Vale.

46. dabis. 47. promouenda, ornanda, augenda. 48. confirmanda. 49. intelligere. 50. pro Conſulatu. 51. ſtudio, labore. 52. ſumma opera. 53. ſcias, perſuadeare. 54. Milone. 55. mea tibi erit pietas iucunda. 56. in grati animi demonſtratione. 57. ſalutem.

## VII.

## M. T. C. PROC. C. CVRIONI TR. PL. S. D.

*Ex Cilicia Curioni de tribunatu pl. gratulatur, hortaturque, ne cuius conſilium ſequatur, ſed quod rectum eſt, conſtanter faciat: nec patiatur ſibi prouinciam prorogari.*

SEra gratulatio reprehendi non ſolet: praeſertim ſi [1] nulla [2] negligentia praetermiſſa eſt. longe enim

VII.

1. ſi illa gratulatio. 2. per nullam.

ge enim abſum[3], audio ſero[4]: ſed tibi & gratu-
lor, &, vt ſempiternae laudi tibi ſit iſte tribuna-
tus[5], exopto: teque hortor, vt omnia guberne[s]
& moderere prudentia tua[6], ne te auferant[7] alio-
2 rum conſilia. Nemo eſt qui tibi ſapientius ſua-
dere poſſit, te ipſo[8]. nunquam labere[9], ſi te au-
dies[10]. non ſcribo hoc temere[11]: cui ſcribam vi-
deo[12]. noui animum, noui conſilium tuum: non
vereor ne quid timide, ne quid ſtulte facias, ſi ea
3 defendes, quae ipſe recta[13] eſſe ſenties. Quod
in id reipub. tempus non incideris[14], ſed vene-
ris[15] (iudicio[16] enim tuo, non caſu in ipſum diſ-
crimen[17] rerum contuliſti tribunatum tuum) pro-
fecto vides, quanta vis in repub. temporum ſit,
quanta varietas rerum, quam incerti exitus[18],
quam flexibiles[19] hominum voluntates[20]: quid
inſidiarum, quid vanitatis[21] in vita, non dubito
4 quin cogites[22]. Sed amabo te[23], cura, & cogita,
nihil noui[24], ſed illud idem, quod initio ſcripſi:
tecum loquere, & te adhibe in conſilium, te audi,
tibi obtempera. alteri qui melius dare conſilium
poſſit,

3. a Roma. 4. quae aguntur Romae. 5. quem nunc adeptus fuiſti. 6. per tuam. 7. abſtrahant ad partem deteriorem. 8. quam tu ipſemet. 9. cades in conſiliis. 10. ſi teipſum ſequeris. 11. ex quadam animi temeritate aut imprudentia. 12. video enim, ad quam prudentem virum ego haec ſcribam. 13. honeſta ac bona. 14. caſu fortuito. 15. iudicio quodam tuo. 16. mit gutem Vorbedacht, re probe expenſa. 17. periculum. 18. euentus rerum. 19. mutabiles. 20. inclinationes, ſtudia, cupiditates. 21. quanta vanitas in hac noſtra tali vita ſit. 22. apud animum tuum conſideres 23. quaeſo, ſodes. 24. non quidem res nouas.

25. dare

Digitized by Google

poſſit, quam tu [25], non facile inueniri poteſt: tibi
vero ipſi certe nemo melius [26] dabit. Dii immor- 5
tales, cur ego non adſum vel ſpectator laudum
tuarum, vel particeps, vel ſocius, vel miniſter
conſiliorum? iam etſi hoc [27] minime tibi deeſt:
ſed tamen efficeret magnitudo, & vis amoris mei,
conſilio te vt poſſem iuuare. Scribam ad te plu- 6
ra *alias* [28]: paucis enim diebus eram miſſurus do-
meſticos tabellarios [29], vt, quoniam ſane feliciter
& ex mea ſententia [30] remp. geſſimus, vnis litte-
ris [31] totius aeſtatis res geſtas [32] ad ſenatum per-
ſcriberem. De ſacerdotio [33] tuo quantam cu- 7
ram adhibuerim, quamquam difficili in re atque
cauſſa [34], cognoſces ex iis litteris, quas Tharaſo-
ni liberto tuo dedi. Te, mi Curio, pro tua in- 8
credibili in me beneuolentia, meaque item in te
ſingulari [35], rogo atque oro, ne patiare quidquam
mihi ad hanc prouincialem moleſtiam temporis
prorogari [36]. Praeſens tecum egi [37], cum te tri- 9
bunum pl. iſto anno fore non putarem: itemque
petiui ſaepius per litteras: ſed tum quaſi a ſena-
tore nobiliſſimo, tum adoleſcente gratioſiſſi-
mo [38]; nunc a tribuno pleb. & a Curione tri-
buno [39]:

25. dare potes. 26. conſilium. 27. omne. 28. alio tempore. 29. tabellarios ex domo & familia mea. 30. quoniam in prouincia mea Cilicia & Amano monte multa caſtella ex voto & feliciter expugnaui. 31. per vnicam epiſtolam. 32. ea omnia, quae geſta ſunt per totam aeſtatem. 33. pontificatu, quem deſideras. 34. ſtatu. 35. beneuolentia. 36. ne patiaris, vt tempus in prouincia hac, quod iam mihi moleſtiſſimum eſt, prorogetur vltra annum. 37. hac de re. 38. qui fauorem haberet apud omnes.



Digitized by Google

buno[39]: non[40] vt decernatur aliquid noui, quod ſolet eſſe difficilius; ſed[41] vt ne quid noui decernatur: & vt ſenatusconſultum, & leges defendas: eaque mihi conditio maneat, qua[42] profectus ſum. hoc te vehementer etiam atque etiam rogo. Vale.

39. & quidem a te Curione tribuno. 40. non id quidem peto. 41. ſed id peto. 42. ſub qua in Ciliciam.

## VIII.

## M. T. C. PROCONSVL M. COELIO S. D.

*M. Coelius, cuius eſt liber VIII. harum epiſtolarum, ſcripſerat leuiores res vrbanas Ciceroni de gladiatoriis ludis, dilatione vadimonii, & furtis nonnullis, quae ipſum nihil adſiciebant. Reprehenſa ergo illa ſedulitate monet, vt ſeueriores res, quem ſtatum putet reip. futurum eſſe, perſcribat. Addit, cum Pompeio fuiſſe, cui ſe vt Coelius det, hortatur: & cum Caninio Athenis. Denique ſua commendat.*

QUid? tu me hoc tibi mandaſſe[1] exiſtimas, vt mihi gladiatorum compoſitiones[2], vt vadimonia dilata[3], & Chreſti compilationem[4] mitteres[5], & ea, quae nobis, cum Romae ſumus, narrare

VIII.

1. in mandatis dediſſe. 2. compoſitio gladiatorum eſt, quando illi ita in paria ordinantur, vt corpore & viribus inter ſe pares, non impares, pugnent. 3. die verlängerungen der Gerichts-Termine. 4. Beſtehlung. 5. perſcriberes.

6. &

ſtare nemo audeat? Vide quantum tibi meo iu- 2
dicio tribuam, nec mehercule iniuria[6]: πολιτικώ-
τερον[7] enim te adhuc neminem cognoui. ne illa
quidem curo mihi ſcribas[8], quae maximis in re-
bus reipub. geruntur quotidie, niſi quid ad me
ipſum pertinebit: ſcribent alii, multi nuntiabunt,
perferet multa etiam ipſe rumor. Quare ego 3
nec praeterita, nec praeſentia abs te, ſed vt[9] ab
homine longe in poſterum proſpiciente[10] futura
exſpecto: vt ex tuis litteris cum formam[11] rei-
pub. viderim, quale aedificium[12] futurum ſit, ſci-
re poſſim. Neque tamen adhuc habeo[13], quod[14] 4
te accuſem: neque enim fuit[15], quod tu plus pro-
uidere poſſes, quam quiuis noſtrum[16]: inprimis-
que ego, qui cum Pompeio complures dies nul-
lis in aliis, niſi de republica, ſermonibus verſatus
ſum: quae nec poſſunt ſcribi, nec ſcribenda
ſunt[17]. tantum habeto[18], ciuem egregium eſſe
Pompeium: & ad omnia, quae prouidenda[19]
ſunt in repub. & animo, & conſilio paratum.
Quare da te homini[20]: complectetur[21], mihi cre- 5
de: Iam iidem illi & boni & mali ciues videntur,
qui[22] nobis videri ſolent. Ego cum Athenis de- 6
cem ipſos dies[23] fuiſſem, multumque mecum
Gallus

6. & ſane iure tibi id tribuo. 7. magis curioſum in rebus politicis. 8. nec curo etiam, vt illa mihi ſcribas. 9. tanquam. 10. prudentiſſimo. 11. diſpoſitionem, gleichſam den Grundriß. 12. qualis ſtatus reipublicae. 13. cauſſam. 14. cur. 15. accidit aliquid. 16. ex noſtris. 17. quae non licet ſcribere. 18. id vero perſuadeare. 19. proſpicienda, curanda, cauenda. 20. confer te ad partes Pompeii. 21. ille te inuicem amet. 22. qui tales. 23. per hos dies.



Digitized by Google

Gallus noſter Caninius[24]; proficiſcebar inde[25]
pridie nonas quintiles[26], cum hoc ad te littera-
7 rum[27] dedi. Tibi cum omnia mea[28] commen-
datiſſima eſſe cupio, tum nihil magis[29], quam ne
tempus nobis prouinciae[30] prorogetur. in eo
mihi ſunt omnia[31]. quod, quando, & quo modo,
& per quos agendum ſit, tu optime conſtitues[32].
Vale.

24. locutus eſt, egit. 25. Athenis. 26. die IV. Iunii. 27. cum has ad te litteras perſcripſi. 28. negotia. 29. iam cupio. 30. in adminiſtratione prouinciae. 31. omnes meae cogitationes. 32. decernes, intelliges.

## IX.

## M. T. C. COELIO RVFO, AEDILI CVRVLI DESIGNATO S. D.

*Gratulatur de aedilitate obtenta, Hirro competitore deiecto, in quem veteris poëtae verbis facete iocatur.*

PRimum tibi, vt debeo[1], gratulor, laetorque
cum praeſenti[2], tum etiam ſperata[3] tua digni-
tate: ſerius[4], non[5] negligentia mea, ſed ignora-
tione rerum omnium[6]. In his enim ſum locis,
quo[7] & propter longinquitatem[8], & propter la-
2 trocinia[9] tardiſſime omnia perferuntur. Et cum
gratu-

IX.

1. quemadmodum officium meum requirit. 2. dignitate tua. 3. quam hactenus ſperaſti. 4. equidem gratulor tibi ſerius. 5. non tamen id fit ex. 6. ſed quoniam ignarus ſum rerum omnium, quae Romae aguntur. 7. wohin. 8. Entlegenheit. 9. quia itinera non ſatis tuta ſunt propter latrones.

10. ali-

Digitized by Google

gratulor, tum vero, quibus verbis tibi gratias agam, non reperio: quod ita factus ſis, vt dederis nobis[10], quemadmodum ſcripſeras ad me, quem ſemper ridere poſſemus. Itaque cum primum audiui, ego ille ipſe factus ſum, ſcis quem dicam, egique[11] omnes illos adoleſcentes, quos ille iactitat[12]. difficile eſt loqui[13]. Te[14] autem 3
contemplans abſentem & quaſi tecum coram loquerer, Non aedepol quantam egeris rem, neque quantum facinus feceris, quod quia praeter opinionem mihi acciderat, referebam[15] me ad illud. Incredibile hoc factu obiicitur[16]. repente vero inceſſi omnibus laetitiis[17]. in quo cum obiurgarer[18], quod nimio[19] gaudio paene deſiperem[20]; ita me defendebam: ego[21] voluptatem animi nimiam. Quid quaeris? dum illum[22] ri- 4
deo, paene ſum factus ille. Sed haec pluribus[23] multaque alia & de te, & ad te, cum primum ero aliquid otii nactus. Te vero, mi Rufe, diligo, 5
quem mihi fortuna dedit amplificatorem dignitatis meae, vltorem non modo inimicorum, ſed etiam inuidorum meorum, vt eos partim ſcelerum ſuorum[24], partim etiam ineptiarum poeniteret. Vale. X. M.

10. aliquem. 11. & velut repraeſentaui in me ipſo. 12. de quibus Hirrus competitor tuus gloriatur. 13. non poſſum omnia ſatis eloqui, quae in mente habeo. 14. haec verba, vsque ad: *quid quaeris?* depromta ſunt ex veteri quodam poëta. 15. ich bezog mich hierauf. 16. obiicitur mihi, hoc incredibile eſſe. 17. repente vero maximum gaudium percepi. 18. quod cum alii mihi exprobrarent. 19. propter nimium. 20. ſtultus fierem. 21. ego capio. 22. Hirrum. 23. ſcribam alio tempore. 24. iniuriarum mihi factarum.

X.

# M. T. C. IMP. M. COELIO RVFO AEDILI CVRVLI DESIGN. S. D.

*Querendo de tabellariis, occulte Coelium negligentiae litterarum accuſat: res ſuas in Amano geſtas narrat: & , ne prouincia prorogetur, rogat: de rep. cupit certior fieri.*

TV vide,quam [1] ad me litterae non perferantur.
Non enim adduci [2] poſſum, vt abs te, poſteaquam aedilis factus es, nullas putem datas: praeſertim cum eſſet tanta res [3], tantae gratulationis [4]:
de te, quia quod ſperabam [5]: de Hillo [6] (balbus
2 enim ſum) quod non putaram [7]. Atqui ſic habeto, nullam me epiſtolam accepiſſe tuam poſt comitia [8] iſta praeclara, quae me laetitia extulerunt: ex quo vereor, ne idem eueniat in meas litteras. equidem nunquam domum miſi vnam epiſtolam, quin eſſet ad te altera [9]: nec mihi eſt te iucundius quidquam, nec carius. Sed balbi
3 non ſumus [10]: ad rem redeamus. Vt optaſti,
ita eſt: velles enim, ais, tantum modo vt haberem negotii, quod eſſet ad laureolam ſatis [11]. Parthos

X.

1. quam plane nullae litterae. 2. perſuaderi. 3. tam ſingularis res. 4. & quae promerebatur tantam gratulationem. 5. quia id factum eſt, quod ſperabam. 6. Hillum appellat, per iocum quaſi balbutiens Cicero, qui Hirri nomen habebat. 7. factum eſſe. 8. conuentum ſolennem populi Romani ad eligendos magiſtratus. 9. epiſtola. 10. niſi per iocum, vti hactenus. 11. ais, te cupere, vt tantum negotii haberem, quod ſatis eſſet, ad obtinendam lauream ſeu triumphum.

12. noſtro

Digitized by Google

thos times, quia diffidis copiis noſtris[12]. ergo
ita accidit. nam Parthico bello nuntiato, loco-
rum quibusdam anguſtiis, & natura montium fre-
tus[13], ad Amanum[14] exercitum adduxi, ſatis pro-
be ornatum[15] auxiliis, & quadam auctoritate apud
eos, qui me non norant, nominis noſtri[16]. Mul-
tum eſt[17] enim in his locis, Hiccine eſt ille[18], qui
vrbem[19]? quem ſenatus[20]? noſti cetera. Cum 4
veniſſem ad Amanum, qui mons mihi cum Bibulo
communis eſt, diuiſus aquarum diuortiis[21]; Caſ-
ſius noſter, quod mihi magnae voluptati fuit[22], fe-
liciter ab Antiochia hoſtem reiecerat. Bibulus
prouinciam acceperat. Interea cum meis copiis 5
omnibus vexaui Amanienſes, hoſtes ſempiternos:
multi occiſi[23], capti, reliqui diſſipati: caſtella mu-
nita improuiſo aduentu capta[24], & incenſa. ita
victoria iuſta[25] imperator[26] appellatus apud Iſ-
ſum[27], (quo in loco ſaepe, vt ex te audiui, Cli-
tarchus tibi narrauit, Darium ab Alexandro eſſe
ſuperatum) adduxi exercitum ad infeſtiſſimam[28]
Ciliciae partem. Ibi quintum & vigeſimum iam 6
diem

12. noſtro exercitui. 13. dum fiduciam pono in an-
guſtiis locorum & ſitu montium. 14. montem. 15. in-
ſtructum copiis auxiliaribus. 16. & quadam auctoritate
nominis mei. 17. valet, quando homines ſeſe interro-
gant de me. 18. Cicero. 19. ſeruauit a Catilinae con-
iuratione. 20. honorauit. 21. qui mons diuiditur per
duos fluuios, quoniam a parte huius montis auſtrali, quae
eſt Taurus, qui Armeniam a Meſopotamia diſterminat,
fluunt Tigris & Euphrates. 22. quod mihi magnum
gaudium excitauit. 23. ſunt. 24. fuerunt occupata.
25. propter victoriam iuſtam. 26. ego fui. 27. vrbem
28. vexatiſſimam ab hoſtibus.

29. mit

Digitized by Google

diem aggeribus[29], vineis[30], turribus oppugna-
bam oppidum munitiſſimum Pindeniſſum, tantis
opibus, tantoque negotio[31], vt mihi ad ſummam
gloriam nihil deſit, niſi nomen oppidi: quod ſi,
vt ſpero, cepero, tum vero litteras publice[32] mit-
7 tam. Haec ad te in praeſenti[33] ſcripſi, vt ſperes
te adſequi id, quod optaſſes. ſed vt redeam ad
Parthos, haec aeſtas habuit hunc exitum ſatis fe-
licem. ea[34] quae ſequitur, magno eſt in timore[35].
8 Quare, mi Rufe, vigila, primum, vt mihi ſucce-
datur[36]: ſin id erit, vt ſcribis & vt ego arbitror,
ſpiſſius[37]: illud, quod facile eſt, ne quid mihi
9 temporis prorogetur. De repub.[38] ex tuis lit-
teris, vt antea tibi ſcripſi, cum praeſentia, tum
etiam futura magis exſpecto. quare, vt ad me
omnia quam diligentiſſime perſcribas, te vehe-
menter rogo. Vale.

29. mit Batterien, Schanzen, 30. Sturmdächern. 31. ſtudio. 32. publico nomine ad ſenatum. 33. iam, hoc tempore, hac occaſione. 34. aeſtas. 35. magnum nobis facit timorem. 36. vt aliquis ſucceſſor veniat in hanc prouinciam. 37. ſerius, tardius. 38. de iis, quae nunc aguntur in republica.

## XI.

## M. T. C. IMP. M. COELIO AEDILI CVRVLI S. D.

*Prorogationis metu ſollicitus ob varias cauſſas, de pantheris, in ludos aedilis Coelii capiendis, ſcribit: & ſibi res vrbanas perſcribi poſtulat.*

Puta-

PUtaresne vnquam accidere poſſe, vt mihi verba deeſſent, neque ſolum iſta veſtra oratoria[1], ſed haec etiam leuia noſtratia[2]? deſunt[3] autem propter hanc cauſſam, quod mirifice ſum ſollicitus, quidnam de prouinciis decernatur. Mirum me deſiderium tenet vrbis[4], incredibile[5] meorum, atque in primis tui[6], ſatietas[7] autem prouinciae: vel quia videmur eam[8] famam conſecuti, vt non tam acceſſio[9] quaerenda, quam fortuna[10] metuenda ſit: vel quia totum negotium non eſt dignum[11] viribus noſtris: qui maiora in repub. onera ſuſtinere & poſſim, & ſoleam: vel quia belli magni timor impendet, quod[12] videmur effugere, ſi ad conſtitutam[13] diem decedemus. 2
De pantheris[14], per eos, qui venari ſolent, agitur mandato[15] meo diligenter: ſed mira paucitas[16] eſt: & eas[17], quae ſunt, valde aiunt queri, quod[18] nihil cuiquam inſidiarum in mea prouincia, niſi ſibi[19] fiat. itaque conſtituiſſe dicuntur[20] in Cariam ex noſtra prouincia decedere. 3
Sed tamen ſedulo fit[21], & in primis a Patiſco. quidquid erit[22], tibi 4

XI.

1. verba. 2. verba. 3. iam mihi verba. 4. ego maxime cupio redire in vrbem Romam. 5. deſiderium tenet me. 6. deſiderium videndi. 7. me tenet. 8. tantam iam. 9. augmentum famae. 10. aduerſa. 11. non conuenit. 12. bellum. 13. illo die, qui conſtitutus eſt ad deceſſionem magiſtratuum ex prouincia. 14. Panterthier, quos Coelius deſiderabat, editurus ludos ſeu ſpectacula, & ideo has raras beſtias conquirebat. 15. ex. 16. pantherarum. 17. pantheras. 18. quod nemini inſidiae fiant. 19. pantheris. 20. hae beſtiae. 21. illarum venatio. 22. capietur.

23. iam

tibi erit. ſed quid eſſet[23], plane[24] neſciebamus. Mihi meherculemagnae curae eſt aedilitas[25] tua: ipſe dies me admonebat. ſcripſi enim haec ipſis Megalenſibus[26]. Tu velim ad me de omni reip. ſtatu, quam diligentiſſime perſcribas. ea enim certiſſima[27] putabo, quae ex te cognoro. Vale.

23. iam captum. 24. omnino. 25. propter edenda munera & ludos. 26. Megalenſes ludi erant ſacra Matri Magnae Deorum, & ſolebant celebrari pridie Nonas Apriles. 27. eſſe.

## XII.

## M. T. C. IMP. M. COELIO AEDILI CVRVLI S. D.

*Appropinquante diſceſſu ex prouincia, vrbem deſiderat, cuius fructus prouincialibus praefert: & obuiam ſibi litteras mitti poſtulat.*

SOllicitus equidem eram de rebus vrbanis[1]: ita tumultuoſae conciones[2], ita moleſtae quinquatrus[3] adſerebantur[4]. nam citeriora[5] nondum audiebamus. Sed tamen nihil me magis ſollicitabat, quam in his moleſtiis non me, ſi quae[6] ridenda eſſent, ridere[7] tecum. ſunt enim multa: ſed ea non audeo ſcribere. Illud moleſte fero, nihil[8] me adhuc his de rebus habere tuarum litterarum.

XII.

1. de iis rebus, quae iam aguntur in vrbe. 2. tumultus excitati a populo conuocato. 3. Quinquatrus maiores, Mineruae feſtum agebantur die XIV. Kal. Aprilis; & minores, idibus Iunii. 4. nuntiabantur. 5. quae citra quinquatrus acta ſunt, id eſt, recentiora. 6. acta. 7. poſſe. 8. nihil litterarum, nullas litteras.

9. officium.

Digitized by Google

terarum. Quare, & ſi, cum tu haec leges, ego 2
iam annuum munus[9] conſecero; tamen obuiae
mihi velim ſint[10] litterae tuae, quae me erudiant
de omni repub. ne hoſpes[11] plane veniam[12]. hoc
melius, quam tu, facere nemo poteſt. Diogenes 3
tuus, homo modeſtus, a me cum Philone Peſſi-
nunte[13] diſceſſit. iter habebant ad Deiotarum re-
gem: quamquam omnia nec benigna, nec co-
pioſa cognorant[14]. Vrbem[15], vrbem, mi Rufe,
cole, & in iſta luce[16] viue. Omnis peregrina- 4
tio[17], quod ego ab adoleſcentia iudicaui, obſcu-
ra[18], & ſordida[19] iis[20], quorum induſtria Romae
poteſt illuſtris[21] eſſe. quod cum probe ſcirem,
vtinam in ſententia permanſiſſem; cum vna me-
hercule ambulatiuncula[22], atque vno ſermone
noſtro omnes fructus[23] prouinciae non confe-
ro[24]. Spero, me integritatis[25] laudem conſe- 5
cutum[26]. non erat minor[27] ex contemnenda[28],
quam ex conſeruata prouincia. Spem trium-
phi[29]? inquis. ſatis glorioſe triumpharem, ſi non
eſſem quidem tamdiu in deſiderio rerum mihi
cariſſi-

9. officium. 10. tamen cupio, vt obuiam mihi Romam redituro tuae litterae veniant. 11. ignarus omnium rerum, tanquam peregrinus. 12. in vrbem. 13. ex vrbe Peſſinus, quae eſt oppidum maioris Phrygiae. 14. quanquam ignorabant, an ab ipſo benigne & largiter excipiendi & tractandi eſſent. 15. Romam. 16. hominum. 17. abſentia ab vrbe Roma, 18. verächtlich, 19. indecens. 20. eſt. 21. in luce & conſpectu hominum. 22. mit einem Spatziergängelgen. 23. vtilitatem, quam forte capio ex hac prouincia. 24. comparo. 25. ſinceritatis. 26. eſſe. 27. laus. 28. prouincia; etiamſi non iuiſſem in prouinciam. 29. tu potes habere.

30. quales

Digitized by Google

cariſſimarum. Sed, vt ſpero, propediem te videbo. tu mihi obuiam mitte epiſtolas te dignas [30]. Vale.

30. quales a te ad me mitti debent.

## XIII.

## M. T. C. IMP. M. COELIO AEDILI CVRVLI S. D.

*De litterarum infrequentia modeſte queſtus, amicitiam Appii Coelio excuſat, & rationibus defendit. Curionis inconſtantiam ſe praeuidiſſe, prouinciam recte confeciſſe, & vrbis deſiderio nunc vnice teneri dicit.*

RAras tuas quidem (fortaſſe enim non perferuntur [1],) ſed ſuaues accipio litteras; vel quas proxime acceperam, quam prudentes [2], quam [3] multi & officii, & conſilii. Etſi omnia ſic conſtitueram mihi agenda [4], vt tu admonebas; tamen confirmantur noſtra conſilia, cum ſentimus [5], prudentibus fideliterque ſuadentibus idem
2 videri. Ego Appium, vt ſaepe tecum locutus ſum, valde diligo: meque ab eo diligi ſtatim coeptum eſſe, vt [6] ſimultatem [7] depoſuimus, ſenſi. nam & honorificus in me conſul fuit [8], & ſuauis amicus, & ſtudioſus ſtudiorum etiam meorum [9]. mea vero officia ei non defuiſſe, tu es teſtis. quoniam

XIII.

1. ad me tuae litterae. 2. irrkluge Schreiben. 3. quam plenae. 4. eſſe. 5. videmus. 6. poſtquam. 7. inimicitiam, Ialouſie. 8. cum ille Couſul eſſet, omnem mihi honorem exhibuit. 9. & quicquid ego vellem, ille etiam volebat.

10. comi-

quoniam κωμικὸς μάρτυς[10] (vt opinor) occidit Phania[11]: & mehercule etiam pluris eum[12] feci, quod te amari ab eo ſenſi. Iam me Pompeii to- 3
tum eſſe ſcis[13]: Brutum a me amari intelligis. quid eſt cauſſae[14], cur mihi non in optatis ſit[15] complecti[16] hominem florentem aetate[17], opibus, honoribus, ingenio, liberis, propinquis, adfinibus, amicis, collegam meum praeſertim, & in ipſa collegii laude, & ſcientia[18], ſtudioſum[19] mei?
Haec ego pluribus ſcripſi, quod[20] mihi ſignifi- 4
cabant tuae litterae ſubdubitare[21], qua eſſem erga illum voluntate[22]. credo te audiſſe aliquid: falſum eſt, mihi crede, ſiquid audiſti. Genus inſti- 5
tutorum, & rationum mearum diſſimilitudinem nonnullam habet cum illius adminiſtratione provinciae[23]. ex eo quidam ſuſpicati fortaſſe ſunt, animorum contentione non opinionum diſſenſione, me ab eo diſcrepare[24]. Nihil autem feci 6
vnquam, neque dixi, quod contra illius exiſtimationem[25] eſſe vellem. poſt hoc negotium autem, & [26] temeritatem noſtri Dolabellae[27], deprecatorem me pro illius periculo praebeo[28].

Erat

10. comicus teſtis. 11. libertus Appii. 12. eum ideo magis amaui. 13. iam ſcis, quod ego totus acceſſerim ad partes Pompeii. 14. quae vero cauſſa ſit. 15. cur ego non debeam optare. 16. amare hunc Brutum. 17. qui iam viuit in optima aetate. 18. dum ille laudem habet in hoc Collegio augurali partam per ſcientiam ſuam. 19. amantem. 20. quia. 21. te aliquo modo dubitare. 22. wie ich gegen ihn geſinnet wäre. 23. cum adminiſtratione prouinciae, quam ille oſtendit. 24. diſſentire. 25. Ehre und Reputation. 26. & poſt. 27. qui Appium accuſauerat. 28. ego deprecor periculum Appii.



29. tu

7 Erat in eadem epiſtola veternus [29] ciuitatis. gaudebam ſane, & congelaſſe [30] noſtrum amicum laetabar otio. Extrema pagella [31] pupugit me tuo chirographo. quid ais? Caeſarem non defendit Curio? quis hoc putaret praeter me? nam, ita viuam [32], putaui. Dii immortales quam ego
8 riſum noſtrum deſidero [33]. Mihi erat in animo [34], quoniam iurisdictionem confeceram [35], ciuitates locupletaram, publicanis etiam ſuperioris luſtri reliqua [36] ſine ſociorum vlla querela conſeruaram; priuatis [37], ſummis, infimis, fueram iucundus, proficiſci in Ciliciam Nonis Maii [38]: & cum prima aeſtiua [39] attigiſſem, militaremque rem collocaſſem [40], decedere [41] ex ſenatusconſulto. Cupio te aedilem videre: miroque deſiderio me vrbs adficit, & omnes mei, tuque in primis. Vale.

29. tu commemorabas etiam in tua epiſtola, quod omnia in vrbe quaſi ex nimio otio dormirent. 30. refrixiſſe, ceſſaſſe in ſuis actionibus propter otium. 31. tuae epiſtolae. 32. ſo wahr ich lebe. 33. quam vehementer ego cupio vobiſcum iocari. 34. ego decreueram. 35. quia peregeram officium meum proconſulare. 36. den Reſt von den abgewichenen fünfjährigen Intraden. 37. hominibus, incolis, ciuibus. 38. die VII. Maii. 39. Sommerquartier, vbi milites agere ſolent in aeſtate. 40. in ordinem. 41. ex prouincia.

## XIV.

## M. T. C. IMP. M. COELIO AEDILI CVRVLI. S. D.

*M. Fabium commendat diligenter: de vrbanis rebus litteras exſpectat.*

M. Fabio

Digitized by Google

M. Fabio, viro optimo, & homine doctiſſimo, familiariſſime vtor [1], mirificeque [2] cum diligo, cum propter ſummum [3] ingenium eius, ſummamque doctrinam, tum propter ſingularem modeſtiam. Eius negotium ſic velim ſuſcipias, vt [4] 2
ſi eſſet res mea. Noui ego vos magnos patronos [5]: hominem occidat oportet [6], qui veſtra opera vti velit [7]. ſed in hoc homine [8] nullam accipio excuſationem. Omnia relinques [9], ſi me amabis, cum tua [10] opera Fabius vti volet. Ego res 3
Romanas vehementer exſpecto, & deſidero [11]: in primisque, quid agas, ſcire cupio. nam iamdiu propter hiemis magnitudinem [12] nihil noui [13] ad nos adferebatur. Vale.

XIV.

1. Fabium habeo familiariſſimum. 2. valde. 3. vortreflich. 4. non aliter ac ſi. 5. eſſe, qui ſolummodo magnas & graues cauſſas ſoletis ſuſcipere. 6. oportet vt aliquis magnum crimen commiſerit. 7. qui vti volunt veſtro patrocinio. 8. qui operam veſtram deſiderat, & neceſſario iuuandus eſt. 9. du wirſt alles andere ſtehen und liegen laſſen. 10. tuo patrocinio. 11. ſcire, quid Romae agatur. 12. quae non permittit, tabellarios huc proficiſci. 13. de nouis rebus.

## XV.
## M. T. C. IMP. COELIO AEDILI CVRVLI S. D.

*Ad plures Coelii epiſtolas reſpondet, praeſertim XI & XIII, libri octaui: hoc eſt de ſupplicatione, de filiae & Dolabellae nuptiis: quibus addit de quaeſtore Coelio prouinciae praefecto: de Ocella, & aliis.*

NOn potuit accuratius agi, nec prudentius, quam actum eſt a te cum Curione de ſuppli-

catione[1]: & mehercule confecta res ex ſententia mea[2] eſt, cum celeritate; tum quod is, qui erat iratus, competitor tuus, & idem meus[3], adſenſus eſt ei, qui ornauit res noſtras diuinis laudibus[4]. quare ſcito me ſperare ea, quae ſequuntur, ad quae
2 tu te para. Dolabellam a te gaudeo primum laudari, deinde etiam amari. nam ea, quae ſperas, Tulliae meae[5] prudentia[6] temperari poſſe, ſcio. cui tuae epiſtolae reſpondeant. quid ſi meam[7] legas, quam[8] ego tum ex tuis litteris miſi ad Appium? ſed quid agas? ſic viuitur. Quod actum eſt, dii approbent. ſpero fore iucundum generum[9] nobis: multumque in eo tua nos humanitas
3 adiuuabit. Reſpublica me valde ſollicitat[10]. faveo Curioni: Caeſarem honeſtum[11] eſſe cupio: pro Pompeio emori poſſum: ſed tamen ipſa[12] repub. nihil mihi eſt carius: in qua tu non valde te iactas[13]. diſtrictus[14] enim mihi videris eſſe, quod
4 & bonus ciuis, & bonus amicus es. Ego de provincia decedens quaeſtorem[15] Coelium praepoſui

XV.

1. quam ego cupio decerni pro victoriis a me impetratis in Cilicia. Supplicatio erant publicae preces & gratiarum actiones pro victoriis, quas Dii concefferant. 2. ex voto meo. 3. competitor. Hirrum intelligit Cicero. 4. qui res noſtras ſumme laudauit. 5. filiae. 6. per prudentiam. 7. epiſtolam. 8. quam decerptam. 9. Dolabellam fore mihi iucundum generum. 10. maximas mihi curas excitat. 11. ita agere cupio, videlicet bonum & honeſtum ciuem. 12. quam ipſa. 13. tu quidem parum ſollicitus es de rep. & quaſi quieſcis in otio. 14 ſollicitus, occupatus, anxius. 15. Kriegs-Caſſirer oder Commiſſarium.

16. for-

Digitized by Google

poſui prouinciae. puerum[16] inquis? at quaeſto-
rem[17], at nobilem adoleſcentem, at omnium fere
exemplo[18]: neque erat ſuperiore honore vl-
lus[19], quem praeficerem. Pontinius multo ante 5
diſceſſerat. a Q. fratre[20] impetrari[21] non pote-
rat: quem tamen ſi reliquiſſem, dicerent iniqui[22],
non me plane poſt annum, vt ſenatus voluiſſet,
de prouincia deceſſiſſe: quoniam alterum me[23]
reliquiſſem. fortaſſe & illud adderent, ſenatum
eos voluiſſe prouinciis praeeſſe, qui antea non
praefuiſſent: fratrem[24] meum triennium[25] Aſiae
praefuiſſe. Denique nunc ſollicitus non ſum; 6
ſi fratrem reliquiſſem, omnia timerem. Poſtre-
mo non tam mea ſponte, quam potentiſſimorum
duorum[26] exemplo, qui omnes Caſſios, Anto-
niosque complexi ſunt[27]; hominem adoleſcen-
tem non tam allicere[28] volui, quam alienare[29]
nolui. hoc tu meum conſilium laudes[30] neceſſe
eſt: mutari enim non poteſt. De Ocella parum 7
ad me plane[31] ſcripſeras: & in actis non erat[32].
Tuae res geſtae, ita notae[33] ſunt, vt trans mon-
tem Taurum etiam de Matrinio ſit auditum.
Ego, niſi quid me Eteſiae[34] morabuntur, celeri-
ter, vt ſpero, vos videbo. Vale. XVI.

16. fortaſſis obiicies, cur puerum praepoſuiſti? 17. reſpondeo, quamuis Coelius puer eſſe videatur, attamen quaeſtor eſt. 18. at omnes fere proconſules idem fecerunt ante me. 19. es war kein höherer Officier eben vorhanden. 20. meo. 21. hoc. 22. maleuoli mei. 23. fratrem meum. 24. autem. 25. iam per tres annos. 26. Pompeii & Caeſaris. 27. ſibi deuinxerunt. 28. ad partes meas trahere. 29. a me, inimicum mihi facere. 30. vt laudes. 31. accurate. 32. nihil erat etiam in eo de actis, quae ad me miſiſti. 33. omnibus. 34. certi venti.



Digitized by Google

## XVI.

# M. T. C. IMP. M. COELIO AEDILI CVRVLI S. D.

*Cicero ex prouincia regreſſus, Coelio videbatur (nimium ad Pompeium) propendere, quod diſuaſit illi epiſt. XVI lib. VIII. cui Cicero reſpondet, ſe pacem & otium malle, quam caſtra ſequi; etiam cauſſas ſiniſterioris ſuſpicionis oſtendit & refutat.*

MAgno dolore me adfeciſſent tuae litterae, niſi iam & ratio [1] ipſa depuliſſet omnes moleſtias, & diuturna deſperatione rerum [2] obdu-
2 ruiſſet animus ad dolorem nouum [3]. Sed tamen quare acciderit [4], vt ex meis ſuperioribus litteris id ſuſpicarere, quod ſcribis, neſcio. quid enim fuit in illis praeter querelam temporum [5], quae non animum meum magis ſollicitum haberent, quam tuum? nam non eam cognoui aciem [6] ingenii tui, quod ipſe videam, te id vt non putem
3 videre [7]. Illud miror, adduci [8] potuiſſe te, qui me penitus [9] noſſe deberes, vt me exſtimares aut tam improuidum, qui ab excitata [10] fortuna ad inclinatam [11], & prope iacentem deſciſcerem [12]; aut tam inconſtantem, vt collectam [13] gratiam floren-

XVI.

1. cauſſa conſiliorum meorum. 2. de emendatione publicarum rerum. 3. iam non amplius vllum dolorem nouum poſſet recipere. 4. factum ſit. 5. de malis temporibus. 6. Schärffe. 7. vt non putem te id videre, quod ego video. 8. commoueri, perſuaderi. 9. accurate. 10. bona Caeſaris. 11. aduerſam Pompeii. 12. me conuerterem. 13. partum, acquiſitum fauorem.

14. Caeſa-

Digitized by Google

florentiſſimi hominis[14] effunderem[15], a meque
ipſe deficerem[16], & quod initio, ſemperque fugi,
ciuili bello intereſſem[17]. Quod eſt igitur meum 4
triſte[18] conſilium? vt diſcederem fortaſſe in ali-
quas ſolitudines? noſti enim non modo ſtoma-
chi mei, cuius tu ſimilem quondam habebas; ſed
etiam oculorum in hominum inſolentium in-
dignitate[19] faſtidium. Accedit etiam moleſta 5
haec pompa lictorum meorum[20], nomenque
imperii[21], quo appellor. eo ſi onere carerem,
quamuis paruis Italiae latebris contentus eſſem[22].
Sed incurrit haec noſtra laurus[23] non ſolum in 6
oculos, ſed iam etiam in voculas[24] maleuolo-
rum. quod cum ita eſſet, nihil tamen vnquam de
profectione[25], niſi vobis approbantibus[26], cogi-
taui. Sed mea praediola[27] tibi nota ſunt: in his 7
mihi neceſſe eſt eſſe, ne amicis moleſtus ſim.
Quod autem in maritimis[28] ſum, facile moueo
nonnullis ſuſpicionem, velle me nauigare. quod
tamen fortaſſe non nollem[29], ſi poſſem ad
otium[30]. Nam ad bellum quidem quei conue- 8
nit[31]? praeſertim contra eum[32], cui ſpero me
ſatis

14. Caeſaris. 15. perderem, verſchütten ſollte. 16. & me adeo ipſummet desererem. 17. me immiſcerem ciuili bello. 18. periculoſum. 19. quando video, homines ſuperbos agere res indignas. 20. quas tanquam proconſul adhuc mecum habeo. 21. imperatoris. 22. ego ſane contentus viuerem etiam in paruis Italiae latebris. 23. victoria, ſeu lictores laureati. 24. Stachelreden. 25. ex prouincia. 26. auſſer nur; wann ihr es vor gut befindetet. 27 Formianum, Cumanum, & alia ad mare ſita. 28. praediis meis. 29. facere. 30. peruenire. 31. nam quomodo deceat me ad bellum proficiſci. 32. Caeſarem.

 33. Pom-

Digitized by Google

ſatis feciſſe: ad eum[33], cui tamen ſatisfieri nullo
9 modo poteſt? deinde ſententiam meam tu facilli-
me perſpicere potuiſti iam ab illo tempore, cum
in Cumanum mihi obuiam veniſti. non enim te
celaui[34] ſermonem T. Ampii: vidiſti, quam ab-
10 horrerem ab vrbe relinquenda[35]. Quod cum
audiſſem, nonne tibi adfirmaui, quiduis me po-
tius perpeſſurum, quam ex Italia ad bellum ciui-
le exiturum[36]? quid ergo accidit, cur conſilium
mutarem? nonne omnia potius[37], vt in ſenten-
11 tia permanerem? Credas hoc mihi velim, quod
puto te exiſtimare, me ex his miſeriis nihil aliud
quaerere, niſi vt homines aliquando intelligant,
me nihil maluiſſe, quam pacem: ea deſperata[38],
nihil tam fugiſſe[39], quam arma ciuilia. Huius me
conſtantiae puto fore vt nunquam poeniteat.
12 Etenim memini in hoc genere[40] gloriari ſolitum
eſſe familiarem noſtrum Q. Hortenſium, quod
nunquam bello ciuili interfuiſſet. Hoc noſtra
laus erit illuſtrior, quod[41] illi[42] tribuebatur igna-
viae: de nobis id exiſtimari poſſe non arbitror.
13 Nec me iſta terrent, quae mihi a te ad timorem[43]
fidiſſime atque amantiſſime proponuntur. nulla
eſt enim acerbitas[44], quae non omnibus hac[45]
orbis terrarum perturbatione impendere[46] vi-
deatur: quam quidem ego a repub. meis priuatis,
& do-

33. Pompeium. 34. operui, dixi. 35. quam inuitus ab-
eſſe velim ab vrbe Roma. 36. proficiſci. 37. feci. 38. ſi
vero ſpes nulla pacis reliqua ſit. 39. me. 40. gloriae.
41. quoniam. 42. Hortenſio. 43. faciendum a bellis
ciuilibus. 44. calamitas. 45. in hac. 46. beuorſte-
hen, imminere.

47. auch

Digitized by Google

& domeſticis incommodis[47] libentiſſime, vel
iſtis ipſis[48], quae tu me mones, vt caueam, rede-
miſſem[49]. Filio meo, quem tibi carum eſſe gau- 14
deo, ſi erit vlla reſpublica[50], ſatis amplum pa-
trimonium relinquam in memoria nominis mei:
ſin autem nulla[51] erit, nihil accidet ei ſeparatum[52]
a reliquis ciuibus. Nam quod rogas[53], vt reſpi- 15
ciam[54] generum meum[55], adoleſcentem opti-
mum mihique cariſſimum; an dubitas, quum ſcias
quanti cum illum, tum vero Tulliam meam fa-
ciam, quin ea me cura vehementiſſime ſollicitet?
& eo magis, quod in communibus miſeriis hac
tantum oblectabar ſpecula[56], Dolabellam meum,
vel potius noſtrum, fore ab iis moleſtiis, quas li-
bertate ſua contraxerat[57], liberum. Velim quae- 16
ras, quos ille dies ſuſtinuerit[58], in vrbe dum[59] fuit,
quam acerbos[60] ſibi, quam mihi ipſi ſocero[61] non
honeſtos.[62] Itaque neque ego hunc Hiſpanien-
ſem caſum[63] exſpecto, de quo mihi exploratum
eſt[64], ita eſſe, vt tu ſcribis: nec quidquam aſtute co-
gito[65].

47. auch mit meinem eigenen Schaden. 48. auch eben mit dem ienigen. 49. redimere voluiſſem. 50. ſi manebit priſtinus ſtatus reip. immutatus. 51. reſpublica. 52. ille eandem fortunam ſentiat, quam reliqui ciues habebunt. 53. me precaris. 54. conſiderare velim. 55. Dolabellam. 56. gaudebam, me quaſi praeuidere. 57. & ſibi, ſich über den Halſs gezogen, dum accuſauerat Appium. 58. was er vor Tage gehabt, wie es ihm ergangen, in quibus anguſtiis vixerit: 59. quamdiu Romae fuit. 60. moleſtos, triſtes. 61. ſuo. 62. parum decoros. 63. euentum belli Caeſaris contra Afranium & Petreium legatos Pompeii in Hiſpaniam. 64. certo ſcio.



Digitized by Google

17 gito[65]. Si quando erit ciuitas[66], erit profecto nobis locus[67]: ſin autem non erit[68], in easdem ſolitudines tu ipſe (vt arbitror) venies, in quibus nos
18 conſediſſe audies. Sed ego fortaſſis vaticinor[69]: & haec omnia meliores habebunt exitus. Recordor enim deſperationes eorum, qui ſenes erant adoleſcente me[70]. eos ego fortaſſe nunc
19 imitor, & vtor aetatis vitio[71]. Velim ita ſit. Sed tamen togam praetextam texi Oppio[72], puto te audiſſe. nam Curtius noſter dibaphum[73] cogitat: ſed eum infector moratur[74]. Hoc adſperſi, vt ſcires, me tamen in ſtomacho[75] ſolere ridere[76]. Dolobellae, quod ſcripſi, ſuadeo videas[77], tan-
20 quam ſi res tua agatur. Extremum illud erit: nos nihil turbulenter, nihil temere faciemus: te tamen oramus, quibuscumque erimus in terris, vt nos, liberosque noſtros ita tueare, vt amicitia noſtra, & tua fides poſtulabit. Vale.

XVII.

65. neque in mentè habeo aliquam aſtutiam. 66. ſi ciuitas manebit in ſtatu ſuo. 67. in quo viuere poſſim & tuto latere. 68. ciuitas, ſi Roma peribit. 69. deliro, in ſanio, vt vates ſolent. 70. cum ego adoleſcens eſſem. 71. & facio, vti ſenes ſuſpicaces & queruli ſolent. 72. quod Caeſar magiſtratum ſeu officium publicum decernat Oppio. Praetexta enim erat toga & inſigne magiſtratus. 73. dibaphus, purpura, id eſt, amplos honores, purpurata veſte dignos. 74. der Färber aber hält ihn noch auf. id eſt, ſpem ſibi quidem ille concipit. ſed res a Caeſare nondum eſt confecta. 75. dum iratus aut triſtis ſum. 76. iocari. 77. proſpicias ita, eius curam geras.



Digitized by Google

## XVII.

## M. T. C. IMP. CANINIO SALLVSTIO PROQVAESTORI S. D.

*Salluſtii, qui Bibuli proconſulis Syriae quaeſtor erat, binis litteris reſpondet, prioribus, ad ſingula eo ordine quo rogauerat: poſterioribus, cauſſas exponendo, quare illum Bibulo commendare non debeat, cui tamen morem gerit.*

LItteras a te mihi ſtator[1] tuus reddidit Tarſi ad
diem XVI. kal. Sextiles[2]. His ego ordine,
vt videris velle, reſpondebo. De ſucceſſore meo
nihil audiui: nec quemquam fore arbitror. Quin
ad diem[3] decedam[4], nulla cauſſa eſt, praeſertim
ſublato metu Parthico[5]. Commoraturum me 2
nusquam ſane arbitror. Rhodum[6] Ciceronum
cauſſa puerorum, acceſſurum puto, neque id tamen
certum[7]. Ad vrbem[8] volo quamprimum
venire: ſed tamen iter meum reip. & rerum vrbanarum[9]
ratio gubernabit. Succeſſor tuus non
poteſt ita maturare[10] vllo modo, vt tu me in Aſia
poſſis conuenire[11]. De rationibus referendis[12], 3
non erat incommodum[13], te nullam referre:
quam tibi ſcribis a Bibulo fieri poteſtatem. ſed id
vix

XVII.

1. ſeruus, miniſter, a ſtando dictus. 2. d. XVII. Iulii. 3. conſtitutum. 4. ex prouincia. 5. poſtquam ſublatus eſt timor Parthici belli. 6. puto me acceſſurum ad vrbem Rhodum. 7. adhuc eſt. 8. Romam. 9. eorum quae in vrbe Roma aguntur. 10. celeriter agere. 11. adire, ad me venire. 12. was die Ablegung der Rechnung betrifft. 13. vtique commodum atque vtile tibi foret.

14. quam

Digitized by Google

vix mihi videris per legem Iuliam[14] facere poſſe,
quam Bibulus certa quadam ratione non ſeruat;
4 tibi magnopere ſeruandam[15] cenſeo. Quod
ſcribis, Apamea[16] praeſidium[17] deduci non
oportuiſſe; videbam idem ceteros exiſtimare,
moleſteque ferebam, de ea re minus commo-
5 dos[18] ſermones malevolorum fuiſſe. Parthi
tranſierint[19], nec ne, praeter te, video dubitare
neminem. Itaque omnia praeſidia, quae magna
& firma paraueram, commotus hominum non
dubio[20] ſermone, dimiſi. Rationes mei quae-
ſtoris nec verum fuit me tibi mittere[21], nec tamen
erant confectae: eas nos Apameae deponere
6 cogitabamus. De praeda mea, praeter quaeſto-
res vrbanos, id eſt, populum Romanum[22], terun-
cium[23] nec attigit, nec tacturus eſt quisquam.
Laodiceae[24] me praedes[25] accepturum arbitror
omnis pecuniae publicae, vt & mihi, & populo
7 cautum[26] ſit ſine vecturae periculo[27]. Quod
ſcribis ad me de drachmis[28] CCCLIII, nihil[29] eſt,
quod

14. quam C. I. Caeſar Conſul tulerat, vt rationes in prouinciis relinquerentur, & totidem verbis referrentur ad aerarium publicum, vide Cic. Ep. ad Famil. V. xx. 15. obſeruandam eſſe hanc legem. 16. ex Apamea Phrygiae vrbe. 17. Garniſon, Beſatzung. 18. non bonos. 19. Euphratem fluuium. 20. ſatis certo. 21. non verum eſt, me miſiſſe tibi rationes mei quaeſtoris, quod tu putas factum eſſe a me, & mitti etiam non potuerunt, quin nondum tum erant confectae, cum ego ad te ſcriberem nuper. 22. cuius pecuniam colligunt quaeſtores. 23. einen Heller. 24. oppidum Phrygiae maioris. 25. Bürgen. 26. proſpectum ſit, 27. ne pecunia forte pereat, ſi Romam vehatur. 28. monetae genus. 29. fruſtra eſt.

30. dienen,

quod in iſto genere cuiquam poſſim commoda-
re[30]. omnis enim pecunia ita tractatur, vt praeda,
a praefectis[31]: quae autem mihi attributa eſt, a
quaeſtore curatur. Quod quaeris, quid exiſti- 8
mem de legionibus, quae decretae[32] ſunt in Sy-
riam: antea dubitabam venturaene eſſent: nunc
mihi non eſt dubium, quin, ſi antea auditum erit
otium[33] eſſe in Syria, venturae non ſint. Marium 9
quidem ſucceſſorem tandem video eſſe ventu-
rum: propterea quod ſenatus ita decreuit, vt cum
legionibus iret. Vni epiſtolae[34] reſpondi, ve- 10
nio ad alteram. Petis, vt Bibulo te quam diligen-
tiſſime commendem: in quo[35] mihi voluntas non
deeſt: ſed locus[36] eſſe videtur tecum expoſtu-
landi[37]. Solus enim tu ex omnibus, qui cum 11
Bibulo ſunt, certiorem me nunquam feciſti, quam
valde Bibuli voluntas a me ſine cauſſa abhorre-
ret[38]. Permulti enim ad me detulerunt[39], cum 12
magnus Antiochiae[40] metus eſſet, & magna ſpes
in me, atque in exercitu meo; ſolitum[41] dicere,
quidvis ſe perpeti malle, quam videri eguiſſe au-
xilio meo[42]. quod ego officio quaeſtorio te ad-
ductum reticere de praetore tuo non moleſte
fere-

30. dienen, an die Hand gehen. 31. Commiſſarien. 32. de quibus decretum eſt, quod mitti debeant. 33. pacem ab hoſtibus. 34. tuae. 35. ego quidem vellem te commendare. 36. occaſio. 37. tecum quaſi rixandi, te obiurgandi, tibi aliquid obiiciendi. 38. wie ſo gar übel er gegen mich geſinnet wäre. 39. mihi narrarunt. 40. in Antiochia Syriae vrbe. 41. Bibulum ſolitum eſſe. 42. quam videri, quaſi opus habuerit meo auxilio.

43. ego

Digitized by Google

ſcrebam[43]: quamquam, quemadmodum tracta-
13 rere[44], audiebam. Ille[45] autem cum ad Ther-
mum[46] de Parthico bello ſcriberet, ad me litte-
ram nunquam miſit, ad quem intelligebat eius
belli periculum pertinere. tantum de auguratu[47]
filii ſui ſcripſit ad me; in quo ego miſericordia[48]
commotus, & quod[49] ſemper amiciſſimus Bibu-
lo fui, dedi operam, vt ei quam humaniſſime ſcri-
14 berem. Ille ſi omnibus eſt maleuolus, quod nun-
quam exiſtimaui, minus offendor in me[50]: ſin a
me eſt alienior[51], nihil tibi litterae meae prode-
15 runt[52]. Nam ad ſenatum, quas Bibulus litteras
miſit, in iis, quod[53] mihi cum illo erat commu-
ne, ſibi ſoli attribuit. ſe, ait, curaſſe, vt cum quae-
ſtu[54] populi pecunia permutaretur[55]. quod au-
tem meum erat proprium, vt alariis Transpada-
nis vti negarem[56], id etiam populo ſe remiſiſſe
ſcribit. quod vero illius erat ſolius[57], id mecum
communicat[58]: equitibus auxiliariis[59], inquit,
16 cum amplius frumenti poſtularemus. Illud vero
puſilli animi, & ipſa maleuolentia ieiuni atque
inanis[60],

43. ego facile tuli, vt tu id reticeres mihi, tanquam quaeſtor de praetore tuo. 44. ab illo. 45. Bibulus. 46. Q. Minucium Thermum. 47. officio auguris, quod eius filius petebat. 48. aus Mitleiden. 49. quia. 50. id me non offendit, quod Bibulus in me quoque maleuolus eſt. 51. ſi vero ille animum ſuum a me abalienauit. 52. te iuuabunt. 53. illud, quod. 54. mit Profit und Nutzen. 55. umbſetzen, verkehren. 56. vt nollem vti alis equitum ex Transpadana regione. 57. id quod vero ad illum ſolum pertinebat. 58. id ille mihi etiam ad-adſcribit. 59. in auxilium miſſis.

60. illud

Digitized by Google

inanis[60], quod Ariobarzanem, quia ſenatus per me regem appellauit, mihique commendauit, iſte in litteris[61] non regem, ſed regis Ariobarzanis filium appellat. Hoc animo qui ſunt[62], deteriores[63] fiunt rogati[64]. ſed tibi morem geſſi[65]: litteras ad eum ſcripſi, quas cum acceperis, facies[66] quod voles. Vale.

60. illud vero indicium eſt animi maleuoli & ſuperbi, abgeſchmackt und ungereimt. 61. ſuis. 62. die aber alſo geſinnet ſind. 63. die werden nur ärger. 64. quando rogantur. 65. ſed tibi hanc gratiam facere volui. 66. cum his litteris.

## XVIII.

## M. T. C. IMP. Q. THERMO PROPRAETORI S. D.

*Aſiae propraetori ſuadet, vt decedens quaeſtorem potius, quam legatum, prouinciae praeficiat.*

OFficium meum erga Rhodonem, ceteraque mea ſtudia[1], quae tibi, ac tuis praeſtiti, tibi homini gratiſſimo grata eſſe vehementer gaudeo: mihique ſcito in dies[2] maiori curae eſſe dignitatem tuam: quae quidem a te ipſo integritate[3], & clementia tua ſic amplificata[4] eſt, vt nihil addi poſſe videatur. Sed mihi, magis magisque 2
quotidie de rationibus tuis[5] cogitanti, placet illud meum conſilium, quod initio Ariſtoni noſtro, vt[6] ad me venit, oſtendi[7], grauem te ſuſcepturum[8]

XVIII.

1. amor, adfectus, inſeruiendi alacritas. 2. ſingulos. 3. ſinceritate. 4. aucta eſt per tuam clementiam. 5. de ſtatu rerum tuarum. 6. quando ille. 7. indicaui. 8. accepta-

Digitized by Google

pturum[8] inimicitias, ſi adoleſcens potens & no-
bilis a te ignominia adfectus eſſet. & hercle ſine
dubio erit ignominia: habes enim neminem ho-
3 noris gradu[9] ſuperiorem. Ille autem, vt omit-
tam nobilitatem, hoc ipſo vincit[10] viros optimos,
hominesque innocentiſſimos[11], legatos tuos,
4 quod[12] & quaeſtor eſt, &[13] quaeſtor tuus. No-
cere tibi iratum neminem poſſe perſpicio: ſed
tamen tres fratres ſummo loco natos[14], prom-
tos[15], non indiſertos[16], te nolo habere inimicos,
praeſertim iure[17]: quos[18] video deinceps tribu-
5 nos pl. per triennium fore. Tempora autem
reipub. qualia futura ſint, quis ſcit? mihi quidem
turbulenta videntur fore. Cur ego te velim in-
cidere in terrores tribunitios[19]? praeſertim cum
ſine cuiusquam reprehenſione quaeſtoriis lega-
6 tis[20] quaeſtorem[21] poſſis anteferre? Qui[22] ſi
dignum maioribus ſuis praebuerit[23], vt ſpero, &
opto; tua laus ex aliqua parte fuerit: ſin quid of-
7 fenderit[24], ſibi totum, nihil tibi offenderit. Quae
mihi veniebant in mentem, quae ad te pertinere
arbitrabar, quod[25] in Ciliciam proficiſcebar, exi-
ſtimaui

8. accepturum, habiturum eſſe. 9. quoad dignitatem & gradum honoris. 10. ſuperat. 11. integerrimos. 12. quoniam is. 13. & quidem. 14. nobiliſſimo genere natos. 15. alacres ad agendum. 16. & eloquentes. 17. cum illi iure tibi poſſint eſſe inimici. 18. fratres. 19. in terrores, quos illi tribuni facere tibi poſſent. 20. iis, qui legati tantummodo ſunt a quaeſtoribus & eorum vices gerunt. 21. einen der würcklich quaeſtor iſt. 22. quaeſtor. 23. ſi ille ſe ita geret, vti maiores eius ſeſe geſſerunt. 24. ſi vero ille male aget res ſuas. 25. quoniam.

26. ſi

Digitized by Google

ſtimaui me ad te oportere ſcribere. Tu quod 8 egeris, id velim dii approbent. Sed ſi me audies[26], vitabis inimicitias, & poſteritatis otio conſules[27]. Vale.

26. ſi meum conſilium voles ſequi. 27. & facies, vt poſteritas frui otio poſſit.

## XIX.

## M. T. C. IMP. C. COELIO L. F. C. N. CALDO QVAESTORI DES. S. D.

*C. Coelium, quaeſtorem ſibi ſorte datum, hortatur, vt feſtinet ad ſe venire, antequam ipſe decedat.*

CVm optatiſſimum nuntium accepiſſem, te mihi quaeſtorem obtigiſſe[1]; eo iucundiorem mihi eam ſortem[2] ſperabam fore, quo diutius in prouincia mecum fuiſſes. magni enim videbatur intereſſe[3], ad eam neceſſitudinem[4], quam nobis ſors tribuiſſet, conſuetudinem[5] quoque accedere. Poſteaquam mihi nihil neque a te ipſo, neque 2 ab vllo alio de aduentu tuo ſcriberetur, verebar, ne id ita caderet[6], quod etiam nunc vereor, ne ante, quam tu in prouinciam veniſſes, ego de prouincia diſcederem. Accepi autem a te miſ- 3 ſas litteras in Cilicia, cum eſſem in caſtris ad x kal. Quintiles[7] ſcriptas humaniſſime, quibus facile & offi-

XIX.

1. factum eſſe. 2. hanc ſpartam, quam nactus es per ſortem. 3. es ſchiene gar ein groſſes hieran gelegen zu ſeyn. 4. coniunctionem neceſſariam. 5. conuerſationem. 6. fieret. 7. d. XXII. Iunii.



Digitized by Google

& officium[8], & ingenium tuum perſpici poſſit:
ſed neque vnde, neque quo die datae eſſent, aut
quo tempore te exſpectarem, ſignificabant: nec
is, qui attulerat, a te acceperat[9], vt ex eo[10] ſci-
rem, quo ex loco, & quo tempore eſſent datae.
4 Quae cum eſſent incerta, exiſtimaui tamen eſſe
faciendum, vt ad te ſtatores[11] meos & lictores
cum litteris mitterem: quas ſi ſatis opportuno
tempore accepiſti, gratiſſimum mihi feceris, ſi ad
5 me in Ciliciam quamprimum veneris. Nam quod
ad me Curius, conſobrinus tuus, mihi, vt ſcis,
maxime neceſſarius[12]; quod item C. Virgilius,
propinquus tuus, familiariſſimus noſter, de te
accuratiſſime ſcripſit, valet id quidem apud me
multum, ſicuti debet hominum amiciſſimorum
diligens commendatio: ſed tuae litterae de tua
praeſertim dignitate, & de noſtra coniunctione
6 maximi ſunt apud me ponderis. Mihi quaeſtor
optatior[13] obtingere nemo potuit. quamobrem
quaecunque a me ornamenta[14] in te proficiſcen-
tur, elaborabo, vt omnes intelligant, a me habi-
tam eſſe[15] rationem tuae maiorumque tuorum
dignitatis. ſed id iam facilius conſequar, ſi ad me
in Ciliciam veneris. quod ego & mea[16], & reip.
& maxime tua intereſſe arbitror. Vale.

M. TVL-

8. Dienſtfertigkeit. 9. audierat illud. 10. nuncio, tabellario. 11. ſeruos. 12. familiaris. 13. quem magis optaſſem. 14. beneficia, Ehrbezeigungen. 15. quod ego reſpexerim & in conſideratione habuerim, en régard gehabt. 16. intereſſe.

LIBER III.

Digitized by Google

University MICH

# M. TVLLII CICERONIS EPISTOLARVM AD FAMILIARES

# LIBER III.

## I.

## M. T. C. APPIO PVLCHRO IMP. S. D.

*Appio Pulchro breuitatem excuſat, quod Phanias, eius libertus, omnia narraturus ſit, quem aeque, vt ipſum Appium, laudat, nec non Cilicem, alterum libertum. Tandem Valerium iuriſconſultum commendat.*

SI ipſa respublica tibi narrare poſſet, quo modo ſeſe haberet [1], non facilius ex ea [2] cognoſcere poſſes, quam ex liberto tuo Phania: ita eſt homo non modo prudens, verum etiam, quod vidi, aeque curioſus. Qua 2
propter ille tibi omnia explanabit [3]: id & ad breuitatem eſt aptius [4], & ad reliquas res prouidentius [5]: de mea autem beneuolentia erga te, etſi potes ex eodem Phania cognoſcere, tamen videntur etiam aliquae meae partes [6]. Sic [7] eſt, tibi 3
perſua-

LIBER III.

I.

1. qualis eſſet nunc eius ſtatus. 2. ipſamet rep. 3. plane & perſpicue narrabit. 4. hac ratione omnia cognoſces breuius. 5. & ita fiet etiam, vt rebus tuis melius poſſis prouidere & proſpicere. 6. tamen videtur, mei officii eſſe, vt aliquid ad te ſcribam. 7. certum.

perſuade, cariſſimum te mihi eſſe: cum propter multas ſuauitates ingenii, officii, humanitatis tuae, tum quod [8] ex litteris tuis, & ex multorum ſermonibus intelligo, omnia, quae a me profecta
4 ſunt in te [9], tibi accidiſſe [10] gratiſſima. Quod cum ita ſit, perficiam profecto, vt longi temporis vſuram, qua caruimus, intermiſſa noſtra conſuetudine & gratia; & celebritate, & magnitudine officiorum meorum ſarciam [11]: idque me (quoniam tu ita vis) puto non inuita Minerua [12] eſſe facturum: quam quidem ego ſi forte de tuis ſumſero, non ſolum Pallada, ſed etiam Appiada
5 nominabo [13]. Cilix [14] libertus tuus antea mihi minus fuit notus: ſed vt [15] mihi reddidit a te litteras plenas & amoris & officii, mirifice ipſe ſuo ſermone ſubſecutus [16] eſt humanitatem litterarum tuarum; iucunda [17] mihi eius oratio fuit, cum de animo [18] tuo, de ſermonibus, quos de me habe-
6 res quotidie, mihi narraret. Quid quaeris? biduo factus eſt mihi familiaris [19]; ita tamen, vt Pha-

niam

8. quoniam. 9. quae ego tibi praeſtiti. 10. fuiſſe. 11. vt ſarciam (wieder einbringe) vſuram (das Intereſſe) longi temporis, qua caruimus, dum noſtra conſuetudo & amicitia intermiſſa eſt, per praeſtantiam & magnitudinem officiorum meorum erga te. 12. non male; alluditur ad prouerbium: *non inuita Minerua*, id eſt, non inuito ingenio aut animo. 13. quam officii mei alacritatem ſi de tuis officiis erga me ſumſero, appellare potero illam Mineruam, non Pallada, ſed *παρωνυμικῶς* Appiada. 14. ex Cilicia ortus. 15. poſtquam ille. 16. adiuuit, proſequutus, comitatus eſt. 17. auditu. 18. beneuolentia tua erga me. 19. intra duos dies factus eſt mihi familiaris.

20. ver-

Digitized by Google

niam valde ſim deſideraturus[20]. quem cum Romam remittes, quod, vt putabamus, celeriter eras facturus, omnibus ei de rebus, quas agi, quas curari a me voles, mandata des velim. L. Valerium iureconſultum, valde tibi commendo: ſed ita etiam, ſi non eſt iureconſultus[21]: melius enim ei cauere volo, quam ipſe aliis ſolet[22]. Valde hominem[23] diligo: eſt[24] ex meis domeſticis atque intimis familiaribus: omnino tibi agit gratias: ſed idem ſcribit, meas litteras maximum apud te pondus habituras. Id[25] eum ne fallat, te etiam atque etiam[26] rogo. Vale.

20. vermiſſen, vt cupiam eum videre. 21. ſed ſi illum conſideres alio modo. 22. tanquam Ictus, qui aliis ſolet formulis & conſilio cauere, ne decipiantur. 23. hunc Valerium. 24. ille enim eſt. 25. haec mea commendatio. 26. valde.

## II.

## M.T.C. PROCOS. APPIO PVLCHRO IMP. S. D.

*Ciliciam prouinciam ſortitus, Appium ex ea deceſſurum rogat, vt ſibi eam quam maxime aptam explicatamque tradat.*

CVm & contra voluntatem meam, & praeter opinionem accidiſſet[1], vt mihi cum imperio[2] in prouinciam[3] proficiſci neceſſe eſſet; in multis & variis moleſtiis, cogitationibusque meis, haec vna conſolatio occurrebat[4], quod neque tibi amicior,

II.

1. factum eſſet. 2. mit dem Ober-Commando. 3. Ciliciam. 4. veniebat mihi in mentem.



Digitized by Google

amicior, quam ego ſum, quisquam poſſet ſucce-
dere , neque ego ab vllo prouinciam accipere,
qui mallet eam mihi quam maxime aptam , expli-
2 catamque[5] tradere. Quod ſi tu quoque eandem
de mea voluntate[6] erga te ſpem habes; ea[7] te
3 profecto nunquam fallet. A te maximopere,
pro[8] noſtra ſumma coniunctione[9], tuaque ſin-
gulari humanitate etiam atque etiam quaeſo[10] &
peto,vt, quibuscunque rebus poteris (poteris au-
tem plurimis[11]) proſpicias & conſulas rationi-
4 bus[12] meis. Vides ex ſenatus conſulto prouin-
ciam eſſe habendam[13]: ſi eam, quoad[14] eius fa-
cere potueris, quam expeditiſſimam[15] mihi tradi-
deris, facilior erit mihi quaſi decurſus mei tempo-
5 ris[16]. Quid in eo genere efficere poſſis, tui con-
ſilii eſt[17]. ego te, quod tibi veniet in mentem mea
6 intereſſe[18], valde rogo. Pluribus verbis ad te
ſcriberem, ſi aut tua humanitas longiorem oratio-
nem[19] exſpectaret, aut id fieri noſtra amicitia pa-
teretur, aut res[20] verba[21] deſideraret, ac non per
7 ſe ipſa loqueretur. Hoc velim tibi perſuadeas, ſi
rationibus meis prouiſum[22] eſſe intellexero, ma-
gnam te ex eo[23], & perpetuam voluptatem[24] eſſe
capturum. Vale. III. M.

5. non moleſtam aut intricatam implicatamque negotiis, litibusque nondum confectis. 6. beneuolentia, animo. 7. ſpes, opinio. 8. vermöge. 9. amicitia. 10. valde rogo. 11. in rebus. 12. ſtatui & conditioni rerum mearum. 13. regendam a me. 14. quantum in ea re. 15. aptam & explicatam, vt ſupra. 16. quod in illa prouincia agere debeo. 17. tu debes expendere. 18. ad me pertinere, mihi vtile eſſe. 19. epiſtolam. 20. ipſa. 21. prolixiora. 22. proſpectum, ſi te curam geſſiſſe rerum mearum audiero. 23. ex ea re. 24. conſtans gaudium, Vergnügen. III. 1. die

Digitized by Google

## III.

# M. T. C. APPIO PVLCHRO S. D.

*Significat ſe Appii legatum Brundiſii inueniſſe, ſuum exſpectare, cum quo proxime nauigaturus ſit. Rogat interea, cum Sulpicius conſul, contra ſenatus voluntatem, impediiſſet, ne ſupplementa ſcriberentur; vt Appius ſibi commodet, nec milites, quos habeat, dimittat.*

Ad XI. kal. Iunias [1] Brundiſium [2] cum veniſſem, Q. Fabius, legatus [3] tuus, mihi praeſto fuit [4]: eaque me ex tuis mandatis monuit, quae non modo mihi, ad quem pertinebant, ſed vniuerſo ſenatui venerant in mentem, praeſidio firmiori opus eſſe ad iſtam prouinciam [5]. cenſebant enim omnes fere, vt in Italia ſupplementum [6] meis & Bibuli legionibus ſcriberetur [7]. Id cum Sulpicius conſul 2
paſſurum ſe negaret [8], multa [9] nos quidem queſti ſumus [10]: ſed tantus conſenſus [11] ſenatus fuit vt mature [12] proficiſceremur, parendum [13] vt fuerit: itaque fecimus. Nunc quod a te petii litte- 3
ris [14] iis, quas Romae tabellariis tuis dedi; velim tibi curae ſit, vt quae ſucceſſori coniunctiſſimo & amiciſſimo commodare poteſt is, qui prouinciam

III.

1. die XXII. Maii. 2. vrbem Italiae maritimam. 3. General-Lieutenant. 4. ad me venit. 5. Ciliciam conſeruandam & defendendam. 6. Recrouten. 7. geworben würden. 8. cum vero Sulpicius Conſul diceret, ſe id permittere non poſſe. 9. valde. 10. de hoc Sulpicii conſilio. 11. voluntas vnanimis. 12. in tempore, mox, ſine mora longiore. 13. vt ego coactus fuerim obſequi. 14. in.



Digitized by Google

ciam tradit, ea, pro noſtra conſociatiſſima[15] vo-
luntate, cura ac diligentia tua complectare[16]: vt
omnes intelligant, nec me beneuolentiori[17] cui-
quam ſuccedere, nec te amiciori[18] potuiſſe pro-
4 vinciam tradere. Ex iis litteris, quarum ad me
exemplum[19] miſiſti, quas in ſenatu recitari volui-
ſti, ſic intellexeram, permultos a te milites eſſe
dimiſſos: ſed mihi Fabius idem[20] demonſtrauit, id
te cogitaſſe[21] facere. ſed cum ipſe a te diſcede-
5 ret, integrum militum numerum fuiſſe. Id ſi ita
eſt, pergratum[22] mihi feceris, ſi iſtas exiguas co-
pias, quas habuiſti, quam minime imminueris.
qua de re ſenatusconſulta, quae facta ſunt, ad te
6 miſſa eſſe arbitror. Equidem pro eo, quanti te
facio[23], quidquid feceris, approbabo. ſed te quo-
que confido ea facturum, quae mihi intelliges
7 maxime eſſe accommodata[24]. Ego C. Ponti-
nium, legatum[25] meum, Brundiſii exſpectabam.
eumque ante kalend. Iunias Brundiſium ventu-
rum arbitror; qui cum venerit, quae primum
nauigandi nobis facultas[26] data erit, ea[27] vtemur.
Vale.

IV. M.

15. maxime coniuncta inter nos beneuolentia. 16. diligenter cures. 17. erga me. 18. quam ego ſum erga te. 19. Abſchrifft, copiam. 20. quem ſupra nominaui. 21. voluiſſe. 22. rem valde gratam. 23. pro maximo meo amore erga te. 24. vtilia. 25. militarem. 26. occaſio. 27. facultate.

## IV.

# M. T. C. APPIO PVLCHRO S. D.

*Exſpectari a ſe ſcribit L. Clodium cum mandatis. Suum ſtudium pollicetur, cuius cauſſas exponit.*

PRidie nonas Iunias[1], cum eſſem Brundiſii, lit-
teras tuas accepi: quibus[2] erat ſcriptum, te
L. Clodio mandaſſe, quae illum mecum loqui
velles. cum ſane exſpectabam, vt ea quae a te
adferret, quamprimum cognoſcerem. Meum 2
ſtudium erga te, & officium, tametſi multis[3] iam
rebus ſpero tibi eſſe cognitum; tamen in iis ma-
xime declarabo, quibus plurimum ſignificare po-
tuero, tuam mihi exiſtimationem[4], & dignitatem
cariſſimam eſſe. Mihi & Q. Fabius Virgilianus, 3
& C. Flaccus L. F.[5] & diligentiſſime M. Octauius
Cn. F.[6] demonſtrauit, me a te plurimi fieri[7]:
quod egomet multis argumentis[8] iam antea iu-
dicaram: maximeque illo libro augurali[9], quem
ad me amantiſſime ſcriptum[10] ſuauiſſimum miſi-
ſti. Mea in te omnia ſumma neceſſitudinis offi- 4
cia conſtabunt[11]. nam cum te ipſe[12], ex quo tem-
pore tu me diligere coepiſti, quotidie pluris feci,
tum acceſſerunt etiam coniunctiones[13] neceſſa-
riorum

IV.

1. die IV. Iunii. 2. in quibus. 3. in. 4. honorem & laudem. 5. Lucii Filius. 6. Cnei Filius. 7. valde amari. 8. ex multis rebus. 9. de augurum diſciplina ſcripto. 10. mihi dedicatum. 11. ego tibi praeſtabo officia omnia quaecunque potero. 12. ego ipſe te feci pluris, tum &c. 13. mecum; amicitiae inter me ac tuos neceſſarios contractae.

5 riorum tuorum. Duo[14] enim duarum aetatum[15] plurimi facio, Cn. Pompeium filiae tuae ſocerum, & M. Brutum generum tuum: collegiique coniunctio[16], praeſertim tam honorifice a te approbata, non mediocre vinculum mihi quidem attuliſſe videtur ad voluntates[17] noſtras copulan-
6 das. Sed ſi Clodium conuenero[18], ex illius ſermone ad te ſcribam plura: & ipſe operam dabo,
7 te vt quamprimum videam. Quod ſcribis, tibi manendi[19] cauſſam eam fuiſſe, vt me conuenires[20], id mihi, ne mentiar[21], gratum eſt. Vale.

14. duos. notandum hoc loco eſt, quod apud antiquos dicatur etiam *duo* pro *duos*. vide Cic. Epiſt. ad fam. VII. 25. *praeter duo nos.* Virgilius Aen. XI. 285. *ſi duo praeterea tales Idaea tuliſſet.* 15. quorum vnus iam fere ſenex eſt, alter adhuc iuuenis. 16. noſtra coniunctio in collegio augurali. 17. amicitias. 18. cum Clodio colloquar. 19. in prouincia. 20. vt mecum poſſes colloqui. 21. ſi verum me oportet fateri.

## V.

## M. T. C. APPIO PVLCHRO S. D.

*Appio gratias agit, danti operam, vt expeditam prouinciam traderet: deinde itineris rationem exponit, vt Appius de congreſſu ſtatuat.*

TRalles[1] veni ad d. VI. kalend. Sextiles[2]: ibi mihi praeſto fuit[3] L. Lucilius cum litteris, mandatisque tuis: quo quidem homine[4] neminem

V.

1. vrbs nobilis Lydiae, prope Maeandrum fluuium, poſtea Cariae attributa. 2. d. XXVII. Iulii. 3. ad me venit. 4. neminem potuiſti ad me mittere, qui mihi eſſet amicior, quam illum hominem.

5. ali-

Digitized by Google

nem potuiſti, nec mihi amiciorem, nec (vt arbi-
tror) ad ea cognoſcenda, quae ſcire volebam,
aptiorem, prudentioremue mittere. Ego autem
& tuas litteras legi libenter, & audiui Lucilium[5]
diligenter. Nunc quoniam & tu ita ſentis (ſcri- 2
bis enim quae de noſtris officiis ego ad te ſcripſe-
rim, etſi tibi iucunda fuerint, tamen, quoniam ex
alto repetita ſint[6], non neceſſaria te putaſſe) &
reuera[7], confirmata amicitia, & perſpecta fide[8],
commemoratio officiorum ſuperuacanea eſt,
eam partem orationis[9] praetermittam: tibi ta-
men agam, vt debeo, gratias. Animaduerti enim, 3
& didici ex tuis litteris, te omnibus in rebus ha-
buiſſe rationem[10], vt mihi conſuleres[11] reſtitue-
resque[12], & praeparares quodammodo omnia,
quo mea ratio[13] facilior, & ſolutior[14] eſſe poſſet.
Hoc tuum officium cum mihi gratiſſimum eſſe di- 4
cam, ſequitur illud, vt te exiſtimare velim, mihi
magnae curae fore, atque eſſe iam[15], primum, vt
ipſe tu[16], tuique omnes, deinde vt etiam reliqui
ſcire poſſint, me tibi eſſe amiciſſimum. Quod[17] 5
quibus adhuc non ſatis eſt perſpectum, ii mihi
nolle magis, nos hoc animo eſſe, quam non in-
telligere videntur[18]. Sed[19] profecto intelligent. 6

neque

5. aliqua mihi narrantem. 6. etwas von weitem her geholet. 7. ſi verum dicere licet. 8. quoniam amicitia noſtra iam confirmata & fides perſpecta eſt. 9. epiſtolae. 10. curaſſe, proſpexiſſe. 11. vt mihi rem gratam faceres. 12. in ordinem redigeres. 13. meus ſtatus in prouincia. 14. liberior a curis. 15. mihi magnae curae. 16. ſcias. 17. quae noſtra amicitia. 18. illi mihi videntur quidem intelligere, quo animo nos ſimus, ſed tamen id aegre ferre. 19. ſed illi intelligent profecto poſthinc noſtram amicitiam. 20. ne-

Digitized by Google

neque enim obſcuris perſonis, nec paruis in cauſ-
ſis res agetur[20]. Sed haec fieri melius, quam di-
7 ci, aut ſcribi volo. Quod itinerum meorum
ratio[21] te nonnullam in dubitationem videtur ad-
ducere, viſurusne me ſis in prouincia; ea res ſic
8 ſe habet[22]. Brundiſii cum loquerer cum Phania
liberto tuo, veni in eum ſermonem, vt dicerem,
me libenter ad eam partem prouinciae primum
eſſe venturum, quo te maxime velle[23] arbitrarer.
tunc mihi ille dixit, quod claſſe[24] tu velles dece-
dere; per fore accommodatum[25] tibi, ſi ad illam
maritimam partem prouinciae nauibus acceſſiſ-
9 ſem: dixi me eſſe facturum: itaque feciſſem, niſi
mihi L. Clodius noſter Corcyrae[26] dixiſſet, mini-
me id eſſe faciendum: te Laodiceae[27] fore ad
meum aduentum. erat id mihi multo breuius,
multoque commodius, cum praeſertim te ita mal-
le arbitrarer: tua ratio[28] poſtea eſt commutata.
10 Nunc quid fieri poſſit, tu facillime ſtatues. ego
tibi meum conſilium exponam. Prope[29] kalend.
Sextiles puto me Laodiceae fore: perpaucos
dies, dum pecunia accipitur[30], quae mihi ex
publica permutatione debetur[31], commorabor.
deinde iter faciam ad exercitum, vt circiter idus
Sexti-

20. neque enim nos ſumus perſonae obſcurae, & cauſſae etiam noſtrae non ſunt paruae. 21. Einrichtung, diſpoſitio. 22. damit hat es folgende Bewandniſs. 23. venire, vel, vt ego venirem. 24. cum claſſe. 25. & hoc fore tibi valde opportunum. 26. in inſula Corcyra. 27. in vrbe Laodicea. 28. itineris tui. 29. circa primum diem Auguſti menſis. 30. dum pecuniam acciperem. 31. quae mihi deberet exſolui.

32. diem

Digitized by Google

Sextiles[32] putem me ad Iconium[33] fore. Sed ſi 11
quid nunc me fallit[34] in ſcribendo (procul enim
aberam ab re ipſa, & locis) ſimulac progredi[35]
coepero, quam celerrimis potero, & quam cre-
berrimis litteris faciam, vt tibi nota ſit omnis ratio
dierum atque itinerum meorum. Oneris tibi im- 12
ponere nec audeo quidquam nec debeo. ſed
quod tuo commodo[36] fieri poſſit, vtriusque no-
ſtrum magni intereſt[37], vt te videam antequam
decedas. quam facultatem[38] ſi quis caſus eripue-
rit, mea tamen in te omnia officia conſtabunt[39].
non ſecus, ac ſi te vidiſſem. Tibi de noſtris re- 13
bus nihil ſum ante mandaturus[40] per litteras,
quam deſperaro coram me tecum agere poſſe[41].
Quod te a Scaeuola petiiſſe dicis, vt dum tu abeſ- 14
ſes, ante aduentum meum, prouinciae praeeſſet:
cum ego Epheſi[42] vidi, fuitque mecum familia-
riter triduum[43] illud, quod ego Epheſi commo-
ratus ſum: nec ex eo quidquam audiui, quod
ſibi a te mandatum diceret. Sane vellem po- 15
tuiſſe obſequi voluntati tuae. non enim arbitror
noluiſſe[44]. Vale.

VI. M.

32. diem xv. Auguſti. 33. in vrbe Iconio. 34. ſi haec diſpoſitio itineris me fallit. 35. in itinere. 36. mit deiner guten Gelegenheit. 37. ſo iſt uns beyderſeits gar viel daran gelegen. 38. occaſionem te conueniendi. 39. ego tamen non intermittam, tibi praeſtare omnia officia. 40. ſcripturus. 41. quam, donec videbo nullam ſpem ſuper eſſe tecum colloquendi. 42. in vrbe Epheſo. 43. per illos tres dies. 44. arbitror enim, te illud voluiſſe.



Digitized by Google

## VI.

## M. T. C. APPIO PVLCHRO S. D.

*Oſtendit congreſſum, a ſe expetitum, ab Appio vitatum: ſe tamen ei fore amiciſſimum: qui vt locum conſtituat, vbi conuenire poſſint, ſui itineris certiorem facit.*

CVm meum factum cum tuo comparo, etſi non
magis mihi faueo[1] in noſtra amicitia tuenda,
quam tibi, tamen multo magis meo facto dele-
2 ctor[2], quam tuo. Ego enim Brundiſii quaeſiui ex
Phania[3] cuius mihi videbar & fidelitatem erga te
perſpexiſſe, & noſſe locum[4], quem apud te is te-
neret, quam in partem prouinciae maxime puta-
ret te velle[5], vt in ſuccedendo primum venirem[6].
cum ille mihi reſpondiſſet, nihil me tibi gratius fa-
cere poſſe, quam ſi ad Sidam[7] nauigaſſem: etſi
minus dignitatis habebat ille aduentus[8], & ad mul-
tas res mihi minus erat aptus; tamen ita me dixi
3 eſſe facturum. Idem ego cum L. Clodium Cor-
cyrae conueniſſem, hominem ita tibi coniunctum,
vt mihi, cum illo cum loquerer, tecum loqui vide-
rer, dixi ei me ita facturum eſſe, vt in eam par-
tem, quam Phania rogaſſet, primum venirem.
4 Tunc mihi ille cum gratias egiſſet, magnopere a
me

VI.

1. etſi puto, te perinde conſeruare amicitiam noſtram, ac ego facio. 2. de eo gaudeo, quod ego feci. 3. liberto tuo. 4. in amicitia. 5. cupere. 6. vt ego prima vice venirem, tanquam tuus ſucceſſor. 7. Pamphyliae vrbem. 8. licet meus aduentus in hanc vrbem parum mihi decorus videretur.

9. ſine

Digitized by Google

me petiuit, vt Laodiceam protinus[9] irem, te in pri-
ma prouincia[10] velle eſſe, vt quamprimum dece-
deres[11]: quin[12] niſi ego ſucceſſor eſſem, quem tu
cuperes videre, te antea, quam tibi ſucceſſum eſ-
ſet[13], deceſſurum[14] fuiſſe. Quod quidem erat 5
conſentaneum cum iis litteris, quas ego Romae
acceperam, ex quibus perſpexiſſe mihi videbar,
quam feſtinares decedere. reſpondi Clodio me
ita eſſe facturum, ac multo quidem libentius, quam
ſi illud eſſet faciendum, quod promiſeram Pha-
niae. Itaque & conſilium mutaui, & ad te ſtatim 6
mea manu ſcriptas litteras miſi, quas quidem ex
tuis litteris intellexi ſatis mature ad te eſſe perla-
tas. Hoc ego meo facto valde delector[15]. nihil
enim potuit fieri amantius[16]. Conſidera nunc 7
viciſſim tuum[17]. non modo ibi non fuiſti, vbi me
quamprimum videre poſſes, ſed eo[18] diſceſſiſti,
quo[19] ego te ne perſequi[20] quidem poſſem tri-
ginta diebus, qui tibi ad decedendum lege (vt
opinor) Cornelia[21] conſtituti eſſent: vt[22] tuum
factum, qui[23], quo animo inter nos ſimus, igno-
rant, alieni[24] hominis, vt leuiſſime[25] dicam, & fu-
gientis

9. ſine mora. 10. in prima parte ſeu regione prouinciae, verſus Romam. 11. decedere poſſes. 12. quin imo ille dicebat. 13. quam tuus ſucceſſor adueniſſet. 14. ex prouincia. 15. gaudeo igitur, me ſic feciſſe. 16. cum maiori demonſtratione amoris mei. 17. factum. 18. ad illum locum. 19. wohin. 20. aſſequi, einholen. 21. per quam legem xxx. dies conſtituti erant ad decedendum, poſtquam ſucceſſor miſſus eſſet. 22. vt adeo hoc. 23. iis videatur, qui ignorant. 24. factum hominis a me alienati, qui mihi ſit inimicus. 25. molliſſime, aufs höflichſte.

26. quaſi

Digitized by Google

gientis congreſſum[26]; meum[27] vero coniun-
8 ctiſſimi & amiciſſimi[28] eſſe videatur. Ac mihi tamen ante, quam in prouinciam venirem, redditae ſunt a te litterae, quibus etſi Tarſum[29] proficiſci demonſtrabas, tamen mihi non dubiam ſpem mei conueniendi[30] adferebas: cum interea, credo equidem, maleuoli homines (late enim patet hoc vitium[31], & eſt in multis[32]) ſed tamen probabilem materiam nacti[33] ſermonis, ignari[34] meae conſtantiae, conabantur alienare a te voluntatem meam[35]: qui te forum Tarſi agere[36], ſtatuere multa, decernere, iudicare dicerent: cum poſſes iam ſuſpicari tibi eſſe ſucceſſum[37]: quae[38] ne ab iis quidem fieri ſolerent, qui breui
9 tempore ſibi ſuccedi putarent[39]. Horum[40] ego ſermone non mouebar, quin[41] etiam (credas mihi velim) ſi quid tu ageres, leuari me putabam moleſtia: & ex annua prouincia[42], quae mihi longa videtur, prope iam vndecim menſium prouinciam factam eſſe gaudebam: ſi abſenti mihi
10 vnius menſis labor[43] detractus eſſet. Illud, vere dicam, me mouet, in tanta militum paucitate[44] abeſſe

26. quaſi qui noluerit mecum colloqui. 27. factum. 28. viri. 29. Ciliciae oppidum. 30. ad me veniendi. 31. maleuolentiae. 32. & illud inuenitur in multis hominibus. 33. cum illi maleuoli nacti eſſent. 34 cum eſſent. 35. amorem meum a te abſtrahere. 36. ius dicere. 37. tuum ſucceſſorem adueniſſe. 38. qualia tamen. 39. qui putarent, ſucceſſorem ipſorum breui tempore aduenturum. 40. maleuolorum. 41. quin imo. 42. cum ego agere deberem in prouincia per integrum annum. 43. per te. 44. cum pauciſſimi in prouincia ſint milites.

45. ideo

abeſſe tres cohortes, quae ſint pleniſſimae: nec
me ſcire vbi ſint. Moleſtiſſime autem fero, quod 11
te vbi viſurus ſim, neſcio: eoque[45] ad te tardius
ſcripſi, quod quotidie te ipſum exſpectabam:
cum interea ne litteras quidem vllas accepi, quae
me docerent, quid ageres, aut vbi te viſurus eſ-
ſem. Itaque virum fortem, mihique in primis 12
probatum[46] Antonium praefectum euocato-
rum[47] miſi ad te: cui, ſi tibi videretur[48], cohor-
tes traderes: vt, dum tempus anni eſſet idoneum,
aliquid negotii gerere poſſem. In quo[49], tuo 13
conſilio vt me ſperarem eſſe vſurum, & amicitia
noſtra & litterae tuae fecerant: quod ne nunc
quidem deſpero[50]. Sed plane quando aut vbi te
viſurus ſim, niſi ad me ſcripſeris, ne ſuſpicari qui-
dem poſſum. Ego vt me tibi amiciſſimum eſſe & 14
aequi & iniqui intelligant, curabo. De tuo in me
animo iniquis ſecus exiſtimandi videris non ni-
hil loci dediſſe[51]: id ſi correxeris, mihi valde
gratum erit. Et vt habere rationem[52] poſſis, quo 15
loco me ſalua lege Cornelia[53] conuenias; ego
in prouinciam veni pridie kalend. Sextiles[54]:
iter in Ciliciam facio per Cappadociam: caſtra
moui

45. ideoque. 46. laudatum, fidelem. 47. euocati, milites erant emeriti, ſed vrgente ſubita neceſſitate per preces & praemia euocabantur ex ſede, quam occupauerant poſt militiam, vt rempublicam pergerent tueri. 48. placeret. 49. in qua re, in quo conſilio. 50. cuius rei adhuc quoque ſpem habeo. 51. videris occaſionem dediſſe aliquam maleuolis, ſecus exiſtimandi de tuo in me animo. 52. & vt ſcire poſſis, & eo res tuas iterque dirigere. 53. ita vt lex Cornelia non violetur. 54. die xxxi. Iulii.



Digitized by Google

moui ab Iconio pridie Kal. Septembres[55]. Nunc tu & ex diebus, & ex ratione itineris, ſi putabis me eſſe conueniendum, conſtitues, quo loco id commodiſſime fieri poſſit, & quo die. Vale.

55. die xxxi. Auguſti.

## VII.

## M. T. C. S. D. APPIO PVLCHRO.

*Querelam Appii refellit, contraque ipſe queritur: & virtutem extollens contra nobilium arrogantiam, ſe amiciſſimum fore confirmat.*

PLuribus verbis ad te ſcribam, cum plus otii nactus ero. Haec ſcripſi ſubito, cum Bruti pueri[1] Laodiceae me conueniſſent, & ſe Romam properare dixiſſent. Itaque nullas iis praeter-
2 quam ad te, & ad Brutum dedi litteras. Legati Appiani[2] mihi volumen[3] a te, plenum querelae iniquiſſimae, reddiderunt: quod eorum aedificationem[4] litteris meis impediſſem. Eadem[5] autem epiſtola petebas, vt eos quamprimum, ne in hiemem inciderent, ad facultatem aedificandi liberarem[6]: & ſimul peracute[7] querebare, quod eos tributa exigere vetarem prius, quam ego re
3 cognita permiſiſſem. Genus[8] enim quoddam fuiſſe

VII.

1. ſerui. 2. Appiani ſunt gens Phrygiae. 3. actorum, litterarum. 4. monumenti alicuius, quod Appio volebant dedicare. 5. in eadem. 6. vt permitterem illis hanc aedificationem. 7. gar ſpitzig und höniſch. 8. eine Manier.

9. reſpon-

Digitized by Google

fuiſſe impediendi, cum ego cognoſcere non poſſem, niſi cum ad hiemem me ex Cilicia recepiſſem. Ad omnia accipe[9], & cognoſce aequitatem[10] expoſtulationis[11] tuae. Primum cum ad me adi- 4
tum eſſet ab iis[12], qui dicerent a ſe intolerabilia tributa exigi; quid habuit iniquitatis me ſcribere[13], ne facerent ante, quam ego rem cauſſamque cognoſſem? Non poteram[14], credo, ante hiemem. ſic enim ſcribis. quaſi vero ad cognoſcendum[15] ego ad illos[16], non illi ad me venire debuerint. Tam longe[17], inquis? quid? cum da- 5
bas iis litteras, per quas mecum agebas, ne eos impedirem, quo minus ante hiemem aedificarent, non eos ad me venturos arbitrabare? tametſi id quidem fecerunt ridicule. Quas enim litteras 6
adferebant, vt opus aeſtate[18] facere poſſent, eas mihi poſt brumam[19] reddiderunt. ſed ſcito, & multo plures eſſe, qui de tributis recuſent[20], quam qui exigi[21] velint. & me tamen, quod te velle exiſtimem, eſſe facturum. De Appianis[22] hactenus. A Pauſania Lentuli liberto, accenſo[23] 7
meo, audiui, cum diceret, te ſecum[24] eſſe queſtum, quod tibi obuiam non prodiſſem. ſcilicet[25] con-

9. reſpondebo tibi ad omnia. 10. ironia. 11. iurgij tui, quod mecum inſtituis. 12. cum illi ad me veniſſent. 13. num id fuit iniquum, quod ego ſcripſi. 14. illud cognoſcere. 15. vt ego rem cognoſcerem. 16. venire debuerim. 17. cur vero tam longe rem protraxiſti? 18. in aeſtate. 19. poſt primum diem hyemis. 20. qui recuſant dare tributa. 21. tributa. 22. de poſtulato Appianorum ſatis iam dictum ſit. 23. accenſi erant miniſtri & apparitores Conſulum ac praetorum, ita dicti, quod ad res neceſſarias accirentur. 24. apud ſe. 25. ironia. 26. ſer-



Digitized by Google

contemſi te, nec poteſt fieri me quidquam ſuper-
8 bius. Cum puer[26] tuus ad me ſecunda fere vi-
gilia[27] veniſſet, iſque te ante lucem[28] Iconium[29]
mihi venturum nuntiaſſet, incertumque vtra[30]
via, cum eſſent duae[31], altera[32] Varronem tuum
familiariſſimum, altera Q. Leptam, praefectum
fabrûm[33] meum, tibi obuiam miſi. mandaui vtri-
que eorum, vt ante ad me excurrerent[34], vt tibi
9 obuiam prodire poſſem. Currens Lepta venit,
mihique nuntiauit, te iam caſtra praetergreſſum
eſſe[35]. confeſtim Iconium veni. cetera iam tibi
10 nota ſunt. An ego tibi obuiam non prodirem?
primum Appio Claudio[36]? deinde imperatori?
deinde more maiorum[37]? deinde, quod caput
eſt[38], amico[39]? praeſertim cum in iſto genere
multo etiam ambitioſius[40] facere ſoleam, quam
honos meus & dignitas poſtulat? ſed haec hacte-
11 nus[41]. Illud idem Pauſania dicebat, te dixiſſe,
Quidni[42]? Appius Lentulo, Lentulus Appio pro-
12 ceſſit obuiam; Cicero Appio noluit[43]. Quae-
ſo, etiamne tu has ineptias[44], homo[45], mea ſen-
tentia[46], ſumma prudentia[47], multa etiam do-
ctrina,

26. ſeruus, Page. 27. in noctis. 28. ante ortum diei. 29. Lycaoniae oppidum. 30. auff welchen von beyden Wegen. 31. viae. 32. in altera via. 33. fabrorum hodie dici poſſet, Artillerie-Obriſter. 34. celeriter redirent. 35. praeteriiſſe. 36. primum ideo, quia tu es Appius Claudius. 37. quod alii ante nos idem fecerunt. 38. praecipuum. 39. meo. 40. ironia. 41. ſatis dicta ſint. 42. cur Cicero noluit Appio obuiam ire? 43. obuiam procedere. 44. Schwachheiten. 45. vir. 46. ex meo iudicio. 47. praeditus ſapientia, eruditione, experientia.

48. Hoſ.

Digitized by Google

ctrina, plurimo rerum vſu, addo vrbanitate[48],
quae eſt virtus, vt Stoici rectiſſime putant; vllam
Appietatem[49], aut Lentulitatem valere apud me
plus, quam ornamenta virtutis exiſtimas? Cum[50] 13
ea[51] conſecutus nondum eram, quae ſunt homi-
num opinionibus[52] ampliſſima; tamen iſta ve-
ſtra nomina[53] nunquam ſum admiratus: viros
eſſe, qui ea vobis reliquiſſent, magnos arbitra-
bar[54]. Poſtea vero quam ita & accepi & geſſi 14
maxima imperia[55], vt mihi nihil neque ad hono-
rem, neque ad gloriam adquirendum[56] putarem,
ſuperiorem quidem nunquam[57], ſed parem vo-
bis me ſperaui eſſe factum. Nec mehercule aliter 15
vidi exiſtimare vel Cn. Pompeium, quem omni-
bus[58], qui vnquam fuerunt; vel Publium Lentu-
lum, quem mihi ipſe antepono. Tu ſi aliter exiſti- 16
mas, nihil errabis ſi paullo diligentius, (vt quid ſit
εὐγένεια[59], quid ſit nobilitas[60], intelligas) Athe-
nodorus[61], Sandonis filius, quid de his rebus[62]
dicat, attenderis. Sed vt ad rem redeam, me tibi 17
non amicum modo, verum etiam amiciſſimum
exiſtimes velim. Profecto omnibus meis officiis
efficiam, vt ita eſſe[63] vere poſſis iudicare. Tu 18
autem

48. Hofmanier. 49. nobilitatem gentis Lentulae & Appiae. 50. illo tempore, quo. 51. illos honores & ornamenta. 52. vti vulgus putat. 53. nobilitatem. 54. ego vero arbitrabar, illos viros magnos fuiſſe, qui, tanquam initio noui homines, nobilitatem generis vobis reliquiſſent. 55. magiſtratus. 56. amplius. 57. nunquam quidem ſperaui, me factum eſſe ſuperiorem vobis. 58. antepono. 59. felicitas naſcendi. 60. generis. 61. Philoſophus tempore Ciceronis. 62. de εὐγενείᾳ. 63. me tibi amicum eſſe.



Digitized by Google

autem ſi id agis, vt minus mea cauſſa, dum ego
abſim, debere videaris, quam ego tua[64] labora-
rim: libero te iſta cura[65], παρ' ἐμοί γε καὶ ἄλλοι,
19 Οἵ κέ με τιμήσουσι μάλιστα δὲ μητίετα Ζεύς[66]. Si
autem natura[67] es φιλαίτιος[68], illud non perfi-
cies, quo minus tua cauſſa velim[69]: hoc adſe-
quere[70], vt, quam in partem accipias, minus la-
20 borem[71]. Haec ad te ſcripſi liberius[72], fretus
conſcientia officii mei[73], beneuolentiaeque, quam
a me certo iudicio[74] ſuſceptam, quoad[75] tu vo-
les, conſeruabo. Vale.

64. tu vero ſi id agis; vt videaris minus debere laborare mei cauſſa, dum ego abſim, quam ego laborarim tui cauſſa. 65. nolo, vt hanc curam ſuſcipias. 66. apud me & alii erunt, qui me honorabunt, maxime conſiliis plenus Iupiter. ex Homeri Iliad. A. v. 174. 67. a natura. 68. ſtudioſus rixandi, querulus, contentioſus. 69. vt tibi non praeſtem officia. 70. id vero efficies. 71. vt mea cura minor ſit. 72. maiori libertate. 73. dum ſcio, quam officioſus ſit animus meus erga te. 74. mit gutem Bedacht, non temere. 75. quamdiu.

## VIII.

## M. T. C. PROCOS. S. D. APPIO PVLCHRO.

*Refellit, quae Appius obiecerat: probatque, ſi quid egerit, quod inique interpretetur Appius; aut imprudenter illum facere, qui maleuolorum ſermonibus credat: aut aſtute nimis, qui quae ſibi in mentem veniant, aliis attribuat.* Haec vsque n. 29. *Deinde gratum ſibi eſſe oſtendit, quod de vrbanis rebus perſcripſerit, & promiſerit de ſuis: in quibus id maxime rogat, ne prorogari prouinciam concedat. Tandem de bellicis prouinciae rebus addit, & crebras poſcit litteras.*

Etſi,

Digitized by Google

ETſi, quantum ex tuis litteris intelligere potui, videbam te hanc epiſtolam, cum ad vrbem eſſes [1], eſſe lecturum, refrigerato [2] iam leuiſſimo [3] ſermone hominum prouincialium [4]: tamen cum tu tam multis verbis ad me de improborum oratione ſcripſiſſes, faciendum mihi putaui, vt tuis litteris breui [5] reſponderem. Sed prima duo capita [6] epiſtolae tuae tacita [7] mihi quodammodo relinquenda ſunt: nihil enim habent, quod aut definitum [8] ſit, aut certum: niſi me vultu & taciturnitate ſignificaſſe tibi non eſſe amicum [9]; idque pro tribunali [10], cum aliquid ageretur, & nonnullis in conuiuiis intelligi potuiſſe. hoc totum nihil eſſe, poſſum intelligere: ſed cum ſit nihil, ne quid dicatur [11] quidem intelligo. Illud quidem ſcio, meos [12] multos, & illuſtres [13], & ex ſuperiore, & ex aequo [14] loco, ſermones habitos cum tua ſumma laude, & cum magna ſignificatione noſtrae familiaritatis, ad te vere potuiſſe deferri. Nam quod ad legatos [15] attinet, quid a me fieri potuit aut elegantius [16], aut iuſtius, quam vt ſumtus egentiſſimarum [17] ciuitatum minuerem ſine vlla immi-

2 (beside "Sed prima duo capi-"), 3 (beside "Illud quidem"), 4 (beside "Nam quod ad legatos")

VIII.

1. cum Romam veniſſes. 2. dum quaſi imminutus & exſtinctus ſit ſermo. 3. iniquo & maleuolo. 4. Cilicium, qui volunt inter nos diſſidium ponere. 5. epiſtola. 6. partes. 7. mit Stillſchweigen zu übergehen. 8. conſtitutum, perſpicuum. 9. niſi id, quod ego ſignificauerim vultu, ac ſi tibi non eſſem amicus. 10. ad tribunal. 11. ab aliis. 12. habitos a me. 13. praeclaros. 14. ex tribunali & in conuiuiis aliisque congreſſibus familiaribus. 15. Appianos. 16. melius, prudentius. 17. pauperrimarum.



Digitized by Google

imminutione dignitatis tuae, praeſertim ipſis ci-
vitatibus poſtulantibus[18]? nam mihi totum genus
legationum, tuo nomine proficiſcentium, notum
5 non erat. Apameae[19] cum eſſem, multarum
ciuitatum principes[20] ad me detulerunt[21], ſumtus
decerni legatis nimis magnos, cum ſoluendo[22]
6 ciuitates non eſſent. Heic ego multa ſimul co-
gitaui. primum te hominem non ſolum ſapien-
tem, verum etiam, vt nunc loquimur, vrbanum[23],
non arbitrabar genere iſto legationum delectari:
idque me arbitror Synnadis[24] pro tribunali[25]
7 multis verbis diſputauiſſe[26]: primum, Appium
Claudium ſenatui populoque Romano non Mi-
daeenſium[27] teſtimonio (in ea enim ciuitate men-
8 tio[28] facta eſt) ſed ſua ſponte eſſe laudatum: dein-
de me iſta vidiſſe multis accidere, vt eorum cauſ-
ſa legationes Romam venirent, ſed his legationi-
bus non meminiſſe[29] vllum tempus laudandi[30],
aut locum[31] dari[32]: ſtudia[33] mihi eorum placere,
quod in te bene merito[34] grati eſſent, conſilium[35]
totum

18. praeſertim cum ipſae ciuitates id poſtularent. 19. vrbs Phrygiae. 20. die Vornehmſten. 21. mihi dixerunt. 22. cum tamen ciuitates non poſſent ſoluere hos ſumtus. 23. dem die Hofmanier bekandt. 24. Synnada vrbs Phrygiae. 25. cum ego ſederem tribunali. 26. diſſeruiſſe. 27. alii legunt Myndenſium: eſt autem Midaeum oppidum Phrygiae. 28. de hac re. 29. deinde ego dixi, quod viderim, id multis accidiſſe imperatoribus & Proconſulibus, vt legationes Romam venirent ad ipſos laudandos. 30. hos Proconſules. 31. occaſionem. 32. concedi. 33. amorem & grati animi voluntatem. 34. de ipſis. 35. de erigendo tibi monumento.

36. ſi

Digitized by Google

totum videri minime neceſſarium. Si autem vel- 9
lent declarare in eo officium ſuum, laudaturum
me, ſi qui ſuo ſumtu functus eſſet officio[36]; con-
ceſſurum[37], ſi legitimo; non permiſſurum, ſi in-
infinito[38]. Quid enim reprehendi poteſt, niſi 10
quod addis, viſum eſſe quibusdam, edictum meum
quaſi conſulto[39] ad iſtas legationes impediendas
eſſe accommodatum? Iam non tam mihi viden-
tur iniuriam facere hi, qui haec diſputant[40],
quam[41] ſi cuius aures ad hanc diſputationem pa-
tent[42]. Romae compoſui edictum: nihil addi- 11
di, niſi quod publicani me rogarunt, cum Sa-
mum[43] ad me veniſſent, vt de tuo edicto totidem
verbis transferrem in meum[44]. Diligentiſſime 12
ſcriptum caput[45] eſt, quod pertinet ad minuen-
dos ſumtus ciuitatum, quo in capite ſunt quae-
dam noua ſalutaria[46] ciuitatibus, quibus ego ma-
gnopere delector. Hoc vero, ex quo ſuſpicio 13
nata eſt, me exquiſiſſe aliquid, in quo te offende-
rem translaticium[47] eſt. Neque enim eram tam
deſipiens, vt priuatae rei cauſſa legari[48] putarem,
qui & tibi non priuato, & pro ſe non priuata ſua,
ſed publica, non in priuato, ſed in publico orbis
terrae

36. ſi Proconſuli quiſpiam priuatus vellet monumentum erigere ſuo ſumtu, & adeo ſuo officio fungi, me velle illum laudare. 37. me velle illud concedere, ſi legitimo ſumtu id fieri poſſet. 38. ſi infiniti ſumtus requirerentur. 39. mit Fleiß. 40. tibi narrant. 41. quam potius id iniuriam facere mihi videtur. 42. ſi quis libenter tales narrationes audit. 43. Inſulam non procul Epheſo. 44. edictum. 45. ea pars edicti. 46. maxime vtilia. 47. ex tuo edicto tranſſumtum eſt in meum. 48. legatos iſtos aduenire.

terrae conſilio, id eſt in ſenatu, vt gratias age-
14 rent, mittebantur. Neque, cum edixi [49], ne quis
iniuſſu meo [50] proficiſceretur, excluſi eos, qui me
in caſtra, & qui trans Taurum [51] perſequi non
poſſent. nam id eſt maxime in tuis litteris irri-
15 dendum. Quid enim erat [52], quod me perſeque-
rentur in caſtra, Taurumue tranſirent, cum ego
Laodicea [53] usque ad Iconium iter ita fecerim, vt
me omnium illarum dioeceſium [54], quae cis Tau-
rum ſunt, omniumque earum ciuitatum magi-
ſtratus, legationesque conuenirent [55]? niſi forte
poſtea coeperunt legare [56], quam ego Taurum
16 transgreſſus ſum: quod certe non ita eſt. Cum
enim Laodiceae, cum Apameae, cum Synnadis,
cum Philomelî [57], cum Iconii eſſem, quibus in
oppidis omnibus commoratus ſum; omnes iam
17 iſtius generis legationes erant conſtitutae. At-
que hoc tamen te ſcire volo, me de iſto ſumtu
legationum aut minuendo, aut remittendo decre-
viſſe nihil, niſi quod principes ciuitatum a me po-
ſtulaſſent, ne in venditionem tributorum, & il-
lam acerbiſſimam exactionem [58], quam tu non
ignoras, capitum, atque oſtiorum [59] induceren-
18 tur ſumtus minime neceſſarii. Ego autem cum
hoc ſuſcepiſſem [60], non ſolum iuſtitia [61], ſed etiam
miſeri-

49. quando per edictum mandaui. 50. contra iuſſum & voluntatem meam. 51. montem. 52. ex qua enim cauſſa me perſequerentur illi. 53. ab vrbe Phrygiae. 54. regionum, Creyſſe. 55. ad me venirent. 56. legatos mittere. 57. in vrbe Philomelio Phrygiae. 58. exactio capitum & oſtiorum, Kopf- und Schorſtein-Steuer. 59. exactionem. 60. feciſſem. 61. per iuſtitiam.



Digitized by Google

miſericordia adductus[62], vt leuarem miſeriis per-
ditas[63] ciuitates, & perditas maxime per magi-
ſtratus ſuos[64]: non potui in illo ſumtu non neceſ-
ſario negligens eſſe. Tu, cum iſtiuſmodi ſermo- 19
nes ad te delati de me ſunt, non debuiſti credere.
Si autem hoc genere delectaris[65], vt, quae tibi in
mentem veniant, aliis attribuas; genus ſermonis in-
ducis in amicitiam minime liberale[66]. Ego ſi in 20
prouincia de tua fama detrahere[67] vnquam cogi-
taſſem, non ad generum tuum [Lentulum] neque
ad libertum tuum Brundiſii, neque ad praefectum
fabrûm[68] Corcyrae, quem in locum me venire
velles, retuliſſem[69]. Quare potes, doctiſſimis 21
hominibus auctoribus[70], quorum ſunt de amici-
tia gerenda praeclariſſime ſcripti libri, genus hoc
totum orationis[71] tollere, DISPVTABANT;
EGO CONTRA DISSEREBAM: DICE-
BANT; EGO NEGABAM. An mihi de te ni- 22
hil eſſe dictum vnquam putas? ne hoc quidem[72],
quod, cum me Laodiceam venire voluiſſes, Tau-
rum ipſe tranſiſſes? quod iisdem diebus meus
conuentus erat Apameae, Synnadis, Philomeli,
tuus Tarſi? Non dicam plura, ne, in quo te ob- 23
iurgem[73], id ipſum videar imitari. Illud dicam,
vt ſentio: ſi iſta, quae alios loqui dicis, ipſe ſentis,
tua

*62.* commotus. *63.* pauperrimas. *64.* per Proconſules. *65.* ſi vero tu libenter audis hos ſermones. *66.* honeſtum. *67.* famam tuam laedere & imminuere. *68.* fabrorum. *69.* dixiſſem. *70.* quoniam doctiſſimi homines hoc ſuadent. *71.* ſuſpicioſae & iniuriae. *72.* an putas, me ne hoc quidem dixiſſe. *73.* quod ego tibi obiicio.

74. quo.

Digitized by Google

tua ſumma culpa eſt: ſin alii tecum haec loquuntur, tua tamen, quod audis[74], culpa nonnulla[75] eſt: mea ratio[76] in tota amicitia noſtra conſtans
24 & grauis reperietur. Quod ſi qui[77] me aſtutiorem fingit, quid poteſt eſſe callidius, quam, cum te abſentem ſemper defenderim, cum praeſertim mihi vſu venturum[78] non arbitrarer, vt ego quoque abſens a te defendendus eſſem; nunc committere[79], vt tu iure optimo me abſentem de-
25 ſerere poſſes? Vnum genus excipio ſermonis, in quo perſaepe aliquid dicitur, quod te putem nolle dici[80], ſi aut legatorum tuorum cuipiam, aut praefectorum, aut tribunorum militum male dicitur[81], quod tamen ipſum non mehercule adhuc accidit me audiente[82], vt aut grauius diceretur, aut in plures[83], quam mecum Corcyrae Clodius eſt locutus: cum in eo genere maxime quereretur, te aliorum improbitate[84] minus fe-
26 licem fuiſſe. Hos ego ſermones, quod[85] & multi ſunt, & tuam exiſtimationem, vt ego ſentio, non offendunt, laceſſiui[86] nunquam, ſed non
27 valde repreſſi[87]. Si quis eſt, qui neminem bona fide in gratiam putet redire[88] poſſe, non noſtram is perfidiam coarguit, ſed indicat ſuam[89], ſimul-

74. quoniam audis ipſorum ſermones. 75. aliqua. 76. Conduite, betragen, verhalten. 77. aliquis. 78. euenturum, accidere poſſe. 79. pati, facere. 80. quod putem te nolle id dici. 81. ſi de legatis maleuolus ſermo fit. 82. quantum ego audiui, vt ego illud audirem. 83. contra plures. 84. ob improbitatem. 85. quoniam ii. 86. prouocaui, herausgelocket. 87. impedire volui. 88. reconciliati cum inimico ſuo. 89. perfidiam.

90. ali-

Digitized by Google

ſimulque non de me is peius, quam de te exiſti-
mat: ſin autem quem[90] mea inſtituta[91] in pro-
vincia non delectant, & quadam diſſimilitudine
inſtitutorum meorum ac tuorum laedi ſe putat,
cum vterque noſtrum[92] recte fecerit, ſed non
idem[93] vterque ſecutus ſit; hunc ego amicum
habere non curo. Liberalitas tua, vt hominis 28
nobiliſſimi[94], latius in prouincia patuit: noſtra[95]
ſi anguſtior, & ſi de tua prolixa[96] beneficaque
natura limauit[97] aliquid poſterior annus, pro-
pter quandam triſtitiam[98] temporum; non de-
bent mirari[99] homines, cum & natura[100] ſemper
ad largiendum[1] ex alieno[2] fuerim reſtrictior[3],
& temporibus, quibus alii mouentur, iisdem ego
mouear, me eſſe acerbum ſibi, vt ſim dulcis mi-
hi[4]. De rebus vrbanis quod me certiorem fe- 29
ciſti, cum per ſe mihi gratum fuit, tum quod ſigni-
ficaſti tibi omnia mea mandata[5] curae fore: in
quibus vnum illud te praecipue rogo, vt cures,
ne quid mihi ad hoc negotii[6] aut oneris accedat,
aut temporis: Hortenſiumque noſtrum colle-
gam, & familiarem roges, vt ſi vnquam mea
cauſſa

90. aliquem. 91. ea quae ego feci. 92. nos ambo. 93. conſilium, einerley Abſehen. 94. qui homo nobiliſſimus ac locupletiſſimus es. 95. mea vero liberalitas. 96. liberali, ſplendida. 97. detraxit, imminuit. 98. infelicitatem. 99. hanc meam auaritiam. 100. cum ego & a natura. 1. donandum. 2. von frembden Gute. 3. parcior, genau. 4. & cum ego per iſtam triſtitiam temporum, per quam alii mouentur, etiam mouear, vt non ſim erga illos liberalis, quoniam hoc modo meus animus ſit tranquillior. 5. Commiſſiones. 6. ad prouinciae huius adminiſtrationem.

7. qua

Digitized by Google

cauſſa quidquam aut ſenſit, aut fecit, de hac quoque ſententia bima[7] decedat: qua mihi nihil pot-
30 eſt eſſe inimicius[8]. De noſtris rebus quod ſcire vis, Tarſo nonis Octobris[9] Amanum[10] verſus profecti ſumus. Haec ſcripſi poſtridie eius diei, cum caſtra haberem in agro Mopſuheſtiae[11].
31 Si quid egero, ſcribam ad te: neque domum vnquam ad meos litteras mittam, quin adiungam
32 eas, quas tibi reddi velim. De Parthis quod quaeris, fuiſſe nullos puto[12]. Arabes qui fuerunt admiſto Parthico ornatu, dicuntur omnes reuertiſſe: hoſtem eſſe in Syria negant vllum.
33 Tu velim ad me quam ſaepiſſime & de tuis rebus ſcribas, & de meis, & de omni reipub. ſtatu, de quo ſum ſollicitus eo magis, quod ex tuis litteris cognoui, Pompeium noſtrum in Hiſpaniam[13] iturum[14]. Vale.

7. quae vult, vt ego per duos annos maneam in prouincia. 8. moleſtius. 9. die VII. Octobris. 10. montem. 11. vrbs Ciliciae. 12. puto nullos adfuiſſe. 13. tanquam prouinciam ſuam. 14. eſſe.

## IX.

## M. T. C. APPIO PVLCHRO S. D.

*Appii litteris, humaniſſime ſcriptis, humanitate pari reſpondet, eique de triumphi ſpe gratulatur, & ad abſoluendos augurales libros hortatus, petit vt ſupplicationem ſibi decerni curet.*

Vix tandem legi litteras dignas[1] Appio Clodio plenas humanitatis, officii, diligentiae. Adſpectus

IX.

1. quae decent te.

2. Romae.

Digitized by Google

ſpectus videlicet vrbis[2] tibi tuam priſtinam vrbanitatem reddidit. Nam quas ex itinere[3] ante, 2
quam ex Aſia egreſſus es, ad me litteras miſiſti, vnas de legatis a me prohibitis proficiſci[4], alteras de Appianorum ędificatione impedita; legi perinuitus[5]. Itaque conſcientia meae conſtantis erga te voluntatis[6] reſcripſi tibi ſubiratus[7].
Iis vero litteris lectis, quas Philotimo liberto meo 3
dediſti, cognoui, intellexique in prouincia multos fuiſſe, qui nos, quo animo inter nos ſumus, eſſe nollent[8]: ad vrbem vero vt acceſſeris, vel potius, vt primum tuos videris, cognoſſe te ex iis, qua in te abſentem fide, qua in omnibus officiis tuendis[9] erga te obſeruantia & conſtantia fuiſſem.
Itaque quanti illud me aeſtimare putas, quod eſt 4
in tuis litteris ſcriptum, ſi quid inciderit, quod ad meam dignitatem pertineat, etſi vix fieri poſſet, tamen te parem mihi gratiam relaturum[10]? Tu 5
vero facile facies. Nihil eſt enim quod ſtudio & beneuolentia, vel amore potius effici non poſſit.
Ego etſi & ipſe ita iudicabam, & fiebam crebro a 6
meis per litteras certior: tamen maximam laetitiam cepi ex tuis litteris de ſpe minime dubia, & plane explorata[11] triumphi tui: neque vero ob eam cauſſam[12], quo[13] ipſe facilius conſequerer (nam

2. Romae. 3. tuo, in via. 4. Romam. 5. ganz ungerne. 6. dum ſciebam, me conſeruaſſe ſemper conſtantem erga te amorem. 7. paullo iratus. 8. qui nollent, nos eſſe inuicem amicos. 9. peragendis. 10. gratum animum pariter velle demonſtrare. 11. certa. 12. laetor. 13. vt.

14. Epicu-

(nam id quidem Ἐπικούρειον[14] eſt) ſed mehercule quod tua dignitas, atque amplitudo[15] mihi eſt
6 ipſa cara per ſe. Quare quoniam plures[16] tu habes quam ceteri, quos ſcias in hanc prouinciam proficiſci, quod[17] te adeunt fere omnes, ſi quid velis[18], gratiſſimum mihi feceris, ſi ad me, ſimulatque adeptus eris[19], quod & tu confidis[20], &
7 ego opto, litteras miſeris. Longi ſubſellii (vt noſter Pompeius appellat) iudicatio[21], & mora ſi quem tibi item vnum alterumue diem abſtulerit[22] (quid enim poteſt amplius[23]?) tua tamen dignitas
8 ſuum locum obtinebit. Sed ſi me diligis, ſi a me diligi vis, ad me litteras, vt quamprimum laetitia adficiar, mittito. Et velim reliquum, quod eſt
9 promiſſi ac muneris tui[24], mihi perſoluas. Cum[25] ipſam cognitionem iuris augurii[26] conſequi cupio: tum mehercule tuis incredibiliter ſtudiis erga
10 me, muneribusque delector. Quod autem a me tale quiddam deſideras, ſane mihi conſiderandum eſt, quonam[27] te remunerer potiſſimum ge-
11 nere. Nam profecto non eſt meum[28], qui in ſcribendo, vt ſoles admirari, tantum induſtriae ponam,

14. Epicureum. Epicurei enim, vt Cicero multis in locis oſtendit, omnia referunt ad voluptatem & commodum ſuum. 15. honor, ornamentum. 16. tabellarios. 17. quoniam. 18. curare aut mittere in prouinciam. 19. aliquos. 20. ſperas. 21. multitudo ſenatorum, qui ſententias rogantur, quorum conſenſus de triumpho tuo neceſſarius eſt. 22. & ita quaſi protrahat triumphum. 23. tibi aufferri. 24. quod promiſiſti, ac mihi deſtinaſti tanquam donum. 25. ſo wohl. 26. auguralis. 27. quonam genere muneris ſeu libri. 28. ego non debeo committere.



Digitized by Google

ponam, committere, vt negligens in ſcribendo
fuiſſe videar: praeſertim cum id non modo negli-
gentis, ſed etiam ingrati animi crimen futurum ſit.
verum haec videbimus[29]. Illud, quod pollice- 12
ris, velim pro tua fide diligentiaque, & pro noſtra
non inſtituta[30], ſed iam inueterata amicitia, cu-
res, enitare, vt ſupplicatio[31] nobis quam hono-
rificentiſſime, quamprimumque decernatur.
Omnino ſerius miſi litteras, quam vellem: in 13
quo[32] cum nauigandi difficultas fuit odioſa[33],
tum in ipſum diſceſſum ſenatus[34] incidiſſe credo
meas litteras. Sed id feci adductus auctoritate, 14
& conſilio tuo: idque a me recte factum puto,
quod non ſtatim, vt[35] appellatus imperator ſim,
ſed aliis rebus additis[36], aeſtiuiſque confectis[37]
litteras miſerim. Haec igitur tibi erunt curae, 15
quemadmodum oſtendis[38], meque totum, &
mea[39], & meos commendatos habebis. Vale.

X. M.

29. de his alio tempore cogitabimus. 30. recens in-
cepta. 31. publicae gratiarum actiones pro impetrata
per me victoria. 32. in qua re. 33. moleſta mihi. 34.
in illud tempus, quo Senatus non poteſt haberi, ſed diſ-
cedit. 35. ſo bald alſs. 36. cum alias res addere poſ-
ſem. 37. & cum aeſtiua confecta eſſent, & ea omnia
peracta, quae in aeſtate a me agi debuiſſent. 38. pro-
mittis. 39. negotia.

X.

# M. T. C. APPIO PVLCHRO S. D.

*Appium Dolabella, reuerſum e Cilicia, de maieſtate & de ambitu accuſauerat, quo tempore Tulliam duxerat, filiam Ciceronis. Id factum, inſciente ſe, conatur probare. Praeterea ſuſpicionem impeditae legationis, quae ad laudandum illum decreta fuiſſet, conatur eripere. Addiderat geſtorum in prouincia narrationem, quae periit. Tandem auguratur, cenſuram ei delatum iri.*

CVm eſt ad nos adlatum [1] de temeritate eorum, qui tibi negotium faceſſerent [2], etſi grauiter primo nuntio commotus ſum, quod nihil tam
1 praeter opinionem meam accidere potuit: tamen vt me collegi [3]; cetera mihi faciliima videbantur, quod [4] & in te ipſo maximam ſpem, & in tuis magnam habebam: multaque mihi veniebant in mentem, quamobrem iſtum laborem [5]
2 tibi etiam honori putarem fore. Illud plane moleſte tuli, quod certiſſimum & iuſtiſſimum triumphum, hoc [6] inuidorum conſilio, eſſe tibi ereptum videbam. quod tu ſi tanti facies, quanti ego ſemper iudicaui faciendum eſſe, facies ſapienter, & ages victor ex inimicorum dolore triumphum
3 iuſtiſſimum. Ego enim plane video fore [7] neruis [8], opibus,

X.

1. Poſtquam ego audiui. 2. qui tibi moleſtiam facerent. 3. als ich mich ein wenig begriffen oder gefaſſet habe. 4. quia. 5. moleſtiam. 6. per hoc. 7. futurum eſſe. 8. propter potentiam tuam.



Digitized by Google

opibus, ſapientia tua, vehementer vt inimicos
tuos poeniteat intemperantiae[9] ſuae. De me 4
tibi ſic, conteſtans[10] omnes deos, promitto atque
confirmo, me[11], pro tua dignitate (malo enim
dicere quam pro ſalute) in hac prouincia, cui tu
praefuiſti, rogando deprecatoris, laborando
propinqui[12], auctoritate cari hominis, vt ſpero,
apud[13] ciuitates, grauitate[14] imperatoris ſuſce-
pturum officia, atque partes. Omnia volo a me 5
& poſtules, & exſpectes: vincam[15] meis officiis
cogitationes tuas. Q. Seruilius perbreues mihi 6
a te litteras reddidit, quae mihi tamen nimis lon-
gae viſae ſunt; iniuriam enim mihi fieri putabam,
cum rogabar. Nollem accidiſſet tempus, in quo 7
perſpicere poſſes, quanti ego te, quanti Pompe-
ium, quem vnum ex omnibus facio, vt debeo,
plurimi, quanti Brutum facerem; quamquam in
conſuetudine[16] quotidiana perſpexiſſes[17], ſicuti
perſpicies: ſed quoniam accidit, ſiquid a me
praetermiſſum erit, commiſſum[18] facinus, & ad-
miſſum[19] dedecus confitebor. Pontinius, qui a 8
te tractatus eſt praeſtanti ac ſingulari fide, cuius
tui beneficii ſum ego teſtis; praeſtat tibi memo-
riam[20], beneuolentiamque quam debet: qui, cum
maximis rebus ſuis coactus a me inuitiſſimo[21]
deceſ-

9. temeritatis, Vnbeſonnenheit. 10. in teſtimonium vocans. 11. me ſuſcepturum eſſe. 12. non ſecus ac ſi propinqua cognatione tibi coniunctus eſſem. 13. ſed apud. 14. ex auctoritate imperatoria. 15. ſuperabo. 16. conuerſatione. 17. perſpicere potuiſſes. 18. eſſe a me. 19. factum eſſe a me. 20. gratam conſeruat memoriam tuorum beneficiorum. 21. omnino contra meam voluntatem.



Digitized by Google

deceſſiſſet, tamen, vt vidit intereſſe tua[22], con-
ſcendens iam nauem, Epheſo Laodiceam reuer-
9 tit. Talia te cum ſtudia videam habiturum eſſe
innumerabilia[23]; plane dubitare non poſſum,
quin tibi amplitudo iſta ſollicitudo[24] futura ſit.
10 Si vero efficis, vt cenſores creentur, & ſi ita geſ-
ſeris cenſuram[25], vt & debes, & potes; non tibi
ſolum, ſed tuis omnibus video in perpetuum
11 ſummo te praeſidio futurum[26]. Illud pugna[27],
& enitere, ne quid nobis temporis prorogetur[28],
vt, cum heic tibi ſatisfecerimus, iſtic quoque no-
ſtram in te beneuolentiam nauare[29] poſſimus.
12 Quae de hominum, atque ordinum[30] omnium
erga te ſtudiis[31], ſcribis ad me, minime mihi mi-
randa, & maxime iucunda acciderunt[32]: eadem-
que ad me perſcripta ſunt a familiaribus meis.
13 Itaque capio magnam voluptatem[33], cum[34] tibi,
cuius mihi amicitia non ſolum ampla[35], ſed etiam
iucunda eſt, ea tribui, quae debeantur; tum vero
remanere etiam nunc in ciuitate noſtra ſtudia[36]
prope omnium conſenſu erga fortes & induſtrios
viros: quae mihi ipſi vna[37] ſemper tributa mer-
14 ces eſt laborum & vigiliarum mearum. Illud
vero

22. cum videret, id tua intereſſe. 23. cum videam, te habiturum eſſe tam multos amicos & tam incredibilem fauorem hominum. 24. maximam curam excitare poſſit. 25. officium cenſorium. 26. te idoneum fore, ad praeſtanda ſumma officia. 27. omni ſtudio allabora. 28. ne tempus in prouincia manendi vltra annum mihi prorogetur. 29. oſtendere, demonſtrare. 30. Stände. 31. fauore. 32. auditu & cognitu fuerunt. 33. gaudium. 34. cum ideo, quoniam tibi ea tribuuntur. 35. honorifica. 36. noſtrum amorem. 37. ſola vnica.

38. hoc

Digitized by Google

vero mihi permirum accidit[38], tantam temeritatem fuiſſe in eo adoleſcente[39], cuius ego ſalutem duobus capitis iudiciis[40] ſumma contentione[41] defendi, vt tuis inimicitiis ſuſcipiendis obliuiſceretur patroni omnium fortunarum ac rationum ſuarum[42]: praeſertim cum tu omnibus vel ornamentis, vel praeſidiis redundares[43]: illi[44] (vt leuiſſime dicam) multa deeſſent: cuius ſermo ſtultus, & puerilis erat iam antea ad me a M. Coelio, familiari noſtro, perſcriptus: de quo item ſermone multa ſcripta ſunt abs te. Ego autem 15
citius cum eo, qui tuas inimicitias ſuſcepiſſet[45], veterem coniunctionem[46] diremiſſem, quam novam conciliaſſem. neque enim de meo erga te ſtudio dubitare debes: neque id eſt obſcurum[47] 16
cuipiam in prouincia, nec Romae fuit[48]. Sed tamen ſignificatur in tuis litteris ſuſpicio quaedam & dubitatio tua: de qua alienum[49] tempus eſt mihi tecum expoſtulandi, purgandi[50] autem mei, neceſſarium. Vbi enim ego cuiquam le- 17
gationi fui impedimento, quo minus Romam ad laudem tuam mitteretur? aut in quo[51] potui, ſi te

palam

38. hoc autem vehementer miror. 39. Dolabella. 40. cum in duobus iudiciis capitis accuſaretur. 41. ſummo ſtudio. 42. vt is obliuiſceretur eius, qui ipſius vitam & fortunam conſeruaſſet, dum tecum inimicitias incipit agere. 43. cum tu haberes abunde omnia ornamenta & praeſidia. 44. Dolabellae autem. 45. qui tecum agit vt inimicus. 46. amicitiam. 47. omnes homines in prouincia hoc ſciunt & vident. 48. obſcurum. 49. iam non habeo tempus opportunum. 50. excuſandi autem mei tempus habeo neceſſarium. 51. qua in re.



Digitized by Google

palam odiſſem, minus quod tibi obeſſet[52] facere?
18 ſi clam[53], magis[54] aperte inimicus eſſe? Quod
ſi eſſem ea perfidia[55], qua ſunt ii, qui in nos haec
conferunt[56]: tamen ea ſtultitia certe non fuiſ-
ſem[57], vt, aut in obſcuro[58] odio apertas inimi-
citias; aut in quo tibi nihil nocerem[59], ſummam
19 oſtenderem voluntatem nocendi. Ad me adire
quosdam memini[60], qui dicerent, nimis magnos
ſumtus legatis decerni: quibus ego non tam im-
peraui, quam cenſui, ſumtus legatis quam maxi-
me ad legem Corneliam[61] decernendos[62]. atque
in eo ipſo[63] me non perſeueraſſe, teſtes ſunt ra-
tiones[64] ciuitatum, in quibus, quantum quaeque
20 voluit[65], legatis tuis datum induxit[66]. Te au-
tem quibus mendaciis homines leuiſſimi[67] one-
rarunt? non modo ſublatos[68] ſumtus, ſed etiam
a procuratoribus[69] eorum, qui iam profecti eſ-
ſent, repetitos & ablatos[70]: eamque cauſſam
21 multis omnino non eundi fuiſſe[71]. Quererer
tecum, atque expoſtularem, ni, vt ſupra ſcripſi,
purgare[72] me tibi hoc tuo tempore[73], quam ac-
cuſare

52. nocere poſſet. 53. te odiſſem. 54. qua in re potui tibi magis. 55. quod ſi ego tam perfidus eſſem. 56. qui his mendaciis nos onerant. 57. tamen ego non fuiſſem tam ſtultus. 58. clandeſtino. 59. nocere poſſem. 60. equidem recordor, aliquos ad me veniſſe. 61. quae definiebat ſumtum ad legationes prouinciarum. 62. eſſe. 63. conſilio, ſtatuto. 64. die Rechnungen. 65. dare legatis. 66. in die Rechnung gebracht. 67. liederliche. 68. eſſe. 69. Commiſſarien. 70. fuiſſe ſumtus. 71. & eam ob cauſſam multos non potuiſſe Romam ire. 72. excuſare. 73. moleſto, aduerſo, periculoſo, quo iuuandus potius eſſes quam accuſandus.

74. con-

Digitized by Google

cuſare te mallem: idque putarem eſſe rectius[74]. itaque nihil de te, quod crediderit de me[75]; quamobrem non debueris credere[76], pauca dicam.
Nam ſi me virum bonum, ſi dignum iis ſtudiis, eaque doctrina, cui me a pueritia dedi[77], ſi[78] ſatis magni animi, non minimi conſilii in maximis rebus perſpectum habes: nihil in me non modo perfidioſum, & inſidioſum, & fallax in amicitia, ſed ne humile[79] quidem, aut ieiunium[80] debes agnoſcere. 22
Sin autem me aſtutum, & occultum iuuat fingere[81]: quid eſt, quod minus cadere in eiuſmodi naturam[82] poſſit, quam[83] aut florentiſſimi hominis[84] aſpernari beneuolentiam: aut eius exiſtimationem oppugnare in prouincia, cuius laudem domi[85] defenderis? aut in ea re animum oſtendere inimicum, in qua nihil obſis[86]? aut id eligere ad perfidiam, quod ad indicandum odium apertiſſimum ſit, ad nocendum leuiſſimum[87]? 23
Quid erat autem, cur ego in te tam implacabilis eſſem, cum[88] te ex fratre meo ne tunc quidem, cum tibi prope neceſſe eſſet eas agere partes[89], inimicum mihi fuiſſe, cognoſſem? 24
Cum vero 25

74. conuenientius eſſe, magis me decere. 75. itaque nihil dicam de te ideo, quod crediderit hominibus mendacia de me proferentibus. 76. illis hominibus. 77. tradidi, cui incubui, 78. ſi me. 79. abiectum, unanſtändig. 80. ungereimt. 81. ſi vero fingis, me eſſe aſtutum & callidum. 82. callidam, könte nicht wohl etwas tummers vorgenommen werden? 83. quam hoc. 84. hominis feliciſſimi, nobiliſſimi, locupletiſſimi, qualis tu es. 85. Romae. 86. nocere poſſis. 87. nihil valeret. 88. cum cognoſſem. 89. inimicitias mecum agere.



Digitized by Google

vero reditum noſtrum in gratiam[90] vterque expetiſſet: quid in conſulatu tuo fruſtra mecum egiſti, quod me aut facere, aut ſentire voluiſſes?
26 quid mihi mandaſti, cum te Puteolis[91] proſequerer, in quo non exſpectationem[92] tuam diligen-
27 tia[93] vicerim? Quod ſi id eſt maxime aſtuti[94], omnia ad ſuam vtilitatem referre[95], quid mihi tandem erat vtilius, quid commodis meis aptius quam hominis nobiliſſimi atque honoratiſſimi coniunctio: cuius opes, ingenium, liberi, adfines, propinqui mihi magno vel ornamento, vel praeſidio eſſe poſſent? quae tamen ego omnia in expetenda amicitia tua non aſtutia[96] quadam, ſed aliqua[97] potius ſapientia ſecutus ſum.
28 Quid[98]? illa vincula, quibus quidem libentiſſime adſtringor, quanta ſunt, ſtudiorum ſimilitudo, ſuauitas conſuetudinis[99], delectatio vitae, atque victus[100], ſermonis ſocietas, litterae interiores[1].
29 atque haec domeſtica[2]? Quid illa tandem popularia[3]? reditus illuſtris[4] in gratiam, in quo ne per imprudentiam quidem errari poteſt ſine ſuſpicione perfidiae: ampliſſimi ſacerdotii collegium[5], in quo

90. noſtram reconciliationem. 91. hodie dicitur Pozzuolo, locus amoeniſſimus ad fines Neapolis. 92. ſpem. 93. per diligentiam meam ſuperauerim. 94. quod ſi aſtutus maxime ſolet. 95. in omnibus reſpicere ſuam vtilitatem. 96. ex. 97. ex. 98. quid porro commemorem? 99. conuerſationis. 100. Tiſchgeſellſchafft, wenn wir beyſammen zu gaſte geweſen. 1. ſecretiores. 2. & quid commemorem haec domeſtica, quae nobis nota ſunt? 3. quid commemorem illa popularia, quae populo nota ſunt? 4. noſtra apud omnes nota & ſingularis reconciliatio. 5. augurale, in quod Cicero, ſuffragante Appio, cooptatus fuerat. 6. in

Digitized by Google

in quo non modo amicitiam violari apud maiores
noſtros fas non erat, ſed ne cooptari[6] quidem
ſacerdotem licebat, qui cuiquam ex collegio eſſet
inimicus. Quae vt omittam tam multa, atque 30
tanta[7]: quis vnquam tanti quemquam fecit[8], aut
facere potuit, aut debuit, quanti ego[9] Cn. Pom-
peium ſocerum tuae filiae? Etenim ſi merita[10] 31
valent, patriam, liberos, ſalutem, dignitatem,
memetipſum mihi per illum[11] reſtitutum[12] puto.
ſi[13] conſuetudinis iucunditas, quae fuit vnquam
amicitia conſularium in noſtra ciuitate coniun-
ctior? ſi[14] vlla amoris, atque officii ſigna, quid
mihi ille[15] non commiſit? quid non mecum com-
municauit? quid de ſe in ſenatu cum ipſe abeſſet,
per quemquam agi maluit[16]? quibus ille me in
rebus non ornatiſſimum voluit ampliſſime[17]? qua 32
denique ille facilitate, qua humanitate tulit[18] con-
tentionem[19] meam pro Milone, aduerſante in-
terdum actionibus ſuis[20]? quo ſtudio prouidit,
ne quae me illius temporis inuidia attingeret,
cum[21] me conſilio, tum auctoritate, cum armis
denique texit ſuis? Quibus quidem temporibus 33
haec in eo grauitas, haec animi altitudo fuit, non
modo

6. in hoc collegium. 7. die doch von ſo groſſer Conſideration ſind. 8. aeſtimauit. 9. facio. 10. beneficia. 11. Pompeium. 12. eſſe. 13. valet aliquid. 14. valet aliquid. 15. Pompeius. 16. quam per me. 17. quibus in rebus non dedit ille operam, vt ego maximos honores impetrarem? 18. pertulit. 19. orationem, defenſionem. 20. qui tamen interdum aduerſabatur actionibus Pompeii. 21. quando ille.



Digitized by Google

modo vt[22] Phrygi alicui, aut Lycaoni[23], quod tu in legatis[24] feciſti; ſed ne ſummorum quidem hominum maleuolis de me ſermonibus crederet.
34 Huius igitur filius cum ſit gener tuus, cumque praeter hanc coniunctionem adfinitatis, quam ſis Cn. Pompeio carus, quamque iucundus, intelligam, quo tandem animo in te eſſe debeo? cum praeſertim eas ad me is[25] litteras miſerit, quibus[26], etiamſi tibi, cui ſum amiciſſimus, hoſtis eſſem, placarer tamen: totumque me ad eius viri ita de me
35 meriti voluntatem, nutumque conuerterem. Sed haec hactenus; pluribus enim etiam fortaſſe verbis, quam neceſſe fuit, ſcripta ſunt. nunc ea, quae a me perfecta, quaeque inſtituta ſint[27], cognoſce.

*Heic non pauca deſiderantur, fortaſſis ab ipſo Cicerone detracta*

36 Atque haec agimus, & agemus magis pro dignitate, quam pro periculo tuo. te enim (vt ſpero) propediem cenſorem[28] audiemus: cuius magiſtratus[29] officia, quae ſunt maximi animi, ſummique conſilii[30], tibi diligentius & accuratius, quam haec, quae nos de te agimus, cogitanda eſſe cenſeo. Vale.

XI. M.

22. vt non. 23. gentes leuiſſimae & mendaciſſimae, quarum legati mendacia de Cicerone ad Appium tulerant. 24. tuis. 25. Pompeius. 26. per quas litteras. 27. in prouincia. 28. factum eſſe. 29. cenſorii. 30. quae requirunt virum maximi animi & conſilii.



Digitized by Google

## XI.

# M. T. C. APPIO PVLCHRO (VT SPERO) CENSORI S. D.

*Gratulatur Appio de abſolutione maieſtatis, & de ambitu ſimilem euentum ſperat. Laudatis Pompeio & Bruto, pollicetur operam ſuam ad notandos, qui teſtimonium in Appium pretio dixerant. Augurales libros ad otium vtriuſque ſeruari, orationes autem mitti cupit: & humaniores litteras pollicitus, monet, vt proauum cenſura imitetur.*

CVm eſſem in caſtris ad fluuium Pyramum[1],
redditae mihi ſunt vno tempore a te epiſtolae
duae, quas ad me Q. Seruilius Tarſo[2] miſerat: ea-
rum in altera[3] dies erat adſcripta nonarum Apri-
lium[4]: in altera, quae mihi recentior videbatur,
dies non erat. Reſpondebo igitur ſuperiori prius, 2
in qua ſcribis ad me de abſolutione maieſtatis[5]:
de qua, & ſi permultum ante certior factus eram
litteris, nuntiis, fama[6] denique ipſa, (nihil enim
fuit clarius[7]: non quo[8] quiſquam aliter putaſſet,
ſed nihil de inſignibus ad laudem viris obſcure
nuntiari ſolet[9]) tamen eadem illa laetiora fecerunt
mihi tuae litterae: non ſolum, quia planius[10] loque-
bantur, & vberius, quam vulgi ſermo; ſed etiam
quia

XI.

1. Pyramus Ciliciae fluuius. 2. ex vrbe Tarſo. 3. epiſtola. 4. die VII. Aprilis. 5. cuius reus factus fuerat Appius a Dolabella, quaſi illam affectaſſet. 6. per famam. 7. notius. 8. vt, ac ſi. 9. ſed quia omnia, quae pertinent ad laudem magnorum virorum, clare & certe nuntiari ſolent. 10. ausführlicher.

11. de

Digitized by Google

quia magis videbar tibi gratulari, cum de te [11], ex te
3 ipſo audiebam. Complexus igitur ſum cogitatione te abſentem [12]; epiſtolam vero oſculatus, &
4 ipſe mihi gratulatus ſum. Quae enim a cuncto populo, a ſenatu, a iudicibus, ingenio, induſtriae, virtuti tribuuntur, quia mihi ipſe adſentor [13] fortaſſe, cum ea [14] eſſe in me fingo, mihi quoque ipſi tribui puto. nec tam glorioſum exitum tui iudicii [15] extitiſſe [16], ſed tam prauam inimicorum tuo-
5 rum mentem [17] fuiſſe mirabar. De ambitu vero quid intereſt, inquies, an de maieſtate [18]? ad rem nihil [19]. alterum enim non attigiſti, alterum auxiſti [20]. Veruntamen eſt maieſtas (& ſic Sylla voluit)
6 ne in quemuis impune declamari liceret [21]. Ambitus [22] vero ita apertam vim habet, vt aut accuſetur improbe [23], aut defendatur. quei enim facta, aut non facta largitio ignorari poteſt [24]? tuorum autem honorum curſus, cui ſuſpectus vnquam fuit? me miſerum, qui non adfuerim [25]: quos ego riſus excitaſſem?

11. de rebus tuis. 12. ita abſens de te cogitaui. 13. adblandior, ſchmeicheln. 14. ingenium, induſtriam, virtutem. 15. iudicii de te habiti. 16. fuiſſe. 17. Intention. 18. inquies, quaenam differentia intereſt inter accuſationem de maieſtate & ambitu? 19. in re ipſa non differunt. 20. alterum, nempe ambitum, non attigiſti, quia potius mereri ſtudes honores, quam ambitioſe petere; alterum vero, nempe maieſtatem populi Romani, auxiſti. 21. niſi probetur, maieſtatem ab aliquo eſſe laeſam. 22. quod tale crimen eſt, quando aliquis honores petebat per largitiones & corruptiones. 23. iniuſte, 24. quomodo enim fieri poteſt, vt neſciatur largitio facta aut non facta? 25. ego vero in eo miſer ſum, quod non adfui Romae, quando es abſolutus.

26. ſed

Digitized by Google

taſſem? Sed de maieſtatis iudicio [26] duo mihi illa ex 7
tuis litteris iucundiſſima fuerunt: vnum, quod te
ab ipſa repub. defenſum [27] ſcribis: quae quidem,
etiam in ſumma bonorum & fortium ciuium co-
pia, tueri tales viros deberet: nunc vero eo magis,
quo [28] tanta penuria eſt in omni vel honoris, vel
aetatis gradu [29], vt tam orba ciuitas tales tutores
complecti [30] debeat: alterum, quod Pompeii &
Bruti fidem beneuolentiamque mirifice laudas.
Laetor virtute, & officio, cum tuorum neceſſario- 8
rum [31], meorum amiciſſimorum, tum maxime al-
terius [32] omnium ſaeculorum & gentium princi-
pis: alterius [33] iampridem iuuentutis [34], celeriter, vt
ſpero, ciuitatis [35]. De mercenariis teſtibus [36] a 9
ſuis ciuitatibus notandis [37], niſi iam aliquid factum
eſt per Flaccum, fiet a me, cum per Aſiam dece-
dam. Nunc ad alteram epiſtolam venio. Quod 10
ad me quaſi formam communium temporum &
totius reipub. miſiſti, expreſſam [38] prudentia lit-
terarum tuarum, valde eſt mihi grata. Video 11
enim & pericula leuiora [39], quam timebam, &
maiora praeſidia: ſiquidem, vt ſcribis, omnes vi-
res.

26. ſed quod attinet iudicium & accuſationem de ma-ieſtate. 27. fuiſſe 28. quo magis. 29. tam inter ma-giſtratus & priuatos, quam inter ſenes ac iuuenes. 30. amare ac tueri. 31. cognatorum. 32. Pompeius, qui princeps eſt. 33. Bruti, 34. qui iampridem princeps eſt iuuentutis Romanae. 35. & qui, vt ſpero, celeriter erit princeps ciuitatis Romanae. 36. de iis, qui contra te teſtimonium dixerunt, pretio corrupti. 37. punien-dis. 38. quae forma & imago reip. expreſſa eſt & pro-poſita per prudentiſſime ſcriptas tuas litteras. 39. eſſe.

40. con-

res ciuitatis ſe ad Pompeii ductum[40] applicaue-
runt: tuumque ſimul promtum animum, & ala-
crem perſpexi ad defendendam rempublicam,
mirificamque cepi voluptatem ex hac tua dili-
gentia: quod[41] in ſummis tuis occupationibus,
mihi tamen reipublicae ſtatum per te notum eſſe[42]
12 voluiſti. Nam augurales libros ad commune
vtriusque noſtrum otium ſerua[43]. Ego enim a
te cum tua promiſſa[44] per litteras flagitabam[45],
ad vrbem[46] te otioſiſſimum eſſe arbitrabar. nunc
tamen, vt ipſe polliceris, pro[47] auguralibus li-
bris, orationes tuas confectas omnes exſpectabo.
13 Tullius, cui mandata ad me dediſti, non conue-
nerat me: nec erat iam quisquam mecum tuo-
rum[48], praeter omnes meos, qui ſunt omnes tui.
14 Stomachoſiores[49] meas litteras quas dicas eſſe,
non intelligo. bis ad te ſcripſi, me purgans[50] di-
ligenter, te leuiter accuſans in eo, quod de me
cito[51] credidiſſes. Quod genus querelae mihi
quidem videbatur eſſe amici[52]: ſin tibi diſplicet,
15 non vtar eo[53] poſthac. Sed ſi, vt ſcribis, eae
litterae non fuerunt diſertae, ſcito meas[54] non
fuiſſe. Vt enim Ariſtarchus Homeri verſum
negat[55],

40. conſilium, Anführung. 41. quoniam. 42. ſignificare. 43. potes ſeruare & remittere, aufſchieben. 44. id quod a te promiſſum erat. 45. poſtulabam. 46. dum nondum introiſſes Romam, ſed ad illum exſpectares decretum de triumpho tuo. 47. an ſtatt. 48. domeſticorum. 49. iracundiores. 50. excuſans. 51. nimis cito, non ſatis conſiderate. 52. ad amicitiam noſtram pertinere. 53. genere querelae. 54. litteras, a me ſcriptas.

55. dicit,

Digitized by Google

negat[55], quem non probat[56]: ſic tu (libet enim
mihi iocari) quod diſertum non erit, ne putaris
meum. Vale, & in cenſura, ſi iam es cenſor, vt 16
ſpero, de proauo multum cogitato tuo[57].

55. dicit, illum non eſſe Homeri verſum. 56. ipſe. 57. ſemper tibi proponas exemplum proaui tui Appii Claudii Coeci, qui eximius Cenſor fuit.

## XII.

## M. T. C. APPIO PVLCHRO S. D.

*Gratulatur de abſolutione ambitus: nuptias Tulliae excuſat ſe inſciente confectas, quibus iſpe ad declarandam Appio beneuolentiam factus ſit diligentior.*

GRatulabor tibi prius (ita enim rerum ordo po-
ſtulat) deinde ad me conuertam[1]. Ego vero 2
vehementer gratulor de iudicio ambitus[2]: neque id[3], quod nemini dubium fuit, abſolutum eſſe te, ſed illud, quod quo melior ciuis, quo vir clarior, quo fortior amicus es, quoque plura virtutis & induſtriae ornamenta in te ſunt, eo mirandum eſt magis, nullam, ne in tabellae quidem latebra[4], fuiſſe abſconditam maleuolentiam, quae te impugnare auderet: non horum temporum, non horum hominum, atque morum negotium:[5]

nihil

XII.

1. epiſtolam, ſermonem. 2. de eo, quod abſolutus es de ambitu in iudicio. 3. neque id eo mirandum eſt magis. 4. cum facile latere potuiſſet maleuolentia in tabellis, quibus ſententiae iudicum inſcribebantur. 5. non admiratus ſum negotium hoc, quod abſolutus es, quoniam adhuc ſunt aliqui boni, nec tempora aut mores plane perditi; ſed id admiratus ſum, quod aliqui non ſunt veriti te accuſare.

6. quod

Digitized by Google

3 nihil iam ſum pridem admiratus magis. De me[6]
autem ſuſcipe paulliſper meas partes, & eum te
eſſe finge, qui ſum ego: ſi facile inueneris quod
4 dicas[7], noli ignoſcere haeſitationi[8] meae. Ego
vero velim mihi Tulliaeque meae[9], ſicut tu ami-
ciſſime & ſuauiſſime optas, proſpere euenire ea,
quae me inſciente facta ſunt a meis: ſed ita ce-
cidiſſe[10], vt agerentur eo tempore, ſpero omni-
5 no cum aliqua felicitate, & opto. Veruntamen
plus me in hac ſpe, tua ſapientia & humanitas
conſolatur, quam opportunitas temporis. Itaque
quemadmodum expediam[11] exitum huius in-
6 ſtitutae orationis[12], non reperio. Neque enim
triſtius dicere quidquam debeo de ea re[13], quam[14]
tu ipſe omnibus[15] optimis proſequeris: neque
non me[16] tamen mordet aliquid: in quo vnum[17]
vereor, ne tu parum perſpicias, ea quae geſta
ſunt, ab aliis eſſe geſta, quibus ego ita mandaram,
vt cum tam longe abfuturus eſſem, ad me ne re-
7 ferrent[18]: agerent, quod probaſſent[19]. In hoc
autem mihi illud occurrit[20], Quid tu igitur[21], ſi
adfuiſſes? rem probaſſem: de tempore[22], nihil
8 te inuito[23], nihil ſine conſilio egiſſem tuo. Vides
ſudare[24]

6. quod me attinet. 7. obiicias. 8. quia non poſſum dicere, an velim nuptias filiae meae cum Dolabella factas eſſe, nec ne. 9. filiae. 10. hanc rem, has nuptias factas eſſe. 11. facere debeam. 12. ſermonis, epiſtolae. 13. nuptiis. 14. rem. 15. votis. 16. tamen etiam. 17. hoc. 18. ne aliquid de ea re ad me perſcriberent. 19. ſie möchten thun, was ſie vor gut befänden. 20. in mentem venit. 21. feciſſes. 22. quod vero tempus nuptiarum attinet. 23. contra tuam voluntatem & approbationem.

24. labo-

Digitized by Google

ſudare[24] me, iamdudum laborantem[25], quomo-
do ea tuear quae mihi tuenda ſunt, & te non offen-
dam. Leua me igitur hoc onere: nunquam enim
mihi videor tractaſſe cauſſam difficiliorem. Sic 9
habeto tamen[26]: niſi iam nunc omnia negotia
cum ſumma tua dignitate diligentiſſime confeciſ-
ſem, tametſi nihil videbatur ad meum erga te pri-
ſtinum ſtudium addi poſſe: tamen, hac mihi adfi-
nitate nuntiata, non maiore equidem ſtudio, ſed
acrius, apertius, ſignificantius[27] dignitatem tuam
defendiſſem. Decedenti mihi, & iam imperio 10
annuo terminato[28], ante diem III nonas Sexti-
les[29], cum ad Sidam[30] naui accederem, & me-
cum Q. Seruilius eſſet, litterae a meis ſunt reddi-
tae. dixi ſtatim Seruilio (etenim videbatur eſſe
commotus) vt omnia a me maiora[31] exſpectaret.
Quid multa[32]? beneuolentior tibi, quam fui, ni- 11
hilo ſum factus[33]: diligentior ad declarandam be-
neuolentiam multo[34]: nam vt vetus noſtra ſimul-
tas[35] antea ſtimulabat me, vt cauerem, ne cui ſu-
ſpicionem fictae reconciliatae gratiae[36] darem:
ſic adfinitas nouam curam mihi adfert cauendi, ne
quid de ſummo meo erga te amore detractum[37]
eſſe videatur. Vale.

XIIII.

24. laborare. 25. qui alioquin iam laboro. 26. id tamen ſcias & perſuadeare. 27. mit gröſſerm Nachdruck. 28. cum imperium meum annuum in prouincia perueniſſet ad ſuum finem. 29. ante diem v. Auguſti. 30. vrbem; de qua ſupra Ep. vi. 31. quam antea ſperaſſet. 32. quid opus eſt multis verbis. 33. mea erga te beneuolentia aucta non eſt, quoniam iam antea maxima fuit. 34. ſed multo diligentior & alacrior. 35. inimicitia. 36. quaſi noſtra reconciliatio non ſincera eſſet, ſed ficta & ſimulata. 37. imminutum.



Digitized by Google

## XIII.

## M. T. C. APPIO PVLCHRO S. D.

*Appio gratias agit, quod ſuos in ſupplicatione decernenda adiuuiſſet: parataque illi officia pollicetur: de Dolabellae reconciliatione non deſperat: cenſuram obtentam eſſe ſperat.*

QVaſi diuinarem[1], tali in officio fore mihi aliquando expetendum ſtudium tuum: ſic, cum de tuis rebus geſtis agebatur, inſeruiebam
2 honori tuo[2]. Dicam tamen vere: plus, quam acceperas[3], reddidiſti. Quis enim ad me non perſcripſit[4], te non ſolum auctoritate orationis, ſententia[5] tua, quibus[6] ego a tali viro contentus eram: ſed etiam opera, conſilio, domum veniendo[7], conueniendis meis[8], nullum onus offi-
3 cii cuiquam reliquum feciſſe[9]? Haec mihi ampliora[10] multo ſunt, quam illa ipſa, propter quae haec laborantur[11]. Inſignia[12] enim virtutis multi etiam ſine virtute adſecuti ſunt: talium viro-
4 rum[13] tanta ſtudia aſſequi ſola virtus poteſt. Itaque mihi propono fructum amicitiae noſtrae ipſam amicitiam, qua nihil eſt vberius[14], prae-
ſertim

XIII.

1. gleich als ob ich es errathen, oder es mir geahndet hätte. 2. ſtudebam ego, honorem tuum augere. 3. a me. 4. omnes enim ad me perſcripſerunt. 5. & per tuam. 6. womit. 7. dum veniſti in domum meam. 8. dum ad meos veniſti. 9. omnia officia amici peregiſſe. 10. maiora. 11. propter quae tu impendis tantum laborem. 12. ornamenta virtutis, id eſt, honores. 13. qualis tu es. 14. quae vberrima & perfectiſſima eſt.

15. nos

ſertim in iis ſtudiis, quibus vterque noſtrum[15] deuinctus eſt. Nam tibi me profiteor & in re- 5
publica ſocium, de qua idem ſentimus, & in quotidiana vita coniunctum, cum[16] iis artibus, ſtudiis, quae colimus. Velim ita fortuna[17] tuliſſet, 6
quanti ego omnes tuos facio, vti tanti tu meos facere poſſes: quod tamen ipſum, neſcio qua permotus animi diuinatione, non deſpero; ſed hoc nihil ad te[18], noſtrum eſt onus[19]. Illud ve- 7
lim ſic habeas[20], quod intelliges hac re nouata[21] additum[22] potius aliquid ad meum erga te ſtudium[23], cui nihil videbatur addi poſſe, quam quicquam eſſe detractum[24]. Cum haec ſcribe- 8
bam, cenſorem iam te eſſe ſperabam: eo breuior eſt haec epiſtola, &, vt aduerſus magiſtrum morum[25], modeſtior. Vale.

M. TVL-

15. nos ambo inuicem deuincti ſumus. 16. nebſt. 17. ich wolte wünſchen, das Glück hätte es dergeſtalt gefüget. 18. attinet. 19. de hoc enim nos videbimus. 20. illud credas. 21. quoniam hoc nouum accidit. 22. fuiſſe. 23. amorem. 24. imminutum. 25. tanquam contra cenſorem morum, qualis tu es fortaſſis? *iocoſe.*

# M. TVLLII CICERONIS EPISTOLARVM AD FAMILIARES

# LIBER IV.

## I.

## M. T. C. SER. SVLPICIO S. D.

*Sulpicio, congreſſum petenti, reſpondet ſuamque cum illius voluntate conuenire demonſtrat, & deſperatum reipublicae ſtatum deplorat. Scripta eſt epiſtola cum Caeſar in Hiſpaniam regreſſus Pompeii legatos oppugnaret.*

CAius Trebatius, familiaris meus, ad me ſcripſit, te ex ſe quaeſiſſe[1], quibus in locis eſſem: moleſteque te ferre, quod me propter valetudinem[2] tuam, cum ad vrbem[3] acceſſiſſem, non vidiſſes: & hoc tempore velle te mecum, ſi propius acceſſiſſem, de officio vtriusque noſtrum[4]
2 communicare[5]. Vtinam, Serui, ſaluis rebus[6] (ſic enim eſt dicendum) colloqui potuiſſemus inter nos: profecto aliquid opis[7] occidenti[8] reipubli-

LIBER IV.

I.

1. Interrogauiſſe. 2. morbum. 3. Romam. 4. de eo, quid nos ambo facere deberemus. 5. colloqui mecum. 6. ſaluo ſtatu reip. 7. aliquod auxilium. 8. cadenti, pereunti.

9. hanc

Digitized by Google

publicae tuliſſemus. Cognoram enim iam ab- 3
ſens, te, haec mala [9] multo ante prouidentem [10],
defenſorem pacis, & [11] in conſulatu tuo, & poſt
conſulatum fuiſſe. Ego autem cum conſilium 4
tuum probarem, & idem ipſe ſentirem, nihil pro-
ficiebam [12]. Sero [13] enim veneram: ſolus eram:
rudis [14] eſſe videbar in cauſſa: incideram in ho-
minum pugnandi cupidorum inſanias [15]. Nunc, 5
quoniam nihil iam videbimur poſſe opitulari [16]
reipublicae, ſi quid eſt, in quo nobismet ipſis
conſulere poſſimus, non vt aliquid ex priſtino
ſtatu noſtro retineamus, ſed vt quam honeſtiſſi-
me [17] lugeamus [18]: nemo eſt omnium, quicum [19]
potius mihi, quam tecum communicandum [20] pu-
tem. Nec enim clariſſimorum virorum, quo- 6
rum ſimiles eſſe debemus, exempla, neque do-
ctiſſimorum, quos ſemper coluiſti [21], praecepta 1
te fugiunt [22]: atque ipſe antea ad te ſcripſiſſem, te
fruſtra in ſenatum, ſiue potius in conuentum [23]
ſenatorum eſſe venturum, ni veritus eſſem, ne
eius [24] animum offenderem, qui a me, vt te imi-
tarer, petebat. Cui [25] quidem ego, me cum ro- 7
garet,

9. hanc calamitatem, hoc bellum ciuile. 10. qui multo ante vidiſti. 11. tum, ſowohl. 12. ſo vermochte ich dennoch nichts auszurichten. 13. zu ſpäte. 14. ignarus. 15. in ſtoliditatem hominum, Pompeianorum, qui cupidi erant ad pugnam. 16. auxiliari. 17. mit ſo guter Reputation als es nur möglich iſt. 18. miſerum reip. ſtatum. 19. cumque. 20. colloquendum eſſe. 21. amaſti. 22. neque enim tu ignoras. 23. quia maior pars Senatorum aufugerat cum Pompeio; pauci reliqui, quibus Caeſar vtebatur, Senatus vocari non poterant. 24. Caeſaris. 25. Caeſari.



Digitized by Google

garet, vt adeſſem in ſenatu, eadem omnia, quae a te de pace, & de Hiſpanis dicta ſunt, oſtendi
8 me eſſe dicturum. Res videas quomodo ſe habeat: orbem terrarum imperiis diſtributis[26] ardere bello: vrbem[27] ſine legibus, ſine iudiciis, ſine iure, ſine fide relictam[28] direptioni[29] & in-
9 cendiis. Itaque mihi venire in mentem nihil poteſt, non modo, quid ſperem, ſed vix iam[30] quid audeam optare. Sin autem tibi homini prudentiſſimo videtur vtile eſſe, nos colloqui, quamquam longius[31] etiam cogitabam ab vrbe diſcedere, cuius iam etiam nomen inuitus[32] audio; tamen
10 propius[33] accedam. Trebatioque mandaui, ſiquid tu eum velles ad me mittere, ne recuſaret[34]: idque vt facias velim: aut ſi quem tuorum fidelium voles[35], ad me mittas: ne aut tibi exire ex
11 vrbe neceſſe ſit, aut mihi accedere[36]. Ego tantum tibi tribuo, quantum mihi fortaſſe arrogo: vt exploratum[37] habeam, quidquid nos communi ſententia[38] ſtatuerimus, id omnes homines probaturos[39]. Vale.

II. M.

26. poſtquam imperia a Caeſare & Pompeio diſtributa ſunt. 27. Romam. 28. eſſe. 29. der Plünderung. 30. ſed etiam id vix iam poteſt mihi venire in mentem. 31. in longe diſſita loca. 32. gar ungerne. 33. ad vrbem. 34. id ad ſe recipere. 35. ad me mittere. 36. ad vrbem. 37. certo perſuadeas. 38. tuo & meo iudicio. 39. laudaturos eſſe.



Digitized by Google

## II.

## M. T. C. SER. SVLPICIO S. D.

*Quaerenti Sulpicio: quid faciendum ſit; reſpondet cum laude eius, ſi recta ſequenda, certam rationem eſſe; non item, ſi vtilia, quia Caeſaris cauſſa firmior; honeſtior Pompeii. Longius ergo diſcedendum ab vrbe, in qua quae fiunt, turpe ſit probare: non probare, periculoſum. Sed quo eundum, difficilem eſſe deliberationem. Qua de re ſi colloqui velit, quam primum, rogat, adveniat.*

A d. III kal. Maias[1] cum eſſem in Cumano[2], accepi tuas litteras: quibus lectis[3], cognoui non ſatis prudenter feciſſe Philotimum: qui, cum abs te mandata haberet, vt ſcribis, de omnibus rebus, ipſe ad me non veniſſet, litteras[4] tuas miſiſſet; quas intellexi breuiores fuiſſe, quod[5] eum perlaturum putaſſes. Sed tamen, poſtquam lit- 2
teras tuas legi, Poſtumia tua[6] me conuenit, & Seruius noſter. His placuit[7] vt tu in Cumanum venires: qui etiam mecum, vt ad te ſcriberem, egerunt. Quod meum conſilium exquiris, id eſt ta- 3
le, vt capere[8] facilius ipſe poſſim, quam alteri dare. quid enim eſt, quod audeam ſuadere tibi homini[9] ſumma auctoritate, ſummaque prudentia?

II.

1. die XXIX. Aprilis. 2. praedio meo. 3. poſtquam igitur legi has litteras. 4. ſed ſolummodo. 5. quoniam putaueras, ipſum perlaturum eſſe has litteras, & deinceps plura locuturum mecum. 6. vxor. 7. hi decreuerunt. 8. conſilium ab aliis. 9. praedito.

4 tia? Si, quid rectiſſimum ſit, quaerimus, perſpi-
cuum eſt[10]: ſi[11], quid maxime expediat[12], obſcu-
rum[13]: ſin hi ſumus, qui profecto eſſe debemus,
vt nihil arbitremur expedire[14], niſi quod rectum,
honeſtumque ſit, non poteſt eſſe dubium[15], quid
5 faciendum nobis ſit. Quod exiſtimas meam
cauſſam coniunctam eſſe cum tua, certe ſimilis
in vtroque noſtrum[16], cum optime ſentiremus,
6 error fuit. Nam omnia vtriusque conſilia ad
concordiam ſpectauerunt: qua[17] cum ipſi Cae-
ſari nihil eſſet vtilius, gratiam[18] quoque nos inire
ab eo, defendenda pace[19], arbitrabamur. quan-
tum[20] nos fefellerit, & quem in locum[21] res[22]
7 deducta ſit, vides. Neque ſolum ea perſpicis,
quae geruntur, quaeque iam geſta ſunt, ſed etiam
8 qui[23] curſus rerum, qui exitus futurus ſit. Ergo
aut probare oportet[24] ea, quae fiunt: aut intereſ-
ſe[25], etiamſi non probes[26]. quorum altera mihi
turpis, altera etiam periculoſa ratio[27] videtur.
9 Reſtat, vt diſcedendum[28] putem, in quo reliqua
videtur eſſe deliberatio, quod conſilium in diſ-
ceſſu, quae[29] loca ſequamur. Omnino cum[30]
miſerior res nunquam accidit, tum[31] ne delibe-
ratio

10. ſi quaerimus id, quod rectiſſimum eſt, illud facile poteſt perſpici. 11. ſi id quaerimus. 12. vtile ſit. 13. illud non poſſumus recte perſpicere. 14. vtile eſſe. 15. iam poſſumus certo ſcire. 16. in nobis ambobus. 17. concordia. 18. ſo meineten wir noch groſſen Danck bey ihm zu verdienen. 19. ſi pacem defenderemus. 20. quantum vero haec opinio. 21. ſtatum. 22. publica. 23. qualis. 24. nos. 25. aut nos iiſdem immiſcere. 26. laudemus. 27. vnum ex his videtur mihi turpe, alterum vero periculoſum. 28. ex vrbe. 29. & quae. 30. ſo wohl. 31. als auch. 32. ſi

Digitized by Google

ratio quidem difficilior. nihil enim conſtitui poteſt, quod non incurrat in magnam aliquam difficultatem. Tu, ſi videbitur[32], ita, cenſeo[33], facias: vt, ſi habes iam ſtatutum[34], quid tibi agendum putes, in quo non ſit coniunctum conſilium tuum cum meo; ſuperſedeas[35] hoc labore itineris: ſin autem eſt[36], quod mecum communicare velis, ego te exſpectabo. Tu, quod tuo commodo[37] fiat, quamprimum velim venias, ſicut intellexi & Seruio & Poſtumiae placere. Vale. 10 11

32. ſi tibi placet. 33. quemadmodum ego cenſeo. 34. ſi iam decreuiſti. 35. nolis facere tam moleſtum iter. 36. aliquid. 37. nach deiner Gelegenheit.

## III.

## M. T. C. SER. SVLPICIO S. D.

*Sulpicium, a Caeſare Achaiae poſt aciem Pharſalicam praefectum, conſolatur, qui dolorem ex calamitate reipublicae ceperat. Scripta poſt Africanum bellum Caeſaris: ante Hiſpanienſe.*

VEhementer te eſſe ſollicitum, & in communibus miſeriis praecipuo[1] quodam dolore angi[2], multi ad nos quotidie deferunt[3]. quod quamquam minime miror, & meum quodammodo agnoſco[4]: doleo tamen, te ſapientia praeditum prope ſingulari, non tuis bonis delectari[5] potius, quam alienis malis laborare[6]. Me quidem, etſi 2
memini concedo, qua maiorem ex pernicie & peſte[7]

III.

1. ſingulari. 2. vexari, premi. 3. narrant. 4. dolorem. 5. quod non potius tuam virtutem & ſapientiam conſulas. 6. quam dolorem ſentire ob mala aliena.



Digitized by Google

poſte [7] reipub. moleſtiam [8] traxerit, tamen multa
iam conſolantur, maximeque conſcientia [9] con-
3 ſiliorum meorum. Multo [10] enim ante, tanquam
ex aliqua ſpecula [11], proſpexi tempeſtatem [12] fu-
turam: neque id ſolum mea ſponte [13], ſed multo
4 etiam magis monente & denuntiante te. Etſi
enim abſui magnam partem [14] conſulatus tui: ta-
men & abſens cognoſcebam, quae eſſet tua in
hoc peſtifero bello cauendo & praedicendo ſen-
tentia: & ipſe adfui primis temporibus [15] tui con-
ſulatus: cum accuratiſſime monuiſti ſenatum,
collectis omnibus bellis ciuilibus [16], vt & illa time-
rent, quae meminiſſent [17]: & ſcirent, cum ſupe-
riores, nullo tali exemplo antea in republica co-
gnito [18], tam crudeles fuiſſent, quicumque poſtea
rempub. oppreſſiſſet armis, multo [19] intolerabi-
5 liorem futurum. Nam quod exemplo fit, id
etiam iure fieri putant [20]: ſed aliquid, atque adeo
6 multa addunt, & adferunt de ſuo [21]. Quare me-
miniſſe debes eos, qui auctoritatem & conſilium
tuum non ſunt ſecuti, ſua ſtultitia [22] occidiſſe: cum
tua

7. calamitate. 8. dolorem, triſtitiam acceperit. 9. quoniam ſcio, me habuiſſe recta conſilia. 10. diu. 11. gleich als von einem hohen Wart-Thurm. 12. bellum ciuile inter Caeſarem & Pompeium. 13. vor mich ſelbſten. 14. per plerumque tempus. 15. ſub initium. 16. poſtquam enumeraſti & ante oculos poſuiſti ſuperiora bella ciuilia omnia. 17. recordarentur. 18. ſiquidem nullum tale exemplum in republica antea notum eſſet. 19. illum longe. 20. nam putant, id fieri poſſe iure, cuius antea iam proſtant & adſunt exempla. 21. ſed ipſi addunt multa, quae antea non fuerunt. 22. per ſuam.

23. per

Digitized by Google

tua prudentia[23] ſalui eſſe potuiſſent. Dices, quid me iſta res conſolatur in tantis tenebris, & quaſi parietinis[24] reipublicae? eſt omnino vix conſolabilis dolor: tanta eſt omnium rerum amiſſio, & deſperatio recuperandi[25].
8 Sed tamen & Caeſar ipſe ita de te iudicat: & omnes ciues ſic exiſtimant, quaſi lumen aliquod, exſtinctis ceteris[26], elucere ſanctitatem[27], & prudentiam, & dignitatem tuam. Haec[28] tibi ad leuandas moleſtias magna eſſe debent.
9 Quod autem a tuis abes[29], ideo leuius ferendum eſt, quod eodem tempore a multis & magnis moleſtiis abes: quas ad te omnes perſcriberem, niſi vererer, ne ea cognoſceres abſens, quae quia non vides, mihi videris meliore eſſe conditione[30], quam nos, qui videmus[31].
10 Hactenus exiſtimo noſtram conſolationem[32] recte adhibitam eſſe, quoad[33] certior ab homine amiciſſimo fieres iis de rebus, quibus leuari poſſent moleſtiae tuae.
11 Reliqua[34] ſunt in te ipſo, neque mihi ignota, nec minima ſolatia, & (vt quidem ego ſentio) multo maxima: quae ego experiens quotidie ſic probo[35], vt ea mihi ſalutem adferre videantur.
12 Te autem ab initio aetatis memoria teneo[36] ſumme omnium doctri-

narum

23. per tuam, per illud conſilium, quod tu prudentiſſime dabas. 24. in parietibus ruinoſis reipublicae; quae hoc loco cum aedificio collapſuro comparatur. 25. res omnes. 26. cum caetera lumina ſint exſtincta. 27. innocentiam, ſinceritatem. 28. omnia, quae ego nunc propoſui. 29. abſens es ab vrbe Roma. 30. in ſtatu. 31. tanta mala. 32. quam tibi dedi ex corrupto rerum ſtatu. 33. donec. 34. ſolatia. 35. ſentio. 36. recordor.

37. prae-

Digitized by Google

narum ſtudioſum fuiſſe, omniaque, quae a ſapien-
tiſſimis ad bene viuendum tradita[37] eſſent, ſum-
mo ſtudio curaque didiciſſe: quae quidem vel[38]
optimis rebus, & vſui & delectationi eſſe poſſent.
his vero temporibus habemus aliud nihil, in quo
13 adquieſcamus[39]. Nihil faciam inſolenter[40]: ne-
que te tali[41] vel ſcientia vel natura praeditum
hortabor, vt ad eas te referas[42] artes, quibus a
primis temporibus aetatis ſtudium tuum dediſti:
tantum[43] dicam, quod te ſpero approbaturum,
me, poſteaquam illi arti[44], cui ſtudueram, nihil
eſſe loci[45], neque in curia, neque in foro vide-
rem; omnem meam curam atque operam ad
14 philoſophiam contuliſſe. Tuae ſcientiae excel-
lenti ac ſingulari non multo plus[46], quam no-
ſtrae, relictum eſt loci. Quare non equidem te
moneo, ſed mihi ita perſuaſi, te quoque in iiſ-
dem verſari rebus, quae, etiamſi minus prodeſ-
ſent[47], animum tamen a ſollicitudine abduce-
15 rent. Seruius quidem tuus[48] in omnibus inge-
nuis[49] artibus, in primisque in hac, in qua ego
me ſcripſi adquieſcere[50], ita verſatur, vt excel-
lat: a me vero ſic diligitur, vt tibi vni concedam[51],
praeterea nemini: mihique ab eo gratia refer-
tur[52]:

37. praecepta. 38. etiam in optimo rerum ſtatu. 39. quietem poſſimus quaerere. 40. praeter conſuetudinem meam. 41. tam egregia. 42. vt redeas. 43. id tantummodo. 44. eloquentiae. 45. nullus relictus eſt locus. 46. eben ſo wenig. 47. vtiles tibi forent. 48. filius. 49. liberalibus, honeſtis ſtudiis. 50. delectari nempe in philoſophia morum. 51. in amore erga illum, quoniam tu es ipſius pater.



Digitized by Google

tur[52]: in quo ille[53] exiſtimat, quod facile appareat, cum me colat & obſeruet[54], tibi quoque in eo[55] ſe facere gratiſſimum[56]. Vale.

52. ille etiam eſt gratus erga me. 53. filius tuus. 54. honoret. 55. in ea re. 56. rem gratiſſimam.

## IV.

## M. T. C. SER. SVLPICIO S. D.

*Sulpicii excuſatione accepta ex parte, ipſiusque elegantia ſcribendi laudata, probat illius conſilia, quibus Achaiae adminiſtrationem non recuſandam eſſe putarat. Narrat de ſenatus in Marcelli reſtitutione officio; de ſtudiis Seruii filii, & aliis rebus.*

ACcipio excuſationem tuam, qua vſus es, cur ſaepius ad me litteras vno exemplo[1] dediſſes: ſed accipio ex ea parte[2], quatenus aut negligentia[3], aut improbitate eorum, qui epiſtolas accipiant, fieri ſcribis, ne ad nos perferantur: illam partem excuſationis, qua te ſcribis orationis paupertate[4] (ſic enim appellas) iisdem[5] verbis epiſtolas ſaepius mittere, nec noſco, nec probo. Et ego ipſe, quem tu per iocum (ſic enim 2 accipio) diuitias orationis habere dicis, me non eſſe verborum admodum inopem agnoſco. εἰρωνεύεσθαι[6] enim non neceſſe eſt: ſed tamen idem[7], ne hoc εἰρωνευόμενος[8], facile cedo tuorum ſcriptorum

IV.

1. eines Innhalts, vnius ſententiae & eorundem verborum. 2. in ſo ferne. 3. ob negligentiam. 4. quaſi verba tibi deſint. 5. mit einerley. 6. iocari, höhniſch ſeyn. 7. ego. 8. per ironiam aut iocum dicens.

9. fuiſſe.

Digitized by Google

3 ptorum ſubtilitati, & elegantiae. Conſilium
tuum, quo te vſum[9] ſcribis hoc Achaicum nego-
tium non recuſauiſſe[10], cum ſemper probauiſſem,
tum multo magis probaui lectis tuis proximis lit-
4 teris. Omnes enim cauſſae, quas commemo-
ras, iuſtiſſimae ſunt, tuaque & auctoritate & pru-
dentia digniſſimae[11]. Quod aliter cecidiſſe[12] rem
exiſtimas, atque[13] opinatus ſis, id tibi nullo modo
5 adſentior[14]. Sed, quia tanta perturbatio & con-
fuſio eſt rerum; ita[15] perculſa & proſtrata foe-
diſſimo bello[16] iacent omnia, vt is cuique locus,
vbi ipſe ſit, vt ſibi quisque[17], miſerrimus eſſe vi-
deatur: propterea & tui te conſilii poenitet, &
6 nos qui domi[18] ſumus, tibi beati[19] videmur. At
contra[20] nobis non tu quidem vacuus[21] mole-
ſtiis, ſed prae nobis beatus[22]. atque hoc ipſo[23]
melior eſt tua, quam noſtra conditio, quod tu,
quid doleat[24], ſcribere audes; nos ne id quidem
tuto poſſumus[25]: nec id victoris vitio[26], quo ni-
hil moderatius[27]; ſed ipſius victoriae[28], quae ci-
7 vilibus bellis ſemper eſt inſolens[29]. Vno te vici-
mus[30],

9. fuiſſe. 10. dum non recuſauiſti praefecturam Acha-
iae a Caeſare tibi impoſitam. 11. ſunt. 12. eueniſſe.
13. quam putaſſes. 14. affirmo. 15. vsque adeo, derge-
ſtalt. 16. per bellum ciuile. 17. vt, velut ſibi quisque vi-
detur miſerrimus, ita quoque putet, hunc locum ſibi eſſe
miſerrimum, in quo ipſe ſis. 18. Romae manſimus. 19.
felices. 20. vmbgekehrt. 21. libera. 22. ſed vide-
ris tamen felicior, quam nos ſumus. 23. eben darinne.
24. te. 25. ſcribere. 26. id tamen non fit propter ali-
quam forte crudelitatem victoris. 27. quippe qui mo-
deratiſſimus & clementiſſimus eſt. 28. ſed per culpam
ipſius victoriae. 29. ſuperba, crudelis.

30. in

Digitized by Google

mus[30], quod de Marcelli, collegae tui, ſalute
paullo ante, quam tu[31], cognouimus: etiam me-
hercule, quod, quemadmodum ea res ageretur,
vidimus. Nam ſic fac exiſtimes[32] poſt has mi- 8
ſerias, id eſt, poſtquam armis diſceptari[33] coe-
ptum eſt de iure publico[34], nihil eſſe actum aliud[35]
cum dignitate. Nam & ipſe Caeſar, accuſata 9
acerbitate[36] Marcelli (ſic enim appellabat) lau-
dataque[37] honorificentiſſime & aequitate tua, &
prudentia; repente praeter ſpem dixit, ſe ſena-
tui, roganti[38] de Marcello, ne hominis quidem
cauſſa negaturum[39]. Fecerat autem hoc ſena- 10
tus, vt cum a L. Piſone mentio eſſet facta de Mar-
cello, & cum C. Marcellus ſe ad Caeſaris pedes
abieciſſet, cunctus[40] conſurgeret, & ad Caeſa-
rem ſupplex accederet. Noli quaerere, ita mihi 11
pulcer hic dies viſus eſt, vt ſpeciem aliquam vide-
rer[41] videre quaſi reuiuiſcentis reipublicae. Ita- 12
que cum omnes ante me rogati Caeſari gratias
egiſſent, praeter Volcatium (is enim, ſi eo loco
eſſet[42], negauit ſe facturum fuiſſe) ego rogatus
mutaui meum conſilium. Nam ſtatueram, non
mehercule inertia[43], ſed deſiderio priſtinae di-
gnitatis,

30. in vno hoc ſumus feliciores quam tu. 31. de ea cognouiſti, aut nuntium accepiſti. 32. ſic enim debes credere. 33. pugnari. 34. de ſumma rerum & ſupremo imperio. 35. quam hoc. 36. poſtquam accuſauerat Marcelli acerbitatem erga ſe. 37. & poſtquam laudauerat. 38. qui intercedebat pro Marcello. 39. ſe non tanti facere Marcelli iniurias, vt propterea ſenatui roganti veniam & ſalutem illius rogaturus ſit. 40. Senatus. 41. putarem me videre. 42. ſi in eo ſtatu eſſet, quo Marcellus. 43. ex quadam animi timiditate.

44. mu-

Digitized by Google

13 gnitatis, in perpetuum tacere. Fregit[44] hoc meum conſilium & Caeſaris magnitudo animi, & ſenatus officium[45]. Itaque pluribus verbis egi Caeſari gratias: neque metuo, etiam in ceteris rebus, honeſto otio priuari: quod erat vnum ſo-
14 latium in malis. Sed tamen, quoniam effugi eius[46] offenſionem, qui fortaſſe arbitraretur, me hanc rempublicam non putare[47], ſi perpetuo tacerem: modice hoc faciam, aut etiam intra modum[48], vt & illius[49] voluntati, & meis ſtudiis[50]
15 ſeruiam. Nam etſi a prima aetate me omnis ars & doctrina liberalis[51], & maxime philoſophia delectauit: tamen hoc ſtudium[52] quotidie ingraueſcit, credo[53] & aetatis maturitate ad prudentiam[54], & his temporum vitiis[55], vt nulla res
16 alia[56] lauare animum[57] moleſtiis poſſit. A quo ſtudio te abduci negotiis[58] intelligo ex tuis litteris: ſed tamen aliquid[59] iam noctes te adiuua-
17 bunt[60]. Seruius tuus[61], vel potius noſter, ſumma me obſeruantia[62] colit: cuius[63] ego cum[64] omni probitate ſummaque virtute[65], tum ſtudiis doctrinaque delector. Is mecum ſaepe de tua man-

44. mutauit. 45. officium humanitatis, in agendis Caeſari gratiis pro reſtitutione Marcelli. 46. Caeſaris. 47. me putare, ac ſi nulla amplius ſupereſſet reſpublica. 48. modeſte. 49. Marcelli. 50. & tamen nihil faciam contra mores meos. 51. honeſta. 52. eloquentiae. 53. vti credo. 54. quoniam aetas mea matura eſt ad prudentiam. 55. & quoniam haec tempora tam calamitoſa ſunt. 56. quam mea ſtudia. 57. meum. 58. propter varia prouinciae negotia. 59. aliquo modo. 60. ad pergendum in ſtudiis. 61. filius. 62. er begegnet mir mit groſſer Ehrerbietung. 63. filii tui. 64. ſo wohl. 65. wohluerhalten. 66. in

Digitized by Google

manſione [66], aut deceſſione communicat [67]. Ad- 18
huc in hac ſum ſententia, nihil vt faciamus, niſi
quod maxime Caeſar velle videatur. Res ſunt
eiuſmodi, vt ſi Romae ſis, te nihil praeter tuos de-
lectare poſſit: de reliquis nihil melius ipſo eſt [68]:
ceteri, & cetera eiuſmodi [69], vt ſi alterutrum [70]
neceſſe ſit, audire ea [71] malis [72], quam videre.
Hoc noſtrum conſilium nobis minime iucun- 19
dum [73] eſt, qui te videre cupimus: ſed conſuli-
mus tibi [74]. Vale.

66. in prouincia. 67. colloquitur. 68. quam ipſe Caeſar. 69. ita comparata ſunt. 70. eines von beyden. 71. malas calamitates. 72. magis velis aut optare debeas. 73. non libenter quidem do tibi hoc conſilium. 74. volui tibi tamen hoc conſilium dare.

## V.

## SER. SVLPICIVS M. T. CICERONI S. D.

Seruius, Graeciae praefectus, audita Tulliae Ciceronis filiae morte, moerentem patrem vndique conquiſitis argumentis conſolatur, vt epiſtola haec perfectae & elaboratae conſolationis exemplum ſit. Scripta cum Caeſar in Hiſpania Pompeii liberos profligaſſet: quod ex initio epiſt. xx lib. XIII ad Atticum conſtat, *A Caeſare accepi conſolatorias, datas prid. kal. Mai. Hiſpali.*

*POſteaquam mihi renunciatum [1] eſt de obitu [2] Tulliae filiae tuae, ſane quam [3] pro eo, ac debui [4] graviter, moleſteque tuli [5]: communemque eam calami-*

tatem

V.

1. Nuntius allatus eſt. 2. morte. 3. valde. 4. vt decet me tuum amicum, meiner obliegenden Schuldigkeit nach. 5. es iſt mir dieſer Todesfall ſehr zu Herzen gangen.

*tatem exiſtimaui[6]: qui ſi iſtic adfuiſſem[7], neque tibi defuiſſem[8], coramque[9] meum dolorem[10] tibi declaraſſem. Etſi genus[11] hoc conſolationis miſerum, atque acerbum[12] eſt, propterea quia, per quos ea[13] confieri debet, propinquos ac familiares, ipſi pari moleſtia adficiuntur[14]: neque ſine lacrymis multis id conari[15] queunt, uti magis ipſi videantur aliorum conſolatione indigere, quam aliis[16] poſſe ſuum officium[17] praeſtare: tamen quae in praeſentia[18] in mentem mihi venerunt, decreui breui[19] ad te perſcribere: non quod[20] ea te fugere exiſtimem: ſed quod[21] forſitan dolore[22] impeditus minus ea perſpicias[23]. Quid eſt[24] quod tanto opere te commoueat tuus dolor inteſtinus[25]? cogita quemadmodum adhuc fortuna nobiſcum egerit: ea[26] nobis erepta eſſe, quae hominibus non minus, quam liberis[27], cara eſſe debent, patriam, honeſtatem[28], dignitatem[29], honores omnes: hoc uno incommodo addito[30], quid ad dolorem adiungi potuit[31]? aut quei[32] non in illis rebus[33] exercitatus animus*

6. & putaui, caſum hunc lacrymabilem communem eſſe etiam tuis amicis. 7. quod ſi ego tunc fuiſſem Romae. 8. in te conſolando. 9. mündlich. 10. Mitleiden. 11. hic modus. 12. triſte, iniucundum. 13. eiusmodi conſolatio. 14. ſimiliter dolent. 15. perficere. 16. afflictis, moeſtis. 17. conſolandi. 18. iam. 19. paucis verbis. 20. ac ſi putem te neſcire ea. 21. quoniam. 22. per dolorem nimium. 23. haec non ſatis accurate potes conſiderare. 24. quare vero. 25. priuatus, Haus-Creutz. 26. bona, 27. liberis hominibus, natis in rep. libera. 28. quia turpiter victi ſumus a Caeſare. 29. Ehr und Reputation. 30. quia hoc incommodum mihi accidit. 31. an potuit dolor meus maior fieri? 32. quomodo. 33. malis tam diuturnis.

34. callum

*animus callere[34] iam debet, atque omnia minoris aeſtimare? An illius[35] vicem[36], credo[37], doles? quo-* 4
*ties in eam cogitationem neceſſe eſt & tu veneris[38], & nos ſaepe incidimus[39], hiſce temporibus[40] non peſſime cum iis eſſe actum[41], quibus ſine dolore licitum[42] eſt mortem cum vita commutare[43].* *Quid* 5
*autem[44] fuit, quod illam[45] hoc tempore[46] ad viuendum magnopere inuitare[47] poſſet? quae res? quae ſpes? quod animi ſolatium[48]? vt[49] cum aliquo adoleſcente primario coniuncta[50] aetatem gereret[51]? licitum[52] eſt tibi, credo[53], pro tua dignitate[54] ex hac[55] iuuentute generum deligere, cuius fidei liberos tuos te tuto[56] committere putares. An[57] vt* 6
*ea liberos ex ſeſe pareret, quos cum florentes videret, laetaretur[58]? qui[59] rem[60] a parente traditam per ſe[61] tenere[62] poſſent? honores ordinatim[63] petituri[64] eſſent in republica? in amicorum negotiis li-*

*bertate*

34. callum obduxiſſe, obduruiſſe, ausgehärtet ſey. 35. filiae. 36. ſortem, ſtatum, mortem. 37. velut ego credo, fortaſſis. 38. quoties neceſſe eſt, vt haec tibi veniant in mentem? 39. in eam cogitationem. 40. calamitoſis. 41. bene cum iis actum eſſe, es ſey denen gar wohl geſchehen. 42. qui poſſunt. 43. mori. 44 quae cauſſa vero fuit. 45. filiam tuam. 46. triſti. 47. ſo ſonderlich anlocken. 48. gaudium. 49. an fortaſſis, vt illa. 50. nupta. 51. viuere potuiſſet. 52. licet tibi, tu potes. 53. vt ego perſuadeor. 54. generum, qui non indecorus eſſet tuae dignitati. 55. Romana. 56. ſine metu periculi. 57. an ſpes tibi fortaſſis aliqua erat, fore, vt. 58. propter quos illa potuiſſet gaudere, ſi vidiſſet eos in ſtatu florente, & in magno honore. 59. liberi. 60. opes, diuitias, a matre & patre relictas. 61. ſuo ſtudio & induſtria. 62. conſeruare potuiſſent. 63. iuxta conſuetum ordinem petendi honores & magiſtratus publicos. 64. petere potuiſſent.

 65. &

Digitized by Google

*bertate ſua uterentur[65]? Quid horum fuit[66], quod*
7 *non prius, quam datum[67] eſt, ademtum[68] ſit? At*
*vero[69] malum[70] eſt liberos[71] amittere: malum[72],*
8 *niſi hoc peius ſit[73], haec[74] ſufferre & perpeti. Quae*
*res mihi non mediocrem conſolationem attulit, volo*
*tibi commemorare: ſi forte eadem res tibi minuere*
9 *dolorem poſſit. Ex Aſia rediens[75] cum ab Aegi-*
*na[76] Megaram[77] verſus navigarem, coepi regiones*
*circum circa[78] proſpicere[79]. poſt me erat Aegina,*
*ante[80] Megara, dextra[81] Piraeeus[82], ſiniſtra[83]*
*Corinthus[84]: quae oppida quodam tempore[85] flo-*
*rentiſſima[86] fuerunt, nunc[87] proſtrata[88], & diru-*
10 *ta[89] ante oculos iacent. Coepi egomet mecum ſic*
*cogitare: Hem, nos homunculi[90] indignamur[91], ſi*
*quis noſtrum[92] interiit[93], aut occiſus eſt, quorum[94]*
*vita breuior eſſe debet, cum vno loco tot oppidorum*
*cadauera[95] proiecta iaceant[96]? visne tu te, Serui,*
*cohibe-*

65. & qui iuuare potuiſſent amicos per ſuam liberalitatem. 66. an vero aliquid ex his omnibus fuit. 67. nobis. 68. nobis, per iniuriam bellorum ciuilium. 69. obijcis. 70. es iſt ein groſſes Vnglück. 71. ſuos. 72. reſpondeo, id quidem omnino malum eſt. 73. peius tamen & longe grauius eſt. 74. mala & calamitatem publicam. 75. cum ego ex Aſia Romam redirem. 76. inſula inter Cyclades. 77. vrbs ſita inter Boeotiam & Atticam. 78. iacentes. 79. mich umbzuſehen. 80. ante me. 81. ad dextram manum. 82. portus Athenarum. 83. ad ſiniſtram. 84. vrbs Achaiae. 85. olim etiam. 86. in florentiſſimo & feliciſſimo ſtatu. 87. nunc vero noſtro hoc tempore. 88. euerſa, exciſa, zerſtöret. 89. gäntzlich verwüſtet. 90. wir armen und elenden Menſchen. 91. iraſcimur. 92. ex noſtris. 93. mortuus eſt. 94. quorum tamen vita naturabiliter debet eſſe breuior, quam horum oppidorum. 95. rudera, Steinhauffen, Brandſtätte. 96. euerſa ſint. 97. be-

Digitized by Google

*cohibere*[97]*, & meminiſſe hominem te eſſe natum*[98]*? Crede mihi, cogitatione ea*[99] *non mediocriter ſum confirmatus*[100]*. Hoc idem, ſi tibi videtur*[1]*, fac* 11
*ante oculos tibi proponas. Modo*[2] *uno tempore tot viri clariſſimi interierunt*[3]*: de imperio*[4] *praeterea tanta deminutio facta*[5] *eſt: omnes prouinciae conquaſſatae*[6] *ſunt: in unius mulierculae animula ſi iactura*[7] *facta eſt, tanto opere commoueris*[8]*? quae*[9] *ſi hoc tempore non ſuum diem obiiſſet*[10]*, paucis poſt annis tamen ei moriendum*[11] *fuit, quoniam homo*[12]
*nata fuerat. Etiam*[13] *ab hiſce tu rebus animum ac* 12
*cogitationem tuam auoca*[14]*: atque ea potius reminiſcere*[15]*, quae digna tua perſona ſunt*[16]*: illam*[17]*, quamdiu ei opus fuerat*[18]*, vixiſſe, vna cum republica fuiſſe*[19]*: te patrem ſuum*[20] *praetorem, conſulem, augurem*[21] *vidiſſe*[22]*: adoleſcentibus primariis nuptam fuiſſe*[23]*: omnibus bonis prope perfunctam*[24] *eſſe:*

97. begreiffen. 98. quod tu etiam natus ſis homo mortalis. 99. per hanc cogitationem. 100. erectus, non leue ſolatium accepi. 1. placet. 2. nur vor gar weniger Zeit. 3. per ciuile bellum. 4. Romano. 5. tam vehementer debilitatum. 6. in metum, periculum & damnum coniectae ſunt. 7. Verluſt. 8. tu tantam capis triſtitiam. 9. muliercula. 10. mortua eſſet. 11. illam tamen oportuiſſet mori. 12. mortali conditione. 13. quemadmodum ego, per conſiderationem oppidorum euerſorum, animum auocaui ab hiſce rebus, ita etiam tu auoca tuum. 14. abſtrahe. 15. cogita, illam vixiſſe. 16. quae te tam ſapientem virum decent. 17. filiam tuam. 18. vtile. 19. & illam vixiſſe, quamdiu ſtetit reſpublica. 20. illam vidiſſe te, tanquam ſuum patrem, in maximis magiſtratibus & honoribus. 21. vnum ex collegio Augurum. 22. illam. 23. illam habuiſſe maritos ex adoleſcentibus primariis Romae. 24. eam habuiſſe omnem felicitatem.



Digitized by Google

*eſſe: cum reſpublica occideret*[25]*, vita exceſſiſſe*[26]*. Quid eſt, quod tu, aut illa*[27] *cum fortuna*[28] *hoc no-*
13 *mine*[29] *queri*[30] *poſſitis? Denique noli te obliuiſci Ciceronem*[31] *eſſe, & eum*[32]*, qui aliis conſuêris*[33] *praecipere*[34]*, & dare conſilium: neque imitare*[35] *malos medicos, qui in alienis*[36] *morbis profitentur*[37] *ſe tenere*[38] *medicinae ſcientiam, ipſi ſe curare non poſſunt: ſed potius, quae aliis tute*[39] *praecipere ſoles, ea tute*
14 *tibi ſubiice*[40]*, atque apud animum propone. Nullus dolor eſt, quem non longinquitas temporis minuat ac molliat*[41]*. Hoc te exſpectare tempus tibi turpe*[42] *eſt, ac non ei rei ſapientia tua te occurrere*[43]*.*
15 *Quod ſi quis etiam inferis ſenſus*[44] *eſt, qui illius in te amor fuit, pietaſque in omnes ſuos; hoc certe illa*
16 *te facere non vult*[45]*. Da*[46] *hoc illi mortuae: da ceteris amicis ac familiaribus, qui tuo dolore moerent*[47]*: da patriae, vt, ſi qua in re opus*[48] *ſit, opera*
17 *& conſilio tuo vti poſſit. Denique, quoniam in eam fortunam*[49] *deuenimus, vt etiam huic rei nobis ſeruien-*

25. caderet, periret. 26. illam quoque mortuam eſſe. 27. quare ergo tu aut illa poteſtis queri? 28. adverſa. 29. ea propter. 30. rixari. 31. id eſt, virum multis virtutibus clarum. 32. & cogita quidem, te eum Ciceronem eſſe. 33. ſolitus ſis. 34. dare praecepta viuendi. 35. velis imitari. 36. aliorum. 37. dicunt, iactant. 38. habere. 39. tu ipſemet. 40. in memoriam reuoca, applica. 41. leniat. 42. tibi turpe eſt, ſi velis exſpectare hoc tempus. 43. ac turpe eſt, ſi nobis praeuenire hanc longinquitatem temporis per tuam ſapientiam. 44. quod ſi mortui etiam ſentiunt ea quae heic fiunt. 45. certe filia tua non vult, vt hoc facias, quoniam illa te & omnes ſuos valde amauit & coluit, cum viueret. 46. concede. 47. qui triſtes ſunt ob tuum dolorem. 48. neceſſe. 49. ſtatum rerum miſerum.

50. vt

*viendam ſit* [50], *noli committere* [51], *vt quiſquam te putet* [52] *non tam filiam, quam reipublicae tempora* [53], *& aliorum* [54] *victoriam lugere.* 
18 *Plura me ad te de hac reſcribere pudet, ne videar prudentiae tuae diffidere* [55]. *Quare ſi hoc vnum propoſuero* [56], *finem faciam ſcribendi.* 
19 *Vidimus aliquoties ſecundam pulcerrime te ferre fortunam* [57], *magnamque ex ea re te laudem adipiſci* [58]: *fac aliquando intelligamus* [59], *aduerſam* [60] *quoque te aeque* [61] *ferre poſſe, neque id maius, quam debeat* [62], *tibi onus videri: ne ex omnibus virtutibus haec vna* [63] *tibi videatur deeſſe.* 
20 *Quod ad me attinet, cum te tranquilliore* [64] *animo eſſe cognoro* [65], *de iis rebus, quae hic geruntur, quemadmodumque* [66] *ſe prouincia habeat* [67], *certiorem* [68] *faciam. Vale.*

50. vt etiam haec fortuna aduerſa aequo animo ferenda ſit. 51. facere; caue vt hoc facias. 52. vt quiſquam putet, te lugere. 53. calamitoſa. 54. Caeſareanorum. 55. ne videar iudicare, te parum eſſe prudentem. 56. adhuc dixero. 57. quod tu moderate potueris ferre bonam fortunam. 58. impetrauiſſe. 59. vt. 60. fortunam. 61. pariter, ſimiliter. 62. debet videri. 63. nempe conſtantia & animi fortitudo. 64. liberato a triſtitia. 65. audiuero. 66. & quemadmodum. 67. ſtatus prouinciae ſit. 68. te.

## VI.

## M. T. C. SER. SVLPICIO S. D.

*Reſpondet conſolanti Sulpicio, gratum ſibi eius officium fuiſſe, nec id exiguo doloris leuamento: nemini vero vnquam ſibi, iuſtiores dolendi cauſſas fuiſſe: minimam tamen ſibi leuationem ex reditu & conſuetudine Sulpicii fore.*



Digitized by Google

EGo vero [1], Serui, vellem, vt [2] ſcribis, in [3] meo grauiſſimo caſu [4] adfuiſſes. Quantum enim praeſens me adiuuare potueris, & conſolando, & prope aeque [5] dolendo, facile ex eo intelligo,
2 quod litteris lectis [6] aliquantum acquieui [7]. Nam & ea ſcripſiſti, quae leuare [8] luctum poſſent: & in me conſolando, non mediocrem ipſe animi
3 dolorem adhibuiſti [9]. Seruius tamen tuus omnibus officiis [10], quae illi tempori tribui potuerunt [11], declarauit & [12] quanti ipſe me faceret [13], & [14] quam [15] ſuum talem [16] erga me animum tibi gratum putaret fore: cuius officia iucundiora [17] ſcilicet ſaepe mihi fuerunt, nunquam tamen gratio-
4 ra [18]. Me autem non oratio [19] tua ſolum, & ſocietas paene aegritudinis [20], ſed etiam auctoritas [21] conſolatur. turpe enim eſſe exiſtimo, me non ita ferre caſum meum [22], vt [23] tu, tali ſapientia
5 praeditus, ferendum putas. Sed opprimor [24] interdum, & vix reſiſto [25] dolori, quod [26] ea me ſolatia

VI.

1. ſane. 2. veluti. 3. vt adfuiſſes. 4. luctu. 5. ſimiliter, tam vehementer, quam ego doleo. 6. quoniam poſt lectas tuas litteras ſenſi dolorem meum paullo imminutum. 7. habe mich ein wenig zu frieden geſtellet. 8. minuere, leuire. 9. oſtendiſti. 10. filius tuus per officia. 11. quae mihi tam triſti tempore declarari potuerunt. 12. non ſolum. 13. aeſtimaret, amaret. 14. ſed etiam. 15. quam vehementer. 16. tam beneuolum. 17. in rebus laetis. 18. fuerunt, quam hoc triſti tempore. 19. conſolatoria. 20. & quoniam fere aeque doles ac ego. 21. veneratio erga te tanquam virum ſapientem. 22. calamitatem meam. 23. quemadmodum tu putas, illum ferendum eſſe. 24. per grauitatem moeſtitiae. 25. reſiſtere poſſum. 26. quoniam.

27. mihi

Digitized by Google

ſolatia deficiunt[27], quae ceteris; quorum mihi
exempla propono, ſimili in fortuna[28] non defue-
runt. Nam &[29] Q. Maximus, qui filium conſu- 6
larem[30] clarum virum, & magnis rebus geſtis[31]
amiſit[32], & L. Paullus, qui duo ſeptem diebus[33];
& veſter[34] Gallus, & M. Cato, qui ſummo inge-
nio, ſumma virtute filium perdidit[35], iis tempori-
bus fuerunt[36], vt eorum luctum ipſorum dignitas
conſolaretur ea, quam ex republica conſeque-
bantur[37]. Mihi autem, amiſſis ornamentis iis[38], 7
quae ipſe commemoras, quaeque eram maximis
laboribus[39] adeptus[40], vnum manebat[41] illud ſo-
latium, quod[42] ereptum eſt. Non amicorum 8
negotiis[43], non reipublicae procuratione impe-
diebantur cogitationes meae: nihil in foro agere
libebat[44]: adſpicere curiam non poteram[45]:
exiſtimabam, id quod erat[46], omnes[47] me & in-
duſtriae meae fructus[48], & fortunae perdidiſſe.
Sed cum cogitarem haec mihi tecum, & cum 9
quibusdam eſſe communia, & cum frangerem[49]
iam

27. mihi deſunt. 28. caſu. 29. etiam. 30. qui Conſul fuerat. 31. poſtquam ille magnas res geſſerat. 32. per mortem. 33. duos filios amiſit intra ſeptem dies. 34. ex veſtra gente natus. 35. qui filium perdidit, cuius ingenium & virtus ſumma erant. 36. vixerunt. 37. habebant, impetrabant. 38. poſtquam haec ornamenta & hos honores amiſi. 39. per maximos labores. 40. eram, impetraueram. 41. mihi autem reſtabat vnum illud ſolatium. 42. quod nunc mihi. 43. propter, per negotia. 44. placebat mihi. 45. prae indignatione & taedio. 46. wie es auch würcklich war. 47. me perdidiſſe omnes fructus meae induſtriae & fortunae. 48. vtilitatem. 49. frangerem, mitigarem meos dolores animi.


50. &

iam ipſe me, cogeremque[50] illa[51] ferre toleran-
ter[52], habebam[53] quo[54] confugerem, vbi con-
quieſcerem[55], cuius in ſermone, & ſuauitate
10 omnes curas, doloresque deponerem[56]. Nunc
autem hoc tam graui vulnere[57], etiam illa, quae
11 conſanuiſſe videbantur[58], recrudeſcunt[59]. Non
enim, vt tum[60] mea a republica moeſtum[61] do-
mus[62] excipiebat, quae leuaret[63]: ſic nunc do-
mo moerens[64] ad rempublicam[65] confugere
poſſum, vt in eius bonis adquieſcam[66], itaque &
domo abſum, & foro[67], quod[68] nec eum dolo-
rem, quem a republica[69] capio, domus[70] iam
conſolari poteſt, nec domeſticum[71] respubli-
ca[72]: quo magis[73] te exſpecto, teque videre
12 quamprimum cupio. Maior mihi leuatio adfer-
ri[74] nulla poteſt, quam coniunctio conſuetudi-
nis[75],

50. & cum cogerem me. 51. haec mala. 52. patienter. 53. aliquam in filia mea. 54. ad quam poteram confugere. 55. & vbi me poteram conſolari. 56. poteram deponere. 57. poſtquam tam graue vulnus accepi per mortem filiae. 58. etiam illa vulnera, quae videbantur obduruiſſe aut obducta eſſe. 59. brechen nun wieder auf. 60. quemadmodum illo tempore. 61. quando moeſtus domum reuertebar, ſi quid aduerſi in rep. accidiſſet. 62. filia in domo me recipiebat. 63. conſolaretur. 64. dum dolorem habeo in domo mea. 65. quippe quae nunc tota periit. 66. vt quietem inueniam & ſolatium in eius felicitate. *Senſus eſt:* olim quidem, cum moeſtus domum venirem ex curia, ſolatium habebam in filia; ſed nunc, poſtquam moeſtus ſum ob filiae meae mortem, confugere non poſſum ad rempublicam. 67. a curia. 68. quoniam. 69. ob malum ſtatum reip. 70. mea luctuoſa. 71. dolorem. 72. conſolari poteſt. 73. vmb ſo viel mehr. 74. dari.

75. con-

Digitized by Google

nis[75], ſermonumque noſtrorum: quamquam ſperabam tuum aduentum (ſic enim audiebam) appropinquare. Ego autem cum[76] multis de cauſ- 13
ſis te exopto quam primum videre, tum etiam, vt ante commentemur[77] inter nos, qua ratione[78] nobis traducendum ſit hoc tempus[79], quod eſt totum ad vnius[80] voluntatem accommodandum[81], & prudentis[82] & liberalis, &, vt[83] perſpexiſſe videor, nec a me alieni[84], & tibi amiciſſimi. Quod cum ita ſit[85], magnae eſt tamen de- 14
liberationis[86], quae ratio ſit ineunda nobis[87] non agendi aliquid[88], ſed illius[89] conceſſu & beneficio quieſcendi[90]. Vale.

75. conuerſationis. 76. partim ob multas cauſſas. 77. conferamus ſententias; damit wir uns untereinander bereden mögen. 78. quomodo. 79. tranſigere, zubringen, paſſiren, hoc tempus triſte. 80. Caeſaris. 81. dirigendum. 82. qui prudens vir eſt. 83. quemadmodum. 84. inimicus mihi non eſt. 85. ob nun wohl dieſes ſeine Richtigkeit hat. 86. oportet tamen, vt maturo iudicio deliberemus. 87. wie wir es eigentlich angreiffen müſſen.. 88. non quidem, quomodo aliquid agamus. 89. Caeſaris. 90. ſed quomodo poſſimus tranquillam vitam agere per beneficium & conceſſum Caeſaris.

## VII.

## M. T. C. M. MARCELLO S. D.

*Laudato conſilio & prudentia Marcelli, qui abeſſe a patria perpetuo volebat; ſuadet nihilo minus, vt reuertatur, quia id facile impetrare a Caeſare poſſit: nec tutius alibi, nec melius viuat, quam in patria & apud ſuos.*

Etſi

ETſi eo te adhuc [1] conſilio vſum intelligo, vt id
reprehendere [2] non audeam, non quin [3] ab
eo [4] ipſe diſſentiam, ſed quod ea te ſapientia [5] eſſe
iudicem, vt meum conſilium non anteponam
tuo: tamen & amicitiae noſtrae vetuſtas, & tua
ſumma erga me beneuolentia, quae mihi iam a
pueritia tua cognita eſt, me hortata eſt, vt ea
ſcriberem ad te, quae & ſaluti tuae conducere [6]
arbitrarer, & non aliena [7] eſſe ducerem [8] a digni-
2 tate [9]. Ego [10] eum [11] te eſſe, qui horum malo-
rum [12] initia multo ante videris [13], conſulatum ma-
gnificentiſſime atque optime geſſeris, praeclare [14]
memini: ſed idem [15] etiam illa vidi, neque te [16]
conſilium ciuilis belli ita [17] gerendi, neque co-
pias [18] Cn. Pompeii, nec genus [19] exercitus pro-
bare [20], ſemperque ſumme diffidere [21]. qua in
ſententia me quoque fuiſſe, memoria tenere te
3 arbitror [22]. Itaque neque tu multum interfuiſti
rebus gerendis [23], & ego id ſemper egi, ne in-
tereſſem. non enim iis rebus pugnabamus, qui-
bus valere [24] poteramus, conſilio, auctoritate,
cauſſa,

VII.

1. adhuc vsque tempus. 2. taxare. 3. quod non. 4. conſilio. 5. quia iudico, te tam ſapientem eſſe. 6. prodeſſe. 7. non indecora. 8. putarem. 9. tua. 10. ego praeclare memini. 11. talem virum. 12. harum calamitatum. 13. vidiſti. 14. bene recordor. 15. ego. 16. neque te probare. 17. hoc modo. 18. exercitum. 19. die Beſchaffenheit. 20. laudare. 21. & exiguam fiduciam habere in euentum belli, ex parte Pompeii. 22. & arbitror, te tenere in memoria, quod ego etiam eandem ſententiam habuerim. 23. cum bellum ſuſciperetur. 24. ſuperare partem alteram.

25. worin-

Digitized by Google

cauſſa, quae erant in nobis ſuperiora[25]; ſed lacertis[26] & viribus[27], quibus pares[28] non eramus. Victi ſumus igitur, aut, ſi vinci dignitas non poteſt, fracti certe & abiecti[29], in quo tuum conſilium nemo poteſt non maxime laudare, quod cum ſpe vincendi ſimul abieciſti certandi etiam cupiditatem: oſtendiſtique ſapientem & bonum ciuem initia belli ciuilis inuitum[30] ſuſcipere, extrema libenter non perſequi[31]. Qui non idem conſilium, quod tu[32], ſecuti ſunt, eos video in duo genera eſſe diſtractos[33]. aut enim renouare bellum conati ſunt ii qui ſe in Africam contulerunt: aut, quemadmodum nos, victori ſeſe crediderunt: medium[34] quoddam tuum conſilium fuit, qui hoc[35] fortaſſe humilis[36] animi duceres[37]; illud[38] pertinacis[39]. Fateor a plerisque, vel dicam ab omnibus, ſapiens tuum conſilium[40]; a multis etiam magni ac fortis animi[41] iudicatum: ſed habet iſta ratio[42], vt mihi quidem videtur, quemdam modum[43]: praeſertim cum tibi nihil deeſſe arbitrer ad tuas fortunas[44] omnes obtinendas,

4 (beside "Victi ſumus igitur…"); 5 (beside "Qui non idem…"); 6 (beside "Fateor a plerisque…")

25. worinne wir ihnen weit überlegen waren. 26. brachiis. 27. robore militum. 28. Caeſari. 29. debilitati ſumus & oppreſſi. 30. contra ſuam voluntatem. 31. er laſſe es aber nicht gerne auf das euſerſte ankommen. 32. ſecutus es. 33. diuiſos. 34. inter haec conſilia duo. 35. ſcilicet ſe tradere Caeſari. 36. tanquam indicium abiecti animi. 37. putares. 38. ſe conferre in Africam. 39. indicium eſſe animi contumacis. 40. eſſe indicatum. 41. conſilium. 42. iſtud tuum conſilium. 43. ſein geſetztes Ziel. puto, hanc tuam animi fortitudinem hoc tempore moderandam eſſe. 44. opes & facultates.

45. A

7 nendas, praeter voluntatem[45]. Sic enim intel-
lexi, nihil aliud eſſe, quod dubitationem adferret
ei[46], penes[47] quem eſt poteſtas, niſi quod vere-
retur, ne tu illud beneficium omnino non puta-
res[48], de quo quid ſentiam, nihil attinet[49] dice-
8 re, cum appareat ipſe[50] quid fecerim. Sed ta-
men ſi iam ita conſtituiſſes, vt abeſſe[51] perpetuo[52]
malles, quam[53] ea, quae nolles, videre: tamen
id cogitare deberes, vbicunque eſſes, te fore in
9 eius ipſius, quem fugeres, poteſtate. Qui ſi fa-
cile paſſurus eſſet[54], te carentem patria & fortu-
nis tuis quiete & libere viuere: cogitandum tibi
tamen eſſet, Romaene & domi tuae[55], cuiusmo-
di res eſſet[56], an Mitylenis, aut Rhodi malles vi-
10 vere. Sed cum ita late pateat[57] eius[58] poteſtas,
quem veremur[59], vt terrarum orbem complexa
ſit[60], nonne mauis[61] ſine periculo domi tuae[62]
11 eſſe, quam cum periculo alienae[63]. Equidem[64]
etiam ſi oppetenda[65] mors eſſet, domi atque in
patria mallem[66]; quam in externis atque alienis
12 locis. Hoc idem omnes, qui te diligunt, ſentiunt[67]:
quo-

45. ſi modo tu velis. 46. Caeſari. 47. qui nunc omnia poteſt facere pro ſuo arbitrio. 48. ne tu illud non haberes in beneficio loco. 49. nunc non opus eſt. 50. ego ipſe. 51. ab vrbe Roma. 52. ſemper. 53. videre. 54. und wenn er es auch gleich geſchehen lieſſe. 55. in domo tua. 56. qualiscunque demum eſſet reſpublica. 57. tam late ſeſe extendat per totum fere terrarum orbem. 58. Caeſaris. 59. timemus. 60. vt eius poteſtas occupauerit totum mundum. 61. magis debeas cupere. 62. in domo tua. 63. in domo aliena. 64. ego quidem. 65. ſi imo mori deberem. 66. mori. 67. omnes, qui te diligunt, ſunt in hac ſententia.

68. ami-

Digitized by Google

quorum[68] eſt magna pro tuis maximis clariſſi-
misque virtutibus[69] multitudo. Habemus etiam 13
rationem[70] rei familiaris tuae, quam diſſipari[71]
nolumus. nam etſi nullam poteſt accipere iniu-
riam[72], quae futura perpetua ſit[73] : propterea
quod neque is[74], qui tenet rempublicam, patie-
tur[75], neque ipſa reſpublica : tamen impetum
praedonum[76] in tuas fortunas fieri nolo[77]. Hi
autem qui eſſent, auderem ſcribere[78], niſi te intel-
ligere[79] conſiderem[80]. Hic te vnius ſollicitudi- 14
nes[81], vnius etiam multae & aſſiduae lachrymae
C. Marcelli, fratris optimi, deprecantur[82]: nos
cura[83] & dolore proximi[84] ſumus, precibus tar-
diores[85], quod ius adeundi[86], cum ipſi depreca-
tione eguerimus[87], non habemus. Gratia[88] tan- 15
tum poſſumus, quantum victi[89]. ſed tamen con-
ſilio, ſtudio[90], Marcello non deſumus. a tuis re-
liquis[91] non adhibemur[92]: ad omnia[93] parati ſu-
mus. Vale. VIII.

68. amicorum. 69. quoniam tu habes maximas & clariſſimas virtutes. 70. reſpectum ad rem tuam. 71. diripi. 72. tua res familiaris. 73. quae iniuria, ſiue, quod damnum poſſit perpetuo durare. 74. Caeſar. 75. eam diripi. 76. Räuber. 77. tamen ego nollem, vt praedones diriperent bona tua. 78. auderem ſcribere, quinam illi praedones eſſent. 79. 80. niſi perſuaderer, te illos iam ſcire. 81. curae. 82. precantur. 83. quoad curam & dolorem. 84. a fratre tuo. 85. tametſi ſerius pro te precamur. 86. quoniam non habemus ius eundi ad Caeſarem. 87. cum ego ipſe opus habuerim deprecatione & interceſſione apud illum. 88. per fauorem autem noſtrum tantum poſſumus efficere. 89. quantum victi valent efficere apud victorem. 90. iuuamus Marcellum ſtudio & conſilio noſtro. 91. amicis. 92. ad conſilium de tuo reditu. 93. quae facere pro te poterimus.



Digitized by Google

## VIII.

# M. T. C. M. MARCELLO S. D.

*Laudata Marcelli prudentia, pollicetur officia ſua, & , vt domum, quicunque ſtatus reipub. ſit, reuertatur, iterum admonet.*

NEque monere te audeo praeſtanti prudentia[1]
virum: nec[2] confirmare[3] maximi animi ho-
minem vnumque[4] fortiſſimum: conſolari[5] vero
2 nullo modo. Nam ſi ea, quae acciderunt[6], ita[7]
fers, vt[8] audio; gratulari magis virtuti[9] debeo,
quam conſolari dolorem tuum: ſin[10] te tanta ma-
la reipublicae frangunt[11], non ita abundo inge-
nio[12], vt te conſoler[13], cum ipſe me non poſſim[14].
3 Reliquum eſt igitur, tibi[15] me in omni re eum[16]
praebeam praeſtemque, vt ad omnia, quae tui[17]
velint, ita adſim praeſto[18], vt me non ſolum omnia
debere tua cauſſa[19], ſed ea quoque etiam, quae
4 non poſſim[20], putent. Illud tamen, vel tu me
monuiſſe, vel cenſuiſſe puta, vel propter beneuo-
lentiam[21] tacere non potuiſſe: vt quod ego facio,
tu quoque animum inducas[22]: ſi ſit aliqua reſpub-
lica[23], in ea te eſſe oportere, iudicio hominum re-
que[24]

VIII.

1. praeditum. 2. audeo. 3. erigere. 4. & qui ſolus eſt fortiſſimus. 5. te audeo. 6. tibi. 7. ita patienter. 8. quemadmodum. 9. tuae, & magnitudini animi. 10. ſi vero. 11. betrüben. 12. tantum ingenium non habeo. 13. conſolari poſſim. 14. me conſolari. 15. vt tibi. 16. talem. 17. amici. 18. ita praeſens auxilium adferam. 19. propter te facere. 20. facere. 21. meam erga te. 22. perſuadearis in animo tuo. 23. ſi moneat aliquis ſtatus reip.

24. ex

que[24] principem[25], neceſſitate[26] cedentem tempori: ſin autem nulla ſit[27], hunc tamen aptiſſimum eſſe etiam ad exſulandum[28] locum. Si enim libertatem ſequimur, qui locus hoc dominatu[29] vacat? ſin qualemcumque[30] locum, quae eſt domeſtica ſede[31] iucundior? Sed mihi crede, etiam is[32], 6
qui omnia tenet[33], fauet ingeniis: nobilitatem vero, & dignitatem hominum, quantum ei res & ipſius cauſſa[34] concedit, amplectitur[35]. Sed plura[36], quam ſtatueram[37]. Redeo ergo ad vnum illud, me tuum eſſe[38], fore cum tuis, ſi modo erunt tui[39]: ſin minus, me certe in omnibus rebus ſatis noſtrae coniunctioni[40] amorique facturum[41]. Vale.

24. ex iudicio hominum & in re ipſa. 25. der Vornehmſte. 26. ex quadam neceſſitate. 27. quod ſi vero respublica pereat. 28. exilii. 29. a dominatu Caeſaris. 30. tolerabilem locum ſi quaeris. 31. Romae. 32. Caeſar. 33. qui nunc tenet ſummum imperium. 34. ſtatus rerum ſuarum. 35. amat, defendit. 36. iam ſcripſi. 37. decreueram, volueram ſcribere. 38. amicum. 39. amici. 40. arctiſſimae amicitiae. 41. me ſatisfacturum eſſe.

## IX.

*Reditum in patriam Marcello ſuadet, refutatis ſingulis, quae diſſuadere videbantur, praeſertim quod nec aliter futurum fuiſſet, ſi viciſſent Pompeiani.*

ETſi perpaucis ante diebus dederam Q. Mucio litteras ad te pluribus verbis ſcriptas, quibus declaraueram, quo te animo cenſerem oportere[1], & quid

IX.

1. eſſe.

M 2. eſſe.

Digitized by Google

& quid tibi faciendum [2] arbitrarer: tamen cum
Theophilus libertus tuus proficiſceretur [3], cuius
ego fidem erga te beneuolentiamque perſpexe-
2 ram, ſine meis litteris eum ad te venire nolui. Iis-
dem igitur de rebus etiam atque etiam hortor, qui-
bus [4] ſuperioribus litteris hortatus ſum, vt in ea re-
publica, quaecunque eſt, quamprimum velis eſſe.
3 Multa videbis fortaſſe, quae nolis [5]: non plura ta-
men [6], quam audis quotidie. Non eſt porro
tuum [7], vno ſenſu ſolum oculorum moueri [8]: cum
illud idem auribus percipias [9], quod etiam maius
4 videri ſolet, minus laborare [10]. At tibi ipſi dicen-
dum erit aliquid, quod non ſentias [11]: aut facien-
5 dum, quod non probes [12]. Primum tempori ce-
dere, id eſt, neceſſitati parere, ſemper ſapientis eſt
habitum [13]. deinde non habet, vt nunc quidem eſt,
id vitii res [14]. dicere fortaſſe, quae ſentias, non li-
6 cet: tacere plane licet. Omnia [15] enim delata ad
vnum [16] ſunt. is vtitur conſilio, ne ſuorum qui-
dem, ſed ſuo: quod non multo ſecus [17] fieret, ſi
7 is [18] rempublicam teneret, quem ſecuti ſumus. An,
qui in bello, cum omnium noſtrum [19] coniunctum
eſſet periculum ſuo [20], certorum hominum mi-
nime

2. eſſe. 3. ad te. 4. de quibus. 5. videre. 6. videbis Romae. 7. te porro non decet. 8. animum triſtem capere, ob ea quae videbis ſemel. 9. audias. 10. ſollicitum aut triſtem eſſe. 11. de quo aliam habeas ſententiam. 12. laudes. 13. ſemper creditum eſt, id decere virum ſapientem, vt cedat tempori. 14. in ea re, dum tempori paremus, non eſt vitium, pro ſtatu rerum noſtrarum, qualis nunc eſt. 15. ſummum Romae imperium. 16. Caeſarem. 17. aliter. 18. Pompeius. 19. noſtrorum. 20. cum ſuo, Pompeii, periculo.

21. an

Digitized by Google

nime prudentium conſilio vteretur, cum magis communem [21] cenſemus in victoria futurum fuiſſe, quam incertis rebus fuiſſet [22]? & qui nec te conſule [23] tuum ſapientiſſimum conſilium ſecutus eſſet, nec fratre tuo [24], conſulatum ex auctoritate tua gerente, nobis auctoribus [25] vti voluerit, nunc omnia tenentem noſtras ſententias deſideraturum cenſes fuiſſe [26]? omnia ſunt miſera in bellis ciuilibus: quae maiores noſtri [27] ne ſemel 8
quidem [28], noſtra aetas ſaepe iam ſenſit: ſed miſerius nihil [29], quam ipſa victoria: quae etiam ſi ad meliores [30] venit, tamen eos ipſos ferociores, impotentioresque [31] reddit: vt, etiam ſi natura [32] tales non ſint, neceſſitate eſſe cogantur [33]. Multa enim victori, eorum arbitrio [34], per quos vicit, etiam inuito [35], facienda ſunt. An tu non vide- 9
bas mecum ſimul, quam illa [36] crudelis eſſet futura victoria? igitur tunc quoque patria careres, ne, quae nolles, videres? Non [37], inquies: ego enim 10
ipſe tenerem opes & dignitatem meam. At erat

tuae

21. an cenſemus, eum magis futurum fuiſſe communem cum nobis, & ſua conſilia communicaturum fuiſſe nobiscum in victoria, ſi ipſe victoriam obtinuiſſet. 22. cum eius, Pompeii, res adhuc in incerto eſſent. 23. cum tu conſul eſſes. 24. nec fratris tui conſilio vteretur. 25. id quod ego tamen ſuadebam Pompeio. 26. nunc cenſes, Pompeium deſideraturum fuiſſe noſtras ſententias, ſi is imperium teneret? 27. ſenſerunt. 28. gar nicht. 29. eſt. 30. ad partem meliorem. 31. immoderatiores, unbändiger. 32. a natura ſua. 33. ferociores. 34. ex voluntate eorum. 35. licet victor talia faciat inuitus. 36. ſi Pompeius viciſſet. 37. ego non carerem patria.



38. de-

Digitized by Google

tuae virtutis[38], in minimis tuas res ponere[39], de
11 republica vehementius laborare. Deinde, qui finis iſtius conſilii eſt? nam adhuc[40] & factum tuum probatur[41], &, vt in tali re[42], etiam fortuna[43] laudatur: factum[44], quod[45] & initium belli neceſſario ſecutus ſis, & extrema[46] ſapienter perſequi nolueris: fortuna[47], quod[48] honeſto otio[49] tenueris & ſtatum & famam dignitatis tuae.
12 Nunc vero nec locus tibi vllus dulcior eſſe debet patria[50]: nec eam diligere minus debes, quod[51] deformior eſt, ſed miſereri[52] potius: nec[53] eam multis claris viris orbatam, priuare etiam adſpe-
13 ctu[54] tuo. Denique ſi fuit magni animi, non iſſe ſupplicem victori[55]? vide ne ſuperbi ſit[56], aſpernari eiusdem[57] liberalitatem: &, ſi ſapientis eſt carere patria[58]; duri[59], non deſiderare: &, ſi republica non poſſis frui, ſtultum eſt, nolle priua-
14 ta[60]. Caput[61] illud eſt, vt, ſi iſta vita[62] tibi commodior eſſe videatur, cogitandum tamen ſit, ne

tutior

38. decuiſſet tibi, tanquam homini virtute praedito. 39. rem tuam & opes negligere. 40. noch biſs dato. 41. laudatur a Caeſare. 42. nach ietziger der Sachen Beſchaffenheit. 43. tua. 44. factum quidem tuum ideo laudatur. 45. quoniam. 46. extrema tempora belli, non manere volueris vsque ad extremum tempus belli. 47. tua ideo laudatur. 48. quoniam. 49. in otio. 50. quam tua patria. 51. quoniam nunc illa fortaſſis jam deformior eſt, quam antea. 52. patriae. 53. nec debes patriam. 54. praeſentia tua. 55. quod tu non ſupplex iuiſti ad victorem Caeſarem. 56. animi indicium. 57. victoris. 58. ſi ſapiens facile poteſt carere ſua patria. 59. illud eſt indicium animi duri, ſi quis patriam non deſiderat. 60. re frui. 61. praecipuum at primum in hoc toto negotio eſt illud. 62. extra Romam.

63. an

Digitized by Google

tutior non ſit[63], magna gladiorum[64] eſt licentia:
ſed in externis locis minor etiam ad facinus vere-
cundia[65]. Mihi ſalus tua tantae curae eſt, vt Mar- 15
celli fratri tuo aut par, aut certe proximus ſim[66].
tuum eſt[67], conſulere temporibus, & incolumi-
tati, & vitae, & fortunis[68] tuis. Vale.

63. an illa etiam ſatis tuta ſit. 64. hoſtilium. 65. ſed hoſtes in externis locis non ſunt verecundi ad facinus perpetrandum crudeliter. 66. in amore erga te. 67. tu debes. 68. opibus, res familiari.

## X.

## M. T. C. M. MARCELLO. S. D.

*Hortatur Marcellum, vt reditum maturet, iam a Caeſare impetratum; cum id ad rem eius familiarem valde pertineat.*

ETſi nihil erat noui, quod ad te ſcriberem, ma-
giſque litteras tuas iam exſpectare incipie-
bam, vel te potius ipſum: tamen cum Theophi-
lus proficiſceretur[1], non potui nihil[2] ei littera-
rum dare. Cura igitur, vt quamprimum venias[3]: 2
venies enim, mihi crede, exſpectatus, neque ſo-
lum nobis[4], id eſt tuis[5], ſed prorſus omnibus.
Venit enim mihi in mentem ſubuereri[6] interdum,
ne te delectet tarda deceſſio[7]. Quodſi nullum[8] 3
haberes ſenſum niſi oculorum[9], prorſus tibi igno-
ſcerem, ſi quoſdam[10] nolles videre[11]: ſed, cum
leuiora

X.

1. ad te. 2. volui aliquid. 3. Romam. 4. a nobis. 5. amicis. 6. ein wenig zu befürchten. 7. quaſi non libenter venias. 8. alium. 9. ſenſum. 10. inimicus. 11. Romae.

leniora non[12] multo eſſent, quae audirentur, quam quae viderentur; ſuſpicarer autem multum intereſſe rei familiaris tuae, te quamprimum venire[13], idque in omnes partes valere[14]; putaui ea

4 de re te eſſe admonendum. Sed quoniam, quod mihi placeret, oſtendi, reliqua tu pro tua prudentia conſiderabis: me tamen velim, quod ad[15] tempus te exſpectemus[16], certiorem facias. Vale.

12. ſed cum ea, quae audirentur, fere aeque grata & moleſta eſſent, quam ea quae viderentur. 13. Romam. 14. ad omnes res vtile eſſe. 15. circa quod. 16. exſpectare debeamus.

## XI.

## M. MARCELLVS M. CICERONI S. D.

Marcellus ſignificat, ſe plus Ciceronis, quam fratris, hortatu commotum in cauſſa reditus fuiſſe: litteras etiam, reſtitutionis nuntias, & gratulationem, & amicorum beneuolentiam, maxime Ciceronis, ſibi admodum placere, & gratum ſemper fore.

*PLurimum valuiſſe apud me tuam ſemper auctoritatem, cum in omni re, tum in hoc maxime ne-*

2 *gotio[1] potes exiſtimare[2]. Cum mihi C. Marcellus, frater amantiſſimus mei, non ſolum conſilium daret, ſed precibus quoque me obſecraret[3]; non prius mihi perſuadere potuit[4], quam tuis eſt effectum*

3 *litteris, vt vterer veſtro potiſſimum conſilio[5]. Res quemad-*

XI.

1. in quo ſollicitus es de reditu meo. 2. credere. 3. valde rogaret. 4. vt redire vellem Romam. 5. & Romam vellem redire.

6. de

Digitized by Google

*quemadmodum ſit acta*[6], *veſtrae litterae mihi declararunt. Gratulatio tua*[7] *etſi eſt mihi probatiſſima*[8], *quod*[9] *ab optimo ſit*[10] *animo: tamen hoc mihi multo iucundius eſt, & gratius, quod in ſumma paucitate amicorum, propinquorum, ac neceſſariorum, qui vere*[11] *meae ſaluti fauerent, te cupidiſſimum*[12] *mei, ſingularemque mihi beneuolentiam praeſtitiſſe cognoui. Reliqua*[13] *ſunt eiuſmodi, quibus ego,* 4
*quoniam haec erant tempora*[14], *facile, & aequo animo carebam. Hoc vero eiuſmodi eſſe ſtatuo*[15]*:* 5
*vt ſine talium virorum, & amicorum beneuolentia, neque in aduerſa, neque in ſecunda fortuna quiſquam viuere poſſit. Itaque in hoc*[16] *ego mihi gra-* 6
*tulor; tu vero vt intelligas homini amiciſſimo te tribuiſſe*[17] *officium, re tibi praeſtabo*[18]. *Vale.*

6. de impetrato meo reditu apud Caeſarem. 7. gratiarum actio ad Caeſarem. 8. etſi mihi valde placet. 9. quoniam. 10. profecta ſit. 11. ſincere. 12. eſſe amantiſſimum. 13. praeter te vnum, ita comparata ſunt reliqua, vt ego iis facile carere potuerim. 14. ſunt admodum miſera. 15. hoc vero bonum, quod mihi contigit, tam grande eſt. 16. quod iam reſtituor per beneuolentiam talium amicorum. 17. praeſtitiſſe. 18. ego tibi ipſa re praeſtabo.

## XII.
## SER. SVLPICIVS M. CICERONI S. D.

M. Marcelli caedem, perfecto narrationis exemplo ita nuntiat, vt antecedentia, media, conſequentia ordinatim exponat.

*ETſi ſcio non iucundiſſimum nuntium*[1] *me vobis allaturum*[2]*: tamen quoniam caſus & natura in* XII. *nobis*

1. Bericht. 2. eſſe.

*nobis dominatur*[3]; *viſum eſt faciendum*[4], *quoquo*
2 *modo res ſe haberet*[5], *vos certiores facere*[6]. *A. d.*
*X. kalend. Iunii*[7] *cum ab Epidauro*[8] *Piraeeum*[9] *na-*
*vi aduectus eſſem, ibi Marcellum, collegam no-*
*ſtrum*[10], *conueni*[11]: *eumque diem ibi conſumſi*[12],
3 *vt cum eo eſſem. Poſtero die, cum ab eo digreſſus*
*eſſem eo conſilio, vt ab Athenis in Boeotiam*[13] *irem,*
*reliquamque iurisdictionem*[14] *abſoluerem: ille*[15],
*vti aiebat, ſupra Maias*[16] *in Italiam verſus*[17] *na-*
4 *vigaturus erat. Poſtridie eius diei*[18] *cum ab Athe-*
*nis proficiſci in animo haberem*[19], *circiter hora de-*
*cima noctis, Poſtumius, familiaris eius*[20], *ad me*
*venit, & mihi nuntiauit, M. Marcellum, collegam*
*noſtrum, poſt coenae tempus a P. Magio Chilone, fa-*
*miliare eius, pugione*[21] *percuſſum*[22] *eſſe, & duo vul-*
*nera accepiſſe, vnum*[23] *in ſtomacho, alterum in ca-*
*pite ſecundum*[24] *aurem: ſperare*[25] *tamen eum*[26]
*viuere poſſe: Magium ſeipſum interfeciſſe; poſtea*
*ſe a Marcello ad me miſſum eſſe, qui haec nuntiaret,*
5 *& rogaret, vti cogerem*[27] *medicos. Coëgi*[28], *& e*
*veſti-*

3. quoniam caſus aduerſi etiam bonis hominibus poſſunt accidere. 4. ſo habe ichs vor gut angeſehen. 5. es ſey ihm nun wie ihm wolle. 6. vt vobis nuntiarem. 7. die XXII. Maii. 8. Vrbe Achaiae. 9. portum Athenienſem. 10. olim in conſulatu. 11. ad eum veni. 12. exegi, paſſiret, zugebracht. 13. regionem Graeciae, vicinam Atticae. 14. ad adminiſtrationem prouinciae. 15. Marcellus. 16. alii legunt, *ſupremo Maio*, id eſt, circa finem Maii. alii, *Maleas*, quod erat promontorium Laconiae. 17. gegen. 18. poſtero die. 19. vellem, decreuiſſem. 20. Marcelli. 21. mit einem Stilet, Bajonnet, oder Dolch. 22. durchſtochen. 23. vulnus. 24. poſt, hinter dem Ohr. 25. ſe, Poſthumium. 26. Marcellum. 27. conquirerem, mitterem. 28. aliquot medicos.

29. Ita-

*veſtigio*[29] *eo*[30] *ſum profectus prima luce*[31]*: cum non longe a Piraeeo abeſſem, puer*[32] *Acidini obuiam mihi venit cum codicillis*[33]*, in quibus erat ſcriptum, paullo ante lucem*[34] *Marcellum diem ſuum obiiſſe*[35]*. Ita vir clariſſimus ab homine teterrimo*[36] *acerbiſ-* 6
*ſima morte eſt adfectus*[37]*: & cui*[38] *inimici*[39] *propter dignitatem*[40] *pepercerant, inuentus eſt amicus*[41]*, qui ei mortem adferret*[42]*. Ego tamen ad* 7
*tabernaculum eius porrexi*[43]*: inueni duos libertos, & pauculos ſervos: reliquos aiebant profugiſſe metu*[44] *perterritos, quod*[45] *dominus eorum ante tabernaculum*[46] *interfectus eſſet. Coactus ſum in* 8
*eadem illa lectica*[47]*, qua ipſe delatus eram*[48]*, meisque lecticariis*[49] *in vrbem*[50] *eum*[51] *referre, ibique pro ea copia*[52]*, quae Athenis erat, funus ei ſatis amplum*[53] *faciendum curaui. Ab Athenienſibus* 9
*locum ſepulturae intra vrbem, vt darent, impetrare non potui. quod*[54] *religione*[55] *ſe impediri dicerent: neque tamen id*[56] *antea cuiquam conceſſerant.*

*Quod*

29. ſtatim, ſine mora. 30. ad Marcellum. 31. ſo bald alſs nur der Tag anbrach. 32. ſeruulus, Iunge. 33. Schreibtafel. 34. kurtz vor Tage. 35. mortuum eſſe. 36. nequiſſimo. 37 crudeliſſime eſt interfectus. 38. Marcello. 39. Caeſar, & qui Caeſari adhaerebant. 40. quia Marcellus fuerat Conſul. 41. ſo hatte ſich einer von ſeinen vermeineten Freunden gefunden. 42. qui eum interficeret. 43. iui, me contuli. 44. in qua ego ipſe deportatus eram. 45. quoniam. 46. vor dem Gezelt. 47. in lectica. 48. in qua ego veneram. 49. mit meinen eignen Sänfften-Trägern. 50. Athenas. 51. Marcellum mortuum. 52. iuxta copiam hominum & rerum ad ſepulturam neceſſariarum, ſo gut alſs man es zu Athen haben kunte. 53. magnificum. 54. quoniam. 55. propter obligationem alicuius legis. 56. ſepulturam in vrbe.



Digitized by Google

10 *Quod proximum fuit, vti[57] in quo vellemus eum gymnaſio[58] ſepeliremus, nobis permiſerunt. nos in nobiliſſimo orbis terrarum gymnaſio Academiae[59] locum delegimus, ibique eum combuſſimus: poſteaque curauimus, vt iidem Athenienſes in eodem loco monimentum[60] ei marmoreum faciendum lo-*
11 *carent[61]. Ita, quae noſtra officia fuerunt, pro collegio, & propinquitate[62], & viuo & mortuo omnia ei[63] praeſtitimus. Vale. Datae pridie kal. Iun[64]. Athenis.*

57. vt eum ſepeliremus, in quocunque Gymnaſio vellemus. 58. tria enim erant Athenis gymnaſia, Lyceum, Cynoſarges & Academia, hodie diceres, ein Vniuerſitäts-Collegium. 59. in quo Plato olim docuerat. 60. einen Leichenſtein. 61. curarent pro mercede opificibus danda, verdingen. 62. quoniam ego & Marcellus Conſules olim fueramus & agnati. 63. Marcello. 64. die xxxi. Maii.

## XIII.

## M. T. C. P. NIGIDIO FIGVLO S. D.

*Exſulantem Nigidium conſolatur, quantum poteſt, qui in eadem cauſſa fuit. Spem tamen futuri reditus ex certis ſignis facit: conditionis priſtinae facere non poteſt. Ideoque vtramque fortunam ex aequo ferendam hortatur.*

QVaerenti mihi iamdiu quid ad te potiſſimum ſcriberem, non modo certa res nulla, ſed ne genus quidem litterarum vſitatum[1] veniebat in
2 mentem. Vnam enim partem & conſuetudinem[2]

XIII.

1. quo hactenus vſus ſum,

2. incum-

Digitized by Google

nem [2] earum epiſtolarum, quibus ſecundis rebus vti ſolebamus, tempus [3] eripuerat: perfeceratque fortuna [4], ne quid tale [5] ſcribere poſſem, aut omnino cogitare. Relinquebatur triſte quoddam, & 3
miſerum, & his temporibus conſentaneum [6], genus litterarum [7]. Id quoque deficiebat me [8], in quo debebat eſſe aut promiſſio auxilii alicuius, aut conſolatio doloris tui. Quod pollicerer, 4
non erat [9]: ipſe enim pari fortuna abiectus [10], aliorum opibus [11] caſus [12] meos ſuſtentabam: ſaepiusque mihi veniebat in mentem, queri [13], quod ita [14] viuerem, quam gaudere, quod viuerem.
Quamquam enim nulla me ipſum priuatim pe- 5
pulit [15] inſignis iniuria: nec mihi quidquam tali tempore in mentem venit optare, quod non vltro mihi Caeſar detulerit [16]: tamen nihilo minus eis conficior [17] curis, vt ipſum, quod maneam in vita, peccare me exiſtimem [18]. Careo enim cum 6
familiariſſimis multis, quos aut mors eripuit nobis, aut diſtraxit fuga, tum [19] omnibus amicis, quorum beneuolentiam nobis conciliarat [20] per me quondam te ſocio [21] defenſa reſpublica, verſor- 7
que in eorum [22] naufragiis [23] & bonorum direptioni-

2. iucundam. 3. hoc triſte nobis. 4. aduerſa. 5. iucundum. 6. aptum. 7. ſcribendi, epiſtolarum. 8. id quoque genus epiſtolarum non habebam amplius. 9. non habebam. 10. proſtratus. 11. per opem & auxilium. 12. ruinam, calamitatem. 13. de eo. 14. hoc triſti modo. 15. attigit, perculit. 16. dederit. 17. werde ich abgemattet. 18. vt putem, me peccare in eo ipſo, quod adhuc maneam in vita, poſtquam reſp. eſt extincta. 19. praeterea etiam careo. 20. parare poſſet. 21. in tua ſocietate. 22. amicorum. 23. diſſipatione fortunarum.

24. quod

Digitized by Google

7 ptionibus: nec audio ſolum, quod ipſum eſſet
miſerum, ſed etiam video, quo nihil eſt acerbius[24],
eorum fortunas[25] diſſipari, quibus nos olim ad-
iutoribus[26] illud incendium[27] exſtinximus: &
in qua vrbe modo[28] gratia[29], auctoritate, gloria
floruimus, in ea[30] nunc iis quidem omnibus ca-
8 remus. Obtinemus[31] ipſius Caeſaris ſummam
erga nos humanitatem: ſed ea plus non poteſt[32],
quam vis & mutatio omnium rerum atque tem-
9 porum. Itaque orbus[33] iis rebus omnibus, qui-
bus & natura me, & voluntas, & conſuetudo ad-
ſuefecerat, cum[34] ceteris, vt quidem videor[35],
10 tum mihi ipſe diſpliceo. Natus[36] enim ad agen-
dum ſemper aliquid dignum viro: nunc non mo-
do agendi rationem[37] nullam habeo, ſed ne co-
gitandi quidem[38]: & qui[39] antea aut obſcuris[40]
hominibus, aut etiam ſontibus[41] opitulari[42] po-
teram; nunc P. Nigidio, vni omnium doctiſſimo,
& ſanctiſſimo[43], & maxima quondam gratia[44],
& mihi certe amiciſſimo, & benigne[45] quidem
polliceri poſſum. Ergo hoc ereptum eſt[46] litte-
11 rarum genus. Reliquum eſt, vt conſoler[47], &
adferam

24. quod acerbiſſimum mihi eſt. 25. bona, Vermögen und Güter. 26. per quorum auxilium. 27. Catilinariam coniurationem. 28. vor noch weniger Zeit. 29. fauore. 30. vrbe. 31. habemus. 32. efficere. 33. dum ego orbatus ſum. 34. ſo wohl. 35. vti mihi quidem videtur. 36. ego enim ad id natus ſum, vt ſemper agam aliquid, quod decet honeſtum virum. 37. cauſſam. 38. habeo rationem. 39. der ich. 40. geringen. 41. accuſatis in iudicio. 42. auxilium ferre. 43. innocentiſſimo, integerrimo. 44. & qui olim fuit in maximo fauore apud omnes. 45. bonam ſpem facere poſſum. 46. mihi jam. 47. te. 48. cauſ-

Digitized by Google

adferam rationes[48], quibus[49] te a moleſtiis[50] conener abducere. at ea quidem facultas vel tui[51], vel alterius conſolandi, in te ſumma eſt, ſi vnquam in vllo fuit. Itaque eam partem, quae ab exquiſita[52] quadam ratione & doctrina[53] proficiſcitur, non attingam: tibi totam relinquam[54]. Quid ſit 12
forti, & ſapienti homine dignum, quid grauitas, quid altitudo animi, quid acta[55] tua vita, quid ſtudia, quid artes, quibus a pueritia floruiſti, a te flagitent, tu videbis. Ego quod intelligere, & ſentire 13
poſſum, quia ſum Romae, & quia curo attendoque[56], id tibi adfirmo, te in iſtis moleſtiis, in quibus es hoc tempore, non diutius futurum: in iis[57] autem, in quibus etiam nos ſumus, fortaſſe ſemper fore. Videor mihi perſpicere primum 14
ipſius[58] animum, qui plurimum poteſt, propenſum[59] ad ſalutem tuam. non ſcribo hoc temere[60]; quo minus familiaris ſum[61], hoc[62] ſum ad inueſtigandum curioſior. Quo facilius, quibus 15
eſt iratior, reſpondere triſtius poſſit[63], hoc eſt adhuc tardior ad te moleſtia liberandum[64]. Fa- 16
miliares vero eius, & ii quidem, qui illi iucundiſſimi ſunt, mirabiliter[65] de te & loquuntur, & ſentiunt;

48. cauſſas. 49. per quas. 50. triſtitia. 51. te vel alterum. 52. von der geſunden Vernunfft. 53. eruditione, philoſophia. 54. illam ſolatii partem. 55. egregie. 56. omnia, quae heic aguntur. 57. moleſtiis. 58. Caeſaris. 59. eſſe. 60. inconſiderate, aut ſine certitudine. 61. Caeſari. 62. deſto genauer gebe ich auf alles Achtung. 63. & quo facilius Caeſar dare poſſit triſte reſponſum iis, quibus eſt paulo iratior. 64. hoc tardior eſt etiam Caeſar ad liberandum te ex tua moleſtia. 65. ſehr wohl und geneigt.

ſentium. accedit eodem[66] vulgi voluntas, vel potius conſenſus omnium: etiam illa, quae minimum nunc quidem poteſt (ſed poſſit neceſſe eſt[67]) reſpublica, quaſcunque vires habebit, ab iis ipſis, quibus[68] tenetur, de te[69] propediem,
17 mihi crede, impetrabit. Redeo igitur ad id, vt iam tibi etiam pollicear aliquid, quod primo omi-
18 ſeram. Nam & complectar[70] eius familiariſſimos, qui me admodum diligunt, multumque[71] mecum ſunt: & in ipſius[72] conſuetudinem[73], quam adhuc meus pudor mihi clauſit, inſinuabo[74]: & certe omnes vias perſequar, quibus putabo ad id, quod volumus, peruenire poſſe. in hoc toto genere plura faciam, quam ſcribere au-
19 deo. Cetera, quae tibi a multis promta[75] eſſe certo ſcio, a me ſunt paratiſſima. nihil in re familiari mea eſt, quod ego meum malim eſſe, quam tuum. Hac de re, & de hoc genere toto, hoc ſcribo parcius[76], quod[77] te, id quod ipſe confi-
20 do, ſperare malo te eſſe vſurum tuis[78]. Extremum illud eſt, vt te orem & obſecrem, animo vt maximo ſis, nec ea ſolum memineris, quae ab aliis magnis viris accepiſti; ſed illa etiam, quae ipſe ingenio, ſtudioque peperiſti[79]. quae ſi colliges[80],

66. huc. 67. ſed neceſſe quidem eſſet, vt reſpublica poſſet aliquid pro te efficere. 68. a quibus ipſa iam occupata eſt. 69. de tua ſalute. 70. ambibo, adibo, precabor. 71. ac ſaepius. 72. Caeſaris. 73. conuerſationem. 74. will ich mich einſchmeicheln. 75. caetera officia, quae tibi multi amici praeſtant. 76. umb ſo viel kürtzer. 77. quoniam. 78. quoniam magis cupio te ſperare, vt meis rebus vti queas non ſecus ac tuis. 79. tibi paraſti.

80. recor-

Digitized by Google

liges[80], & [81] ſperabis omnia optime, & [82] quae accident, qualiacunque erunt, ſapienter feres. Sed haec tu melius[83], vel optime omnium. Ego 21 quae pertinere ad te intelligam, ſtudioſiſſime omnia, diligentiſſimeque curabo: tuorumque triſtiſſimo meo tempore[84] meritorum erga me memoriam conſeruabo.

80. recordaberis. 81. non ſolum ſpem optimam habebis. 82. ſed etiam ea quae. 83. intelliges quam ego. 84. mei exſilii.

## XIV.

## M. T. C. CN. PLANCO S. D.

*Plancius bis Ciceroni, & de recuperata per Caeſarem dignitate, & de nuptiis cum virgine, dimiſſa Terentia initis, gratulatus fuerat. Vtrisque litteris vna epiſtola reſpondet Cicero: prioribus, non eſſe priſtinam dignitatem, quam receperat: alteris, quae cauſſa fuerit noui conſilii ineundi. Tandem ſolatur Plancium exſulantem, eique nihil, praeter communem calamitatem, timendam eſſe confirmat, cui ſua denique officia pollicetur.*

BInas a te accepi litteras Corcyrae[1] datas: quarum alteris[2] mihi gratulabare, quod[3] audiſſes, me meam priſtinam dignitatem obtinere: alteris[4] dicebas, te velle, quae egiſſem, bene & feliciter euenire. Ego autem ſi dignitas[5] eſt bene de re- 2 publica ſentire, & bonis viris probare[6], quod ſentias,

XIV.

1. ex inſula Corcyra ſcriptas. 2. in quarum vna epiſtola. 3. ideo quod. 4. in altera epiſtola. 5. ſi dignitas in eo conſiſtit. 6. & ita agere, vt boni viri adprobent id. 7. po-

Digitized by Google

tias, obtineo dignitatem meam: ſin autem in eo dignitas eſt [7], ſi, quod ſentias, aut re efficere poſſis, aut denique libera oratione defendere; ne veſtigium quidem vllum eſt reliquum nobis dignitatis: agiturque praeclare [8], ſi nosmetipſos regere poſſumus, vt ea, quae partim iam adſunt, partim impendent, moderate feramus: quod eſt difficile in eiusmodi bello, cuius exitus ex altera parte [9] caedem

3 oſtentat, ex altera [10] ſeruitutem. Quo in periculo non nihil [11] me conſolatur, cum recordor, haec me tum [12] vidiſſe, cum ſecundas [13] etiam res noſtras, non modo [14] aduerſas pertimeſcebam: videbamque, quanto periculo de iure pub-

4 lico [15] diſceptaretur [16] armis. Quibus [17] ſi viciſſent ii [18], ad quos ego pacis ſpe [19], non belli cupiditate adductus [20], acceſſeram [21]; tamen intelligebam, & iratorum hominum, & cupidorum, & inſolentium, quam crudelis eſſet futura victoria [22]: ſin autem victi eſſent [23], quantus [24] interitus eſſet futurus ciuium, partim ampliſſimorum, partim etiam optimorum, qui me haec [25] praedicentem, atque optime conſulentem ſaluti ſuae [26], malebant nimium timidum [27], quam ſatis prudentem exiſtimari.

7. poſita. 8. ſo muſs man zu frieden ſeyn. 9. Pompeii. 10. Caeſaris. 11. einiger maſſen. 12. illo tempore. 13. felices. 14. non autem ſolummodo. 15. de ſummo imperio. 16. pugnaretur. 17. armis. 18. Pompeiani. 19. ex ſpe. 20. permotus. 21. me conuerteram. 22. tam iam ante intelligebam, quam crudelis futura eſſet victoria hominum & iratorum &c. 23. Pompeiani. 24. intelligebam quoque ſimul, quantus &c. 25. mala, quae nunc euenerunt. 26. & me, qui optime conſulebam meae ſaluti. 27. eſſe.

28. in

Digitized by Google

mari. Quod autem mihi de eo, quod egerim [28], 5
gratularis, te ita velle certe ſcio: ſed ego tam mi-
ſero tempore nihil noui conſilii [29] cepiſſem, niſi in
reditu meo [30] nihilo meliores [31] res domeſticas,
quam rempublicam, offendiſſem [32]. Quibus 6
enim, pro meis immortalibus beneficiis [33], cariſ-
ſima mea ſalus, & meae fortunae eſſe debebant,
cum propter eorum ſcelus nihil mihi intra meos
parietes [34] tutum, nihil inſidiis vacuum viderem,
nouarum me neceſſitudinum [35] fidelitate contra
veterum [36] perfidiam muniendum [37] putaui. Sed 7
de noſtris rebus ſatis, etiam nimium multa [38]. De
tuis [39] velim, vt eo ſis animo, quo debes eſſe: id
eſt, vt ne quid tibi praecipue timendum putes. Si 8
enim ſtatus erit aliquis ciuitatis, quicunque erit,
te omnium periculorum video expertem [40] fore.
nam alteros tibi iam placatos eſſe intelligo, alte-
ros nunquam iratos fuiſſe. De mea autem in te 9
voluntate [41] ſic velim iudices, me, quibuscunque
rebus opus eſſe intelligam, quanquam videam
qui [42] ſim hoc tempore, & quid poſſim; opera
tamen, & conſilio, ſtudio quidem certe, rei, fa-
mae, ſaluti tuae praeſto [43] futurum. Tu velim & 10
quid

28. in mutatione matrimonii. Nam Cicero dimiſerat Terentiam, & nuptias contraxerat cum Popillia. 29. in mutatione matrimonii. 30. ex exſilio. 31. eben ſo ſchlimm, nichts beſſer. 32. inueniſſem. 33. quoniam ipſis immortalia beneficia praeſtiteram. 34. in domo mea. 35. adfinitatum. 36. priſtinarum adfinitatum. 37. eſſe. 38. ſcripſi. 39. rebus. 40. liberum & immunem ab omnibus periculis. 41. amore, beneuolentia. 42. quam debilis ipſe ego ſim ad ferendum amicis auxilium. 43. me operam daturum eſſe ad conſeruandam tuam ſalutem.



Digitized by Google

quid agas, & quid acturum te putes, facias me quam diligentiſſime certiorem. Vale.

## XV.

## M. T. C. CN. PLANCIO S. D.

*Hortatur, vt communem fortunam fortiter ferat, nec propriam ſibi poſtulet: eoque in ſe animo ſit, quo fuerat ſemper.*

ACcepi perbreues[1] tuas litteras, quibus[2] id,
quod ſcire cupiebam, cognoſcere non potui.
cognoui autem id, quod mihi dubium non fuit[3].
2 Nam quam fortiter ferres communes miſerias[4],
non intellexi: quam[5] me amares, facile perſpe-
xi: ſed hoc ſcieram. Illud ſi ſciſſem[6], ad id meas
3 litteras accommodaſſem[7]. Sed tamen etſi antea
ſcripſi, quae exiſtimaui[8] ſcribi oportere: tamen
hoc tempore breuiter commonendum putaui, ne
quo periculo te proprio exiſtimares[9] eſſe: in ma-
gno[10] omnes[11], ſed tamen in communi ſumus.
4 Quare non debes aut propriam fortunam, aut
praecipuam poſtulare[12], aut communem recuſa-
5 re[13]. Quapropter eo animo ſimus inter nos, quo
ſemper fuimus[14]. Quod de te ſperare[15], de me
praeſtare[16] poſſum. Vale. M. TVL-

XV.

1. admodum breues. 2. ex, in quibus. 3. quod iamdum ſciebam, de quo non dubitaui. 4. reipublicae. 5. & quam vehementer. 6. ſciuiſſem. 7. direxiſſem. 8. quae putaui neceſſe eſſe vt ſcriberentur. 9. ne putares, te eſſe in aliquo ſingulari & proprio tibi periculo. 10. periculo. 11. nos. 12. quare non debes poſtulare aut ſtatum peculiarem, aut ſingularem, etwas beſonders. 13. aut recuſare, euitare velle communem ſtatum & calamitatem omnium. 14. decet, vt nos ita porro amemus inuicem, quemadmodum ſemper nos amauimus. 15. poſſem. 16. polliceri, confirmare.

Digitized by Google

# M. TVLLII CICERONIS EPISTOLARVM AD FAMILIARES
# LIBER V.

## I.

## Q. METELLVS Q. F. CELER PROCOS. M. T. CICERONI S. D.

Queritur Metellus Celer, qui, praetor ſuperiore anno, Cicerone conſule, ex praetura Galliam pro conſule regebat, Metellum Nepotem, fratrem ſuum, a Cicerone in ſenatu oppugnatum eſſe.

*SI vales, bene eſt. Exiſtimaram pro mutuo inter nos animo*[1]*, & pro reconciliata gratia*[2]*, nec abſentem ludibrio laeſum iri*[3]*, nec Metellum fratrem ob dictum*[4] *capite ac fortunis per te oppugnatum*[5] *iri. quem*[6] *ſi parum pudor ipſius de-* 2
*fendebat, debebat*[7] *vel familiae noſtrae dignitas, vel meum ſtudium*[8] *erga vos, remque publicam, ſatis ſubleuare. Nunc video illum circumuentum*[9]*,* 3
*me deſertum*[10] *a quibus minime conueniebat*[11]*.*
*Itaque*

### LIBER V.

#### I.

1. quoniam nos inuicem amamus. 2. & quoniam nuper reconciliati ſumus. 3. me non laeſum iri abs te per ludibrium in abſentia mea. 4. aliquod, de quo Ep. II. no. 13. 5. accuſatum iri in iudicio. 6. fratrem meum. 7. debebat tamen eum ſublenare ac defendere. 8. amor meus. 9. fratrem meum circumuentum eſſe per fraudem. 10. eſſe. 11. decebat me deſeri.



Digitized by Google

4 *Itaque in luctu & ſqualore[12] ſum, qui prouinciae, qui exercitui praeſum, qui bellum gero. Quae quoniam nec ratione[13], nec maiorum noſtrûm clementia[14] adminiſtraſtis[15], non erit mirandum, ſi*
5 *vos poenitebit. Te tam mobili[16] in me meoſque eſſe animo, non ſperabam. Me interea nec domeſticus[17] dolor, nec cuiuſquam iniuria ab republica[18] abducet. Vale.*

12. triſtitia, ſollicitudine maxima. 13. certo ac conuenienti modo. 14. nec ita clementer, vt noſtri maiores facere conſueuerunt. 15. feciſtis. 16. inconſtanti. 17. ob fratrem meum male tractatum. 18. ab officiis reipublicae praeſtandis.

## II.

## M. T. C. Q. METELLO Q. F. CELERI PROCOS S. D.

*Reſpondet ſuperiori epiſtolae, querelae Metelli, commemorando ſua in eum officia, quibus ille non mutuo reſpondiſſet: nec fratrem eius ſe oppugnaſſe, ſed oppugnanti reſtitiſſe. Quem quod Celer tueatur, laudat eius pietatem: ſuae autem amicitiae conſtantiam pollicetur.*

SI tu exercituſque valetis, bene eſt. Scribis ad me, te EXISTIMASSE PRO MVTVO INTER NOS ANIMO, ET PRO RECONCILIATA GRATIA NVNQVAM TE A ME LVDIBRIO LAESVM IRI: quod cuiuſmodi ſit[1], ſatis intelligere non poſſum: ſed tamen ſuſpicor ad te eſſe allatum[2], me, in ſenatu cum diſputarem[3],



1. quid hoc ſignificet. 2. tibi eſſe nuntiatum.

3. verba

tarem [3], permultos eſſe, qui rempublicam a me conſeruatam [4] dolerent, dixiſſe, a te propinquos [5] tuos, quibus negare [6] non potuiſſes, impetraſſe, vt ea, quae ſtatuiſſes tibi in ſenatu de mea laude eſſe dicenda, reticeres. Quod cum dicerem, illud 2
adiunxi, mihi tecum ita diſpertitum [7] officium fuiſſe in reipublicae ſalute retinenda [8], vt ego [9], vrbem [10] a domeſticis [11] inſidiis, & ab inteſtino ſcelere; tu Italiam & ab armatis hoſtibus, & ab occulta coniuratione defenderes: atque hanc noſtram tanti & tam praeclari muneris [12] ſocietatem a tuis propinquis labefactatam [13]: qui, cum tu a me rebus ampliſſimis, atque honorificentiſſimis ornatus eſſes, timuiſſent, ne qua [14] mihi pars abs te voluntatis mutuae tribueretur [15]. Hoc in ſermone cum 3
a me exponeretur [16], quae mea exſpectatio fuiſſet orationis tuae [17], quantoque in errore verſatus eſſem; viſa eſt oratio [18] non iniucunda: & mediocris quidam eſt riſus [19] conſecutus, non in te [20], ſed magis in errorem meum: & quod me abs te cupiiſſe laudari, aperte atque ingenue [21] confitebar.
Iam hoc non poteſt in te non honorifice eſſe di- 4
ctum [22], me, in clariſſimis meis atque ampliſſimis rebus [23],

3. verba facerem. 4. eſſe a coniuratione Catilinae. 5. cognatos. 6. denen du es nicht hätteſt können füglich abſchlagen. 7. diuiſum. 8. defendenda. 9. defenderem. 10. Romam. 11. inteſtinis. 12. officii. 13. eſſe. 14. aliqua. 15. ne tu oſtenderes forte aliquam partem tui amoris erga me. 16. diceretur. 17. quam vehementer cupidus ego fuiſſem huius tuae orationis ad meam laudem. 18. haec mea. 19. audientium haec mea verba. 20. non riſus fuit de te. 21. aufrichtig. 22. hoc vtique dictum eſt in te honorifice.



Digitized by Google

rebus[23], tamen aliquod teſtimonium tuae vocis[24]
5 habere voluiſſe. Quod autem ita ſcribis, PRO
MVTVO INTER NOS ANIMO, quid tu exiſtimes eſſe in amicitia mutuum, neſcio: equidem
hoc arbitror[25], cum par voluntas accipitur, &
6 redditur[26]. Ego ſi hoc dicam, me tua cauſſa
praetermiſiſſe[27] prouinciam, tibi ipſe leuior videar
eſſe[28]: meae enim rationes ita tulerunt[29]:
atque eius[30] mei conſilii maiorem in dies ſingulos
7 fructum voluptatemque capio. Illud dico, me,
vt primum in concione[31] prouinciam depoſuerim,
ſtatim, quemadmodum eam tibi traderem, cogi-
8 tare coepiſſe. Nihil dico de ſortitione veſtra:
tantum te ſuſpicari volo, nihil in ea re per colle-
9 gam meum[32], me inſciente, eſſe factum. Recordare
cetera, quam cito ſenatum illo die, facta ſortitione[33],
coegerim, quam multa de te verba fecerim,
cum tu ipſe mihi dixiſti, orationem meam
non ſolum in te honorificam, ſed etiam in collegas
10 tuos contumelioſam fuiſſe. Iam illud ſenatus conſultum,
quod eo die factum eſt, ea praeſcriptione[34] eſt,
vt dum id exſtabit[35], officium meum in
te obſcu-

23. dum ego tam praeclaras res geſſi. 24. orationis. 25. ego quidem puto, mutuam amicitiam in eo conſiſtere. 26. quando quis dat amorem, & ab altero recipit. 27. neglexiſſe, non voluiſſe in me recipere adminiſtrationem prouinciae Galliae, vt tu eam poſſes conſequi. 28. videri poſſum leuior, leichtſinniger, fuiſſe. 29. ſed ſtatus rerum mearum ita tulit, mein Zuſtand brachte es nicht anders mit ſich. 30. huius. 31. apud populum conuocatum. 32. C. Antonium. 33. poſtquam facta eſt ſortitio. 34. a tam multis ſenatoribus confirmatum eſt, adpoſitis illorum nominibus. 35. quamdiu illud Senatusconſultum aderit.

36. omni-

Digitized by Google

te obſcurum[36] eſſe non poſſit. Poſtea vero quam 11
profectus es, velim recordere, quae ego de te in
ſenatu egerim, quae in concionibus[37] dixerim,
quas ad te litteras miſerim: quae cum omnia col-
legeris[38], tu ipſe velim iudices, ſatisne videatur
his omnibus rebus tuus aduentus, cum proxime
Romam veniſti, mutuo reſpondiſſe[39]. Quod 12
ſcribis de RECONCILIATA NOSTRA GRA-
TIA, non intelligo, cur reconciliatam eſſe di-
cas[40], quae nunquam imminuta eſt. Quod ſcri- 13
bis, non oportuiſſe Metellum fratrem tuum OR-
DICTVM A ME OPPVGNARI[41]: primum
hoc velim exiſtimes, animum mihi iſtum tuum ve-
hementer probari[42], & fraternam plenam huma-
nitatis ac pietatis[43] voluntatem: deinde[44] ſi qua
ego in re fratri tuo reipublicae cauſſa reſtiterim, vt
mihi ignoſcas: tam enim ſum amicus reipublicae,
quam qui maxime[45]. Si vero meam ſalutem 14
contra illius impetum in me crudeliſſimum defen- I
derim; ſatis habeas[46], nihil me etiam tecum de
tui fratris iniuria conqueri. Quem ego cum com- 15
periſſem, omnem ſui tribunatus[47] conatum in
meam perniciem parare atque meditari; egi cum
Claudia vxore tua, & cum veſtra ſorore Mucia:
cuius[48] erga me ſtudium[49] pro Cn. Pompeii ne-
ceſſitu-

36. omnino non poſſit non eſſe perſpicuum. 37. populi. 38. recordaberis & in animo tuo recte conſiderabis. 39. an tu paria feceris, cum Romam venires. 40. noſtram gratiam & amicitiam. 41. accuſari. 42. placere. 43. amoris. 44. rogo te. 45. alſs immermehr iemand ſeyn mag. 46. ſufficere tibi poteſt. 47. ſuae tribunitiae poteſtatis. 48. Muciae. 49. beneuolentiam.

ceſſitudine[50] multis in rebus perſpexeram, vt eum
16 ab illa iniuria[51] deterrerent. Atque ille[52], quod
te audiſſe credo, pridie kalend. Ianuarias[53], qua
iniuria nemo vnquam in aliquo magiſtratu[54] im-
probiſſimus ciuis adfectus eſt, ea[55] me conſulem
adfecit, cum rempublicam conſeruaſſem: atque
abeuntem magiſtratu[56] concionis habendae po-
teſtate priuauit[57]: cuius[58] iniuria mihi tamen ho-
17 nori ſummo fuit. Nam cum ille[59] mihi nihil, niſi
vt iurarem[60], permitteret, magna voce iuraui
veriſſimum pulcerrimumque iusiurandum: quod
populus idem magna voce me vere iuraſſe, iura-
18 vit. Hac accepta tam inſigni iniuria, tamen illo
ipſo die miſi ad Metellum communes amicos, qui
agerent[61] cum eo, vt de illa mente[62] deſiſteret:
quibus ille reſpondit, ſibi non eſſe integrum[63].
etenim paullo ante in concione dixerat, ei, qui in
alios animaduertiſſet indicta cauſſa[64], dicendi[65]
19 ipſi[66] poteſtatem fieri non oportere. Homi-
nem[67] grauem, & ciuem egregium! qui, qua
poena

50. quoniam illa coniuncta eſt Cn. Pompeio. 51. vt vellent fratrem deterrere, ne me iniuria adficeret. 52. frater tuus. 53. die XXXI. Decembris. 54. quantam iniuriam nemo etiam improbiſſimus ciuis accepit, quamdiu ille magiſtratum publicum geſſit. 55. iniuria. 56. cum ego deponerem conſulatum. 57. effecit, vt ego non habere poſſem orationem ad populum. 58. fratris tui. 59. frater tuus. 60. iurabant & illi, qui magiſtratum ſuſcipiebant, & illi, qui ab eo decedebant. 61. qui eum perſuaderent. 62. iniuria contra me intentata. 63. das ſtünde nun nicht mehr bey ihm. 64. qui alios puniuiſſet, unuerantworteter Sachen. 65. ad populum. 66. huic. 67. ecce autem.

68. con-

Digitized by Google

poena ſenatus, conſenſu bonorum omnium[68], eos adfecerat, qui vrbem incendere, magiſtratus, ac ſenatum trucidare, bellum maximum conflare voluiſſent; eadem[69] dignum iudicaret eum, qui curiam caede[70], vrbem incendiis, Italiam bello liberaſſet. Itaque[71] ego Metello fratri tuo 20
praeſenti reſtiti. nam in ſenatu kalendis Ianuariis ſic cum eo de republica diſputaui, vt ſentiret, ſibi cum viro forti & conſtanti eſſe pugnandum. Ad 21
diem tertium nonas Ianuarias[72], cum agere[73] coepiſſet, tertio quoque verbo orationis ſuae me appellabat, mihi minabatur: neque illi quidquam deliberatius[74] fuit, quam me quacunque ratione poſſet, non iudicio, neque diſceptatione[75], ſed vi atque impreſſione[76] euertere. Huius ego te- 22
meritati ſi virtute atque animo non reſtitiſſem; quis eſſet, qui me in conſulatu[77] non caſu[78] potius exiſtimaret, quam conſilio[79], fortem fuiſſe?
Haec ſi tu Metellum[80] cogitare de me neſciſti, 23
debes exiſtimare, te maximis de rebus a fratre eſſe celatum[81]: ſin autem aliquid impertiuit[82] tibi ſui conſilii, lenis a te, & facilis exiſtimari debeo, qui nihil tecum de his ipſis rebus expoſtu-

lem[83],

68. conſentientibus omnibus bonis. 69. hac poena. 70. a caedibus. 71. & hanc ob cauſſam. 72. die v. Ianuarii. 73. verba facere. 74. & ille hoc vnum decreuit in animo ſuo. 75. in iudicio. 76. impetu. 77. meo. 78. nur ſo von ungefehr. 79. bono. 80. fratrem tuum. 81. quod frater tuus tibi celauerit maximas res. eſt Graeciſmus, & haec conſtructio paſſiua verbi *celare* coincidit cum graeca verbi λανθάνομαι. 82. tecum communicauit.



Digitized by Google

24 lem[83]. Et, ſi intelligis, non me DICTO[84] Me-
telli, vt ſcribis, ſed conſilio eius, animoque in me
inimiciſſimo eſſe commotum; cognoſce nunc
humanitatem meam, ſi humanitas appellanda eſt
in acerbiſſima iniuria remiſſio animi[85] ac diſſo-
25 lutio. Nulla eſt a me vnquam ſententia dicta in[86]
fratrem tuum: quotiescunque aliquid eſt actum,
ſedens[87] iis adſenſi, qui mihi leniſſime ſentire viſi
26 ſunt. Addam & illud etiam, quod iam ego cu-
rare non debui: ſed tamen fieri non moleſte tuli,
atque etiam, vt ita fieret, pro mea parte adiuui,
vt ſenatusconſulto[88] meus inimicus, quia tuus
27 frater erat, ſubleuaretur[89]. Quare ego non
OPPVGNAVI fratrem tuum, ſed fratri tuo re-
pugnaui: nec in te, vt ſcribis, ANIMO FVI
MOBILI[90], ſed ita ſtabili[91], vt in mea erga te
voluntate, etiam deſertus ab officiis[92] tuis, per-
28 manerem. Atque hoc ipſo tempore tibi paene
minitanti nobis, per litteras hoc reſcribo atque
reſpondeo: ego dolori tuo non ſolum ignoſco,
ſed ſummam etiam laudem tribuo. meus enim
me ſenſus[93], quanta vis fraterni ſit amoris, ad-
29 monet. A te peto, vt tu quoque aequum te iu-
dicem dolori meo praebeas: ſi acerbe, ſi crude-
liter,

83. quod de hac iniuria nihil ad te perſcripſi, & tuam ſimul credulitatem accuſaui. 84. ob dictum aliquod. 85. irae. 86. contra. 87. qui in ſenatu aliquam ſententiam adprobabant, vel manebant ſedentes, vel pedibus ibant in ſententiam alterius. 88. per Senatusconſultum. 89. adiuuaretur. 90. inconſtanti. 91. conſtanti. 92. etiam cum tu nulla officia mihi praeſtares. 93. Empfindlig-keit.

liter, ſi ſine cauſſa ſum a tuis[94] oppugnatus, vt ſtatuas, mihi non modo non cedendum, ſed etiam tuo atque exercitus tui auxilio in eiuſmodi cauſſa vtendum fuiſſe. Ego te mihi ſemper amicum eſſe volui: me vt tibi amiciſſimum eſſe intelligeres, laboraui: maneo in voluntate[95], & quoad[96] voles tu, permanebo: citiusque amore tui[97] fratrem tuum odiſſe deſinam, quam illius odio[98] quidquam de noſtra beneuolentia[99] detraham[100]. Vale.

94. a tuo fratre. 95. amore erga te. 96. quamdiu. 97. ob amorem erga te. 98. ob odium erga illum. 99. amore mutuo. 100. imminuam.

## III.

## Q. METELLVS NEP. S. D. M. T. CICERONI.

De contumeliis cuiusdam neceſſarii, qui P. Clodius videtur eſſe, queritur, in cuius loco Ciceronem, officiis perſpectum, ſibi optat eſſe, a quo petit, vt beneuolentiam conſeruet.

*Hominis importuniſſimi[1] contumeliae, quibus[2] crebris concionibus[3] me onerat, tuis erga me officiis leniuntur: &, vt ſunt leues ab eiuſmodi homine[4], a me deſpiciuntur: libenterque commutata perſona[5], te mihi fratris loco eſſe duco[6]. De illo ne me-* 2
*miniſſe*

III.

1. P. Clodii. 2. contumeliis. 3. in multis ſermonibus ad populum. 4. quoniam hae contumeliae ab homine leuiſſimo proficiſcuntur. 5. ita vt perſonam Clodii, conſobrini mei, cum tua perſona libenter velim commutare. 6. puto.

7. ich

*miniſſe quidem volo[7]: tametſi bis eum inuitum[8] ſeruaui. De meis rebus ne vobis multitudine[9] litterarum moleſtior eſſem, ad Lollium perſcripſi: de rationibus[10] prouinciae, quid vellem[11] fieri, vt is vos doceret[12], & commone faceret. ſi poteris, velim priſtinam tuam erga me voluntatem conſerues. Vale.*

7. ich mag an ihn nicht mehr gedenken. 8. quamuis ille hoc non vellet. 9. per prolixitatem. 10. ſtatu. 11. optarem. 12. inſtrueret, narraret.

## IV.

## M. C. Q. METELLO COS. S. D.

*Exſul opem implorat conſulis, & memoriam beneficii pollicetur.*

Litterae Q. fratris[1], & T. Pomponii, neceſſarii[2] mei, tantum ſpei dederant, vt in te[3] non minus auxilii, quam in tuo collega[4] mihi conſtitu-
2 tum fuerit. Itaque ad te litteras ſtatim miſi: per quas, vt fortuna poſtulabat[5], & gratias tibi egi,
3 & de reliquo tempore[6] auxilium petii. Poſtea mihi non tam meorum[7] litterae, quam ſermones eorum, qui hac[8] iter faciebant, animum[9] tuum immutatum[10] ſignificabant: quae res fecit, vt tibi
4 litteris obſtrepere[11] non auderem. Nunc mihi Q. frater meus mitiſſimam[12] tuam orationem, quam in ſenatu habuiſſes, perſcripſit: qua indu-
ctus[13],

IV.

1. mei. 2. amici. 3. tum Conſule. 4. Lentulo Spinthere. 5. quemadmodum fortuna & ſtatus rerum mearum id poſtulabat. 6. in futurum tempus. 7. der meinigen. 8. huc, ad hunc locum. 9. erga me. 10. eſſe. 11. moleſtiam facere. 12. benigniſſimam de me.

13. per

Digitized by Google

ctus[13], ad te ſcribere ſum conatus, & abs te, quantum tua fert voluntas[14], peto quaeſoque, vt tuos mecum[15] ſerues[16] potius, quam propter arrogantem crudelitatem tuorum[17] me oppugnes. Tu, tuas inimicitias[18] vt reipublicae donares[19], te 5
viciſti: alienas vt contra rempublicam confirmes adducêris[20]? Quod ſi mihi[21] tua[22] clementia 6
opem tuleris, omnibus in rebus me fore in tua poteſtate tibi confirmo: ſin[23] mihi neque magi- 7
ſtratum, neque ſenatum, neque populum auxiliari propter eam vim, quae me cum[24] republica vicit, licuerit; vide, ne, cum velis reuocare tempus omnium reſeruandorum, cum qui ſeruetur non erit, non poſſis[25]. Vale.

13. per quam orationem tuam ego commotus. 14. quantum tuus amor erga me permittit. 15. ſimul mecum. 16. conſeruare velis. 17. agnatorum, P. Clodii & aliorum. 18. erga me. 19. vt obliuioni traderes ad vtilitatem reip. 20. an tu vero patiaris te adduci, vt alienas, nempe Clodii, inimicitias confirmes? 21. qui iam ſum in exilio. 22. per tuam. 23. quod ſi vero. 24. ſimul cum rep. 25. vide & cogita, ne non poſſis, cum velis reuocare tempus ad omnes ſeruandos, qui nunc eiecti ſunt, vel in vrbe viuunt, quando nullus amplius erit, qui ſeruari poſſit, propter furorem Clodii.

## V.

## M. CICERO C. ANTONIO M. F. IMPERATORI S. D.

*Deſiderat C. Antonii, ſui nuper in conſulatu collegae, tum proconſulis Macedoniae, officia mutua; deinde Pomponii Attici, qui has adferebat, in prouincia negotium commendat.*

Etſi

ETſi ſtatueram nullas ad te litteras mittere, niſi
commendaticias[1] non quo[2] eas intelligerem
ſatis apud te valere, ſed ne iis, qui me rogarent,
aliquid de noſtra coniunctione[3] imminutum eſſe
oſtenderem: tamen cum T. Pomponius, homo
omnium meorum in te ſtudiorum & officiorum
maxime conſcius[4], tui cupidus[5], noſtri amantiſ-
ſimus, ad te proficiſceretur, aliquid mihi ſcriben-
dum putaui, praeſertim cum aliter ipſi Pomponio
2 ſatisfacere non poſſem. Ego ſi abs te ſumma
officia deſiderem, mirum nemini videri debet:
omnia enim a me in te profecta[6] ſunt, quae ad
tuum commodum, quae ad honorem, quae ad
3 dignitatem pertinerent. Pro iis rebus nullam
mihi abs te relatam eſſe gratiam[7], tu es optimus
teſtis: contra etiam eſſe aliquid abs te profectum[8]
ex multis audiui. nam comperiſſe[9] me, non au-
deo dicere, ne forte id ipſum verbum ponam,
4 quod abs te aiunt falſo in me ſolere conferri. Sed
ea, quae ad me delata ſunt[10], malo[11] te ex Pom-
ponio, cui non minus moleſta fuerunt[12], quam
5 ex meis litteris, cognoſcere. Meus in te animus
quam ſingulari officio fuerit[13], & ſenatus & po-
6 pulus Romanus teſtis eſt. Tu quam gratus erga me
fueris,

V.

1. tales, in quibus commendarem tibi amicos. 2. quod, ac ſi. 3. amicitia. 4. qui optime omnium ſcit, quanta ſint mea ſtudia & officia erga te. 5. amans. 6. ego omnia pro te feci. 7. gratum animum abs te non eſſe declaratum. 8. factum contra me. 9. quod ego id certo comperiſſem. 10. mihi narrata. 11. magis volo. 12. qui haec non libenter audiit. 13. quam ſingulariter officioſus meus erga te animus fuerit.

14. ex

Digitized by Google

ſueris, ipſe exiſtimare potes: quantum mihi debeas, ceteri exiſtiment. ego quae tua cauſſa antea feci, voluntate[14] ſum adductus, poſteaque conſtantia[15]. Sed reliqua, mihi crede, multo maius meum ſtudium, maioremque grauitatem, & laborem deſiderant: quae ego ſi non profundere[16] ac perdere videbor, omnibus meis viribus ſuſtinebo: ſin autem ingrata[17] eſſe ſentiam, non committam, vt tibi ipſe inſanire videar. Ea quae ſint, & cuiusmodi[18], poteris ex Pomponio cognoſcere. atque ipſum tibi Pomponium ita commendo, vt quamquam ipſius cauſſa confido te facturum eſſe omnia, tamen abs te hoc petam, vt ſi quid reſidet[19] in te amoris erga me, id omne in Pomponii negotio oſtendas. Hoc mihi gratius facere nihil potes[20]. Vale. 7 8

14. ex bona mea voluntate. 15. per conſtantiam meam. 16. gar verſchwenden. 17. tibi. 18. quaenam vero & qualia haec ſint. 19. adhuc reliquum eſt. 20. nihil potes facere, quod mihi magis gratum eſſet, quam hoc.

## VI.

## M. C. P. SEXTIO L. F. PROQVAESTORI. S. D.

*Narrat, quam adhibuerat diligentiam, ne P. Sextio, pro Quaeſtore C. Antonii in Macedonia ſuccederetur. Addit de ſua emtione, non ſine ioco; & de Sextii aedificatione.*

CVm ad me Decius, librarius[1], veniſſet, egiſſetque mecum, vt operam darem, ne tibi hoc tempo-

VI.

1. Qui libros transſcribit.



Digitized by Google

tempore ſuccederetur[2], quanquam illum hominem frugi[3], & tibi amicum exiſtimabam: tamen quod[4] memoria tenebam[5], cuiusmodi[6] ad me litteras antea miſiſſes, non ſatis credidi homini prudenti, tam valde eſſe mutatam voluntatem
2 tuam. Sed poſteaquam & Cornelia tua[7] Terentiam[8] conuenit[9], & ego cum Q. Cornelio locutus ſum; adhibui diligentiam, quotiescunque ſenatus fuit, vt adeſſem; plurimumque in eo negotio habui[10], vt Q. Fuſium tribunum plebis & ceteros, ad quos tu ſcripſeras, cogerem mihi po-
3 tius credere, quam tuis litteris. Omnino res tota in menſem Ianuarium reiecta erat, ſed facile ob-
4 tinebatur. Ego tua[11] gratulatione commotus, quod[12] ad me pridem ſcripſeras, velle te bene euenire, quod de Craſſo domum emiſſem: emi eam ipſam domum Hs. XXXV[13] aliquanto poſt
5 tuam gratulationem. Itaque nunc me ſcito tantum habere aeris alieni[14], vt cupiam coniurare[15], ſi quis me recipiat[16]: ſed partim odio inducti me excludunt[17], & aperte vindicem coniurationis oderunt: partim non credunt[18], & a me inſidias metuunt: nec putant ei nummos[19] deeſſe poſſe,
qui

2. ne quis ſucceſſor tibi veniret. 3. bonum. 4. quia. 5. recordabar. 6. quales. 7. vxor. 8. meam vxorem. 9. adiit. 10. & omnem operam in eo negotio adhibui. 11. per tuam. 12. ideo quod. 13. id eſt, tricies quinquies ſeſtertium, quae ſumma, ex ſupputatione vulgari fere 80000. thaleros conficit. 14. Capitalis, Schulden. 15. coniurationem aliquam facere, vt me poſſim liberare ab hoc aere alieno. 16. recipere velit in coniurationem iocatur Cicero. 17. ſed coniuratores partim me excludunt ex ſua ſocietate, ob odium erga me. 18. mihi. 19. pecuniam.
20. qui

Digitized by Google

qui ex obſidione foeneratores exemerit[20].
Omnino ſemiſſibus[21] magna copia eſt. ego au- 6
tem meis rebus geſtis hoc ſum adſecutus, vt bo-
nvm nomen[22] exiſtimer. Domum tuam atque 7
aedificationem omnem perſpexi, & vehementer
probaui[23]. Antonium, etſi eius in me officia 8
omnes deſiderant[24]; tamen in ſenatu grauiſſime
ac diligentiſſime defendi: ſenatumque vehementer oratione mea atque auctoritate commoui. Tu ad me velim litteras crebrius[25] mittas. Vale.

20. qui liberauerit diuites foeneratores ab obſidione & inſidiis Catilinae. 21. omnino vſurae magnae ſunt. Semiſſes vſurae, quando in centum denarios ſingulis menſibus vſurae nomine penditur ſemis denarius, quod in vno anno facit ſex denarios. 22. ein guter und ſicherer Schuldmann. 23. laudaui. 24. etſi omnes putant, illum non eſſe officioſum erga me. 25. frequentius.

## VII.

# M. T. M. F. CICERO CN. POMPEIO CN. F. MAGNO, IMPERATORI S. D.

*Pompeio de victoria Mithridatica gratulatur: contra ſibi illum de coniuratione disiecta nihil gratulari, exprobrat: amicum tamen ei fore pollicetur.*

S. T. E. Q. V. B. E. E. V[1]. Ex litteris tuis, quas publice[2] miſiſti, cepi vna[3] cum omnibus incredibilem voluptatem[4]: tantam enim ſpem otii[5] oſten-

VII.

1. id eſt: Si tu exercitusque valetis, bene eſt, ego valeo. 2. ad Senatum & Populum. 3. ſimul. 4. gaudium. 5. tranquillitatis ab hoſtibus,



Digitized by Google

oſtendiſti[6], quantam ego ſemper omnibus, te
2 vno fretus[7], pollicebar. Sed hoc ſcito tuos veteres
hoſtes, nouos amicos, vehementer litteris[8]
perculſos[9], atque ex magna ſpe deturbatos ia-
3 cere. Ad me autem litteras quas miſiſti, quam-
quam exiguam ſignificationem tuae erga me vo-
luntatis[10] habebant; tamen mihi ſcito iucundas
fuiſſe. nulla enim re tam[11] laetari ſoleo, quam
meorum officiorum conſcientia[12], quibus ſi
quando non mutuo[13] reſpondetur, apud me plus
4 officii reſidere[14] facillime patior. Illud non du-
bito, quin, ſi te mea ſumma erga te ſtudia parum
mihi adiunxerint[15], respublica nos inter nos con-
5 ciliatura coniunctura que ſit. Ac ne ignores, quid
ego in tuis litteris deſiderarim[16], ſcribam aperte,
ſicut & mea natura, & noſtra amicitia poſtulat,
6 Res eas geſſi[17], quarum aliquam in tuis litteris,
& noſtrae neceſſitudinis & reipublicae cauſſa,
gratulationem exſpectaui: quam ego abs te prae-
termiſſam eſſe arbitror, quod[18] verebare, ne cu-
7 ius animum offenderes. Sed ſcito ea, quae nos
pro ſalute patriae geſſimus, orbis terrae iudicio
8 ac teſtimonio comprobari[19]. Quae, cum ve-
neris[20], tanto conſilio, tantaque animi magnitu-
dine

6. feciſti. 7. quoniam ſpem & fiduciam in te uno habebam. 8. per litteras tuas. 9. perterritos 10. amoris. 11. tam valde. 12. quam quod ſcio, quanta officia tibi praeſtem. 13. hinwiederumb, ſi vero tua officia paria non ſunt meis officiis. 14. vt ego plura tibi officia videar praeſtitiſſe. 15. amicum fecerint. 16. vermiſſet habe. 17. in diſſipanda coniuratione Catilinae. 18. ideo fortaſſis, quia. 19. laudari, approbari. 20. Romam.



Digitized by Google

dine a me geſta eſſe cognoſces, vt tibi multo maiori, quam Africanus fuit, me non multo minorem, quam Laelium, facile & in republica & in amicitia adiunctum eſſe patiare[21]. Vale.

21. vt facile patiare, me, qui non multo minor ſum quam Laelius fuit, tibi adiunctum eſſe in rep. & amicitia, qui multo maior es quam Scipio Africanus fuit.

## VIII.

## M. T. C. M. LICINIO P. F. CRASSO S. D.

*Craſſo, in Syriam profecto, ſcribit, quanta cum contentione defenderit, & excuſata, quae interceſſerat, ſimultate, amicitiam a primo in forum ingreſſu repetit, cuius conſtantiam pollicetur adeo, vt, interiectis nonnullis de filiis Craſſis, has litteras foederis vim habituras eſſe ſanciat.*

QVantum meum ſtudium exſtiterit[1] dignitatis tuae vel tuendae[2], vel etiam augendae, non dubito, quin ad te omnes tui ſcripſerint. non enim fuit aut mediocre, aut obſcurum, aut eiusmodi, quod ſilentio poſſet praeteriri. Nam & cum 2
conſulibus, & cum multis conſularibus tanta contentione[3] decertaui[4], quanta[5] nunquam antea vlla in cauſſa[6]: ſuſcepique mihi perpetuam propugnationem[7] pro omnibus ornamentis[8] tuis: veterique noſtrae neceſſitudini[9] jamdiu debitum, ſed

VIII.

1. fuerit. 2. in tuenda dignitate tua. 3 tanto ſtudio, Bemühung. 4. pugnaui. 5. contentione. 6. decertaui. 7. & propoſui mihi defenſionem 8. honoribus. 9. amicitiae.

 10. pro-

Digitized by Google

ſed multa varietate[10] temporum interruptum of-
3 ficium cumulate[11] reddidi. Neque me hercule
vnquam mihi tui aut colendi[12], aut ornandi[13] vo-
luntas defuit : ſed quaedam peſtes[14] hominum
laude aliena dolentium[15], & te nonnunquam a
me alienarunt, & me aliquando immutarunt tibi[16].
Sed exſtitit[17] tempus optatum mihi magis, quam
ſperatum, vt, florentiſſimis tuis rebus[18], mea per-
ſpici poſſet & memoria[19] noſtrae voluntatis &
4 amicitiae fides. Sum enim conſecutus non mo-
do, vt domus tua tota, ſed vt cuncta ciuitas me
5 tibi amiciſſimum eſſe cognoſceret. Itaque &
praeſtantiſſima omnium feminarum vxor tua[20],
& eximia pietate, virtute, gratia tui Craſſi[21], meis
conſiliis, monitis, ſtudiis, actionibusque nitun-
tur : & ſenatus populusque Rom. intelligit, tibi
abſenti nihil eſſe tam promtum, aut tam paratum,
quam in omnibus rebus, quae ad te pertineant,
operam, curam, diligentiam, auctoritatem meam.
6 Quae ſint acta, quaeque agantur[22], domeſtico-
rum[23] tibi litteris declarari puto. De me ſic exiſti-
mes, ac tibi perſuadeas vehementer velim, non
me repentina[24] aliqua voluntate, aut fortuito[25]
ad tuam amplitudinem meis officiis amplecten-
dam[26] incidiſſe[27]; ſed vt primum forum atti-
gerim[28],

10. propter multam. 11. abunde. 12. honorandi. 13. beneficiis. 14. quidam mali ac peſtiferi homines. 15. qui dolent ob laudem aliorum. 16. erga te. 17. fuit, accidit. 18. in florente ſtatu rerum tuarum. 19. recordatio. 20. Tertulla. 21. & tui Craſſi, quorum pietas, virtus & fauor eximius eſt. 22. Romae. 23. tuorum. 24. ex. 25. caſu. 26. ornandam, defendendam, augendam. 27. acceſſiſſe, veniſſe.

28. ſed,

Digitized by Google

gerim[28], ſpectaſſe ſemper, vt tibi poſſem, quam
maxime eſſe coniunctus. Quo quidem ex tem- 7
pore[29], memoria teneo, neque meam tibi obſer-
vantiam, neque mihi tuam ſummam beneuolen-
tiam ac liberalitatem defuiſſe. Si quae interci- 8
derunt[30], non tam re quam ſuſpicione, violenta[31],
ea cum fuerint & falſa, & inania, ſint euulſa[32] ex
omni memoria vitaque noſtra. Is enim tu vir 9
es, & eum me eſſe cupio, vt, quoniam in eadem
reipub. tempora incidimus, coniunctionem ami-
citiamque noſtram vtrique noſtrum[33] laudi ſpe-
rem fore. Quamobrem tu quantum tuo iudi- 10
cio tribuendum nobis eſſe putes[34], ſtatues ipſe,
& vt ſpero, ſtatues ex noſtra dignitate. Ego ve- 11
ro tibi profiteor[35] atque polliceor eximium &
ſingulare meum ſtudium in omni genere officii,
quod ad honeſtatem[36] & gloriam tuam ſpectet:
in quo etiamſi multi mecum contendent[37], tamen
cum reliquis omnibus, tum Craſſis tuis iudici-
bus[38], omnes facile ſuperabo; quos quidem ego
ambo[39] vnice[40], diligo, ſed in Marco beneuo-
lentia impari[41]: hoc magis[42] ſum Publio deditus
quod,

28. ſed, quamprimum inceperim cauſſas agere in foro. 29. von welcher Zeit an. 30. facta ſunt inter nos. 31. quae tamen non tam violenta fuerunt in re ipſa, quam potius in ſuſpicione. 32. volumus nunc euellere. 33. nobis ambobus. 34. quantum tu putes, vt nos debeamus tribuere tuo iudicio de nobis. 35. aperte dico. 36. honorem. 37. laborabunt. 38. cum omnes iudicabunt de hoc, tum praeſertim tui Craſſi. 39. ambos. ita & Virgilius dixit, Georg. IV. 88. *vbi ductores acie reuocauerit ambo.* 40. vehementer. 41. ſed Marcum Craſſum non ita vehementer diligo. 42. deſto mehr.

 43. hone-

Digitized by Google

quod me, quanquam a pueritia ſua ſemper, tamen hoc tempore maxime, ſicut alterum parentem
12 & obſeruat [43], & diligit. Has litteras velim exiſtimes foederis habituras eſſe vim, non epiſtolae: meque ea, quae tibi promitto, ac recipio [44], ſanctiſſime obſeruaturum, diligentiſſimeque eſſe fa-
13 cturum. Quae a me ſuſcepta defenſio eſt, te abſente, dignitatis tuae, in ea [45] iam ego, non ſolum amicitiae noſtrae, ſed etiam conſtantiae meae
14 cauſſa, permanebo. Quamobrem ſatis eſſe hoc tempore arbitratus ſum, hoc ad te ſcribere: me, ſi quid ipſe intelligerem aut ad voluntatem, aut ad commodum, aut ad amplitudinem [46] tuam pertinere, mea ſponte id eſſe facturum: ſin autem quidpiam aut a te eſſem admonitus, aut a tuis; effecturum [47], vt intelligeres, nihil neque te ſcripſiſſe [48], neque quemquam tuorum fruſtra ad me
15 detuliſſe [49]. Quamobrem velim ita & ipſe ad me ſcribas de omnibus minimis, maximis, mediocribusque rebus, vt [50] ad hominem amiciſſimum: & tuis [51] praecipias, vt opera, conſilio, auctoritate, gratia mea ſic vtantur in omnibus publicis, priuatis, forenſibus [52], domeſticis, tuis, amicorum, hoſpitum, clientium tuorum negotiis, vt quoad [53] eius fieri poſſit, praeſentiae tuae deſiderium meo labore minuatur. Vale.

IX. VA-

43. honorat. 44. polliceor. 45. defenſione. 46. honoris tui augmentum. 47. me eſſe. 48. fruſtra. 49. me rogaſſe. 50. tanquam. 51. den denigen. 52. quae in foro aut curia erunt agenda. 53. quantum in ea re.

IX. Si

Digitized by Google

# IX.

## VATINIVS IMP. CICERONI SVO S. D.

P. Vatinius, ex conſulatu Illyrici rector a Caeſare dictatore conſtitutus Ciceroni dignitatem ſuam contra maleuolos defendendam commendat. Scripta Caeſare IV conſule ſine collega.

S. V. B. E. E. Q. V[1]. *Si tuam conſuetudinem in*
*patrociniis tuendis[2] ſeruas[3], P. Vatinius cliens*
*aduenit, qui pro ſe cauſſam[4] dicier[5] vult[6]. Non*
*puto repudiabis[7] in honore[8], quem in periculo[9] re-*
*cepiſti. Ego autem quem potius adoptem[10], aut in-* 2
*vocem, quam illum, quo defendente[11] vincere[12] di-*
*dici? an verear, ne[13] qui potentiſſimorum hominum*
*conſpirationem neglexerit pro mea ſalute, is pro bo-*
*nore meo puſillorum[14] ac maleuolorum obtrectatio-*
*nes, & inuidias non proſternat[15], atque obterat?*
*Quare ſi me, ſicut ſoles, amas, ſuſcipe[16] me totum:* 3
*atque hoc, quidquid eſt oneris, ac muneris[17] pro mea*
*dignitate, tibi tuendum ac ſuſtinendum puta. Scis* 4
*meam fortunam neſcio quo modo facile obtrectato-*
*res[18] inuenire, non meo quidem, mehercules me-*
*rito[19].*

IX.

1. Si vales bene eſt, ego quidem valeo. 2. in defendendis clientibus, quorum tu es patronus. 3. obſeruas adhuc. 4. ſe defendi. 5. dici. 6. cupit, petit. 7. reiicies clientem. 8. qui in honore eſt conſtitutus & magiſtratum gerit. 9. cum is olim accuſaretur. 10. in patronum ac defenſorem mei. 11. per cuius defenſionem. 12. cauſſas. 13. ne is. 14. vitium hominum. 15. proſternere poſſit. 16. defende me, ſuſcipe me in tuum patrocinium. 17. officii. 18. maleuolos.



Digitized by Google

*rito*[19] *ſed quanti id refert*[20], *ſi tamen fato neſcio quo accidit? Si quis forte fuerit, qui noſtrae dignitati obeſſe*[21] *velit, peto a te vt tuam conſuetudinem & liberalitatem in me abſente defendendo mihi praeſtes.*
5 *Litteras ad ſenatum de rebus noſtris geſtis, quo*
6 *exemplo*[22] *miſeram, infra tibi perſcripſi. Dicitur*
*mihi, tuus ſeruus anagnoſtes*[23] *fugitiuus cum Vardaeis*[24] *eſſe: de quo tu mihi nihil mandaſti: ego tamen terra marique vt conquireretur, praemandavi*[25]: *& profecto tibi illum reperiam, niſi in Dalmatiam aufugerit: & inde*[26] *tamen aliquando eruam. Tu nos fac ames. Vale. ad d. V. Idus Quintiles*[27] *ex caſtris, Narona*[28].

19. etſi ego non mereor inuidiam. 20. doch iſt gar viel daran gelegen. 21. nocere, obtrectare. 22. in was vor Copia oder Abſchrifft. 23. lector, qui ſolebat praelegere aliquid domino ſuo inter epulas. 24. apud Vardaeos Dalmatiae populos. 25. auf alle Vorſorge befohlen, mandaui, antequam tu aliquid de eo ſcriberes. 26. ex Dalmatia illum. 27. d. XI. Iulii. 28. oppidum Dalmatiae.

## X.

## P. VATINIVS CICERONI SVO S. D.

Agit de ſeruo fugitiuo Dionyſio: de Catilio pirata captiuo: de rebus a ſe geſtis, & decernendis ſupplicationibus.

S. V. B. E. E. Q. V. *De Dionyſio tuo*[1] *adhuc nihil extrico*[2]: *& eo minus*[3], *quod*[4] *me frigus Dalmati-*

X.

1. fugitiuo ſeruo anagnoſte. 2. nihil reſciui poſt ſeriam & ſedulam inquiſitionem. 3. umb ſo viel weniger. 4. quoniam.

5. me

Digitized by Google

*maticum, quod illinc eiecit* [5]*, etiam heic refrigerauit. Sed tamen non deſiſtam, quin illum* [6] *aliquando eruam. Sed tamen omnia mihi dura imperas. de* 2
*Catilio neſcio quid ad me ſcripſiſti deprecationis diligentiſſimae* [7]*. Apage te cum noſtro Sexto Seruilio. Nam mehercule ego illum quoque amo. Sed* 3
*huiuscemodi vos clientes, huiusmodi cauſſas recipitis? hominem vnum omnium crudeliſſimum, qui tot ingenuos* [8]*, matreſfamilias, tot ciues Rom. occidit, abripuit, diſperdidit, regiones vaſtauit? Simius non ſemiſſis* [9] *homo contra me arma tulit, & eum bello cepi. Sed tamen, mi Cicero, quid facere poſ-* 4
*ſum? omnia mehercule cupio, quae tu mihi imperas. Meam animaduerſionem* [10]*, & ſupplicium, quo vſurus eram in eum, quem cepiſſem, remitto tibi & condono. Quid illis reſpondere poſſum, qui ſua bona* 5
*direpta, naues expugnatas, fratres, liberos, parentes occiſos, actiones expoſtulant* [11]*? ſi mehercules Appii* [12] *os haberem, in cuius locum ſuffectus ſum* [13]*; tamen hoc ſuſtinere* [14] *non poſſem. Quid ergo eſt? fa-* 6
*ciam omnia ſedulo, quae te ſciam velle. defendatur a Quinto Voluſio tuo diſcipulo: ſi forte ea res poterit aduerſarios fugare, in eo maxime ſpes eſt. Nos, ſi* 7
*quid erit illic opus* [15]*, defendes. Caeſar adhuc mihi iniuriam facit: de meis ſupplicationibus, & re-*

*bus*

5. me. 6. Dionyſium. 7. neſcio quam deprecationem diligentiſſimam. 8. honeſtos homines. 9. qui nec ſemiſſe dignus eſt, der auch nicht eines Hellers wehrt iſt. 10. poenam. 11. qui poſcunt, vt ſibi liceat inſtituere actiones forenſes contra hunc piratam, ob ſua bona direpta &c. 12. impudentiſſimi hominis. 13. ego ſucceſſi. 14. facere, pati. 15. ſi opus erit vt nos Romae defendas.



Digitized by Google

*bus geſtis Dalmaticis adhuc non refert*[16]*: quaſi vero*
*non iuſtiſſimi triumphi in Dalmatia res*[17] *geſſerim.*
8 *Nam ſi hoc exſpectandum eſt, dum*[18] *totum bellum*
*conficiam*[19]*, viginti oppida ſunt Dalmatiae anti-*
*qua: quae ipſis ſibi adſciuerunt amplius ſexaginta.*
*haec niſi omnia expugno, ſi mihi ſupplicationes non*
*decernuntur, longe alia conditione ego ſum*[20]*, ac*[21]
9 *ceteri imperatores. Ego poſt ſupplicationes mihi*
*decretas in Dalmatiam profectus ſum, ſex oppida*
*vi oppugnando cepi. vnum hoc, quod erat maxi-*
*mum, quater a me iam captum: quatuor enim tur-*
*res, & quatuor muros cepi, & arcem eorum totam:*
*ex qua me niues, frigora, imbres detruſerunt: indi-*
*gneque*[22]*, mi Cicero, oppidum captum, & iam bel-*
10 *lum confectum relinquere ſum coactus. Quare te*
*rogo, ſi opus erit, ad*[23] *Caeſarem meam cauſſam agas,*
*meque tibi in omnes partes defendendum putes: hoc*
*exiſtimans, neminem te tui amantiorem habere.*
*Vale. Nonis Decembribus*[24]*, Narona.*

16. ad Senatum. 17. res quae triumpho dignae ſunt. 18. vsque dum, donec. 19. ad finem perducam. 20. longe alia erit mea conditio. 21. quam. 22. propter iniuriam aëris. 23. apud. 24. die VII. Decembris.

## XI.

## M. T. CICERO P. VATINIO IMPE-RATORI S. D.

*Reſpondet epiſtolae, quae non exſtat, laudando gratum animum, & ſtudium ſuum vxori, quam commendauerat, non defuturum pollicetur. Addit de Dionyſio fugitiuo: & ſpe triumphi Dalmatici.*

Grata

GRata tibi eſſe officia mea non miror: cognovi enim te gratiſſimum omnium [1]: idque nunquam deſtiti praedicare [2]. nec enim tu mihi habuiſti modo gratiam [3], verum etiam cumulatiſſime retuliſti. quamobrem reliquis [4] tuis rebus omnibus pari me ſtudio erga te, & eadem voluntate cognoſces. Quod mihi feminam primariam Pom- 2
peiam, vxorem tuam, commendas, cum Sura noſtro ſtatim, tuis litteris lectis [5], locutus ſum, vt ei [6] meis verbis diceret, vt quidquid opus eſſet, mihi denunciaret: me omnia quae ea vellet, ſummo ſtudio, curaque facturum: itaque faciam, eamque, ſi opus eſſe videbitur, ipſe conueniam. Tu 3
tamen ei velim ſcribas, vt nullam rem, neque tam magnam neque tam paruam putet, quae mihi aut difficilis, aut parum me digna [7] videatur. Omnia quae in tuis rebus agam, & non laborioſa mihi, & honeſta videbuntur. De Dionyſio, ſi me amas, 4
confice [8]. quamcunque ei fidem dederis [9], praeſtabo [10]. Si vero improbus fuerit [11], vt eſt [12], duces eum captivum in triumpho. Dalmatis dii male 5
faciant, qui tibi moleſti ſunt. ſed, vt ſcribis, breui capientur, & illuſtrabunt res tuas geſtas. ſemper enim habiti ſunt bellicoſi [13]. Vale.

XII.

XI.

1. eſſe omnium hominum. 2. laudare. 3. Danck. 4. in. 5. poſtquam legi tuas litteras. 6. vxori tuae. 7. aut parum digna, quae a me fiat. 8. negotium. 9. quamcunque fidem veniae a me impetrandae dabis huic ſeruo meo. 10. hanc fidem ſeruabo. 11. ſi vero iſte manebit in ſua pertinacia. 12. quemadmodum ille eſſe ſolet improbus. 13. illi populi Dalmatae.



Digitized by Google

## XII.

## M. C. L. LVCCEIO Q. F. S. D.

*Lucceium, hiſtoriarum ſcriptorem, rogat, vt de rebus ſuis, in conſulatu geſtis, & de exſilio redituque, ſingularem ſeparatumque librum conficiat. Ipſe ad Attic.* IV. 6. *hanc* valde bellam *epiſtolam dixit, quia omni arte vſus eſt vt Lucceio perſuadeat.*

COram me tecum eadem haec agere ſaepe co-
nantem deterruit pudor quidam paene ſubru-
ſticus[1]: quae nunc expromam[2] abſens auda-
2 cius[3]: epiſtola enim non erubeſcit[4]. Ardeo cu-
piditate incredibili, neque, vt[5] ego arbitror, re-
prehendenda[6], nomen vt noſtrum ſcriptis illu-
ſtretur[7] & celebretur tuis: quod, etſi mihi ſaepe
oſtendis[8] te eſſe facturum[9], tamen ignoſcas ve-
3 lim huic feſtinationi meae[10]. Genus[11] enim ſcri-
ptorum tuorum etſi erat ſemper a me vehementer
exſpectatum[12], tamen vicit opinionem meam[13]:
meque ita vel cepit[14], vel incendit[15], vt cuperem
quam

XII.

1. Pudor quidam fere ſubruſticus deterruit me conantem, (qui volebam conari) ſaepius agere haec coram te, in deiner Gegenwart, mündlich. 2. exponam, ſcribam. 3. maiori cum audacia. 4. non ſolet habere pudorem, dum plerumque audacius ſolemus ſcribere de rebus noſtris, quam loqui. 5. quemadmodum. 6. cupiditas haec mea reprehendenda ſiue culpanda non eſt. 7. clarum fiat, nobilitetur. 8. dicis. 9. te velle id facere. 10. quoniam peto, vt hoc ſtatim facias & ſine mora. 11. die Manier, ſtylus, oratio. 12. deſideratum. 13. longe melius eſt, quam ego putaueram. 14. delectauit. 15. cupidum fecit.



Digitized by Google

quam celerrime res noſtras[16] monimentis[17] commendari[18] tuis. Neque enim me ſolum comme- 4
moratio[19] poſteritatis ad ſpem quandam immortalitatis rapit[20], ſed etiam illa cupiditas[21], vel vt auctoritate[22] teſtimonii tui, vel indicio beneuolentiae[23], vel ſuauitate ingenii[24], viui[25] perfruamur. Neque tamen haec cum[26] ſcribebam, eram 5
neſcius[27], quantis oneribus premerere ſuſceptarum rerum[28], & iam inſtitutarum[29]: ſed quia videbam Italici belli[30] & Ciuilis[31] hiſtoriam iam a te paene[32] eſſe perfectam[33], dixeras autem mihi, te reliquas res ordiri[34]; deeſſe mihi nolui[35], quin[36] te admonerem, vt cogitares, coniunctene[37] malles cum reliquis rebus noſtra contexere[38], an, vt[39] multi Graeci[40] fecerunt, Calliſthenes Troicum bellum, Timaeus Pyrrhi[41], Polybius Numantinum[42]: qui omnes a perpetuis[43] ſuis hiſtoriis ea, quae dixi bella, ſeparauerunt[44]: tu quoque

16. res a me geſtas. 17. in tuis ſcriptis ac libris. 18. tradi, laudari, deſcribi. 19. memoria apud poſteros. 20. trahit. 21. me rapit. 22. perfruamur auctoritate, gloria. 23. tuae erga me. 24. eruditione tua ſuauiſſima. 25. dum adhuc viuo. 26. dum. 27. tamen hoc probe ſciebam. 28. quam grauia negotia iam ſuſcepiſſes. 29. & quam graues res iam incepiſſes deſcribere. 30. quod geſtum cum ſociis Italicis. 31. belli, inter Marium & Sullam. 32. propemodum, fere. 33. perductum ad finem. 34. incipere velle pari ſtylo deſcribere. 35. ich habe mir ſelbſt nicht ermangeln oder im Lichte ſtehen wollen. 36. quo minus. 37. an malles noſtras res contexere cum ceteris rebus coniunctim. 38. coniungere, coniunctim tractare, deſcribere. 39. quemadmodum. 40. ſcriptores. 41. bellum. 42. bellum. 43. continuis, die nach einander fortgehen. 44. ſeparatim deſcripſerunt.



Digitized by Google

quoque ita[45] ciuilem[46] coniurationem ab hoſti-
6 libus externisque[47] bellis ſeiungeres[48]. Equi-
dem ad noſtram[49] laudem non multum video in-
tereſſe[50]; ſed ad properationem meam quiddam
intereſt[51], non te exſpectare[52], dum ad locum[53]
venias, ac ſtatim cauſſam illam totam[54], & tem-
7 pus[55] arripere[56]. Et ſimul[57] ſi vno in argumen-
to[58], vnaque[59] in perſona mens tua tota verſabi-
tur[60], cerno iam animo, quanto omnia vberiora[61]
8 atque ornatiora[62] futura ſint. Neque tamen igno-
ro[63], quam impudenter faciam, qui primum tibi
tantum oneris imponam[64]; (poteſt enim mihi
denegare occupatio tua[65]) deinde etiam, vt ornes
me[66], poſtulem. Quid[67] ſi illa tibi non tanto-
9 pere videntur ornanda[68]? Sed tamen[69], qui ſe-
mel verecundiae fines tranſierit[70], eum bene[71]
10 & nauiter[72] oportet eſſe impudentem. Itaque
te plane etiam atque etiam[73] rogo, vt ornes[74]
ea[75]

45. an etiam tu pariter malles ſeiungere. 46. Catilinae & Lentuli. 47. quae geſta ſunt a Romanis contra hoſtes externos. 48. nouo & peculiari libro deſcriberes. 49. meam. 50. pertinere. 51. ſed hoc cupio, vt liber tuus de rebus a me geſtis mox prodeat. 52. vt non exſpectes. 53. illum, in quo agendum eſſet de rebus a me geſtis. 54. quidquid pertinet ad coniurationem Catilinariam. 55. quo ego Conſul fui. 56. pertractare, vor die Hand nehmen. 57. nebſt dem. 58. hiſtoria deſcribenda. 59. & in hiſtoria vnius perſonae. 60. occupabitur. 61. quoad rerum copiam. 62. quoad ſtyli elegantiam. 63. bene ſcio. 64. qui petam a te tam difficilem rem & laborioſam. 65. quoniam iam in aliis libris plurimum es occupatus. 66. laudare velis me. 67. quid fiet. 68. wiewohl. 69. ſed tamen illum. 70. qui ſemel impudens factus eſt. 71. valde. 72. ſtrenue. 73. vehementer, plurimum. 74. laudes.

75. quae

Digitized by Google

ea[75] vehementius[76], quam fortaſſe ſentis[77]: & in eo leges hiſtoriae negligas[78], gratiamque illam[79], de qua ſuauiſſime quodam in prooemio[80] ſcripſiſti, a qua[81] te adfici non magis[82] potuiſſe demonſtras, quam Herculem Xenophontinum[83] illum a voluptate; ea[84] ſi me tibi vehementius[85] commendabit[86], ne aſpernere, amorique noſtro pluſculum etiam, quam concedit veritas, largiare[87].
Quod ſi te adducemus[88], vt hoc[89] ſuſcipias, erit[90] 11
(vt mihi perſuadeo) materies digna[91] facultate,
& copia tua. A principio enim coniurationis 12
vsque ad reditum noſtrum[92], videtur mihi modicum quoddam corpus[93] confici poſſe: in quo & illa[94] poteris vti ciuilium commutationum ſcientia[95], vel[96] in explicandis cauſſis rerum no-
varum[97], vel in remediis[98] incommodorum[99]: 1
cum[100] &[1] reprehendes[2] ea, quae vituperanda duces[3]: &[4] quae placebunt exponendis rationibus

75. quae ego geſſi. 76. longe magis. 77. putes ea laudanda eſſe. 78. & negligas in hoc leges illas, quae perſcriptae ſunt bono hiſtorico. 79. & ne adſperneris ſeu contemnas gratiam illam ſeu fauorem. 80. in praefatione alicuius libri. 81. gratia. 82. eben ſo wenig. 83. de quo ſcribit Xenophon. 84. gratia. 85. magis. 86. laude digna faciet, repraeſentabit. 87. tribuas. 88. poterimus perſuadere. 89. opus de rebus a me geſtis. 90. tunc habebis materiam. 91. quae digna eſt, vt exerceas & oſtendas facultatem, eruditionem & eloquentiam tuam. 92. meum ex exilio. 93. liber. 94. etiam. 95. quam tu habes. 96 partim. 97. mutationum, coniurationis. 98. partim in remediis. 99. damnorum, quae orta erant ex rebus nouis. 100. quando. 1. non ſolum. 2. taxabis. 3. putabis. 4. ſed comprobabis etiam ea, quae placebunt, ita vt exponas rationes, cur ea tibi placeant. 5. gut-

Digitized by Google

bus comprobabis[5]: & ſi liberius[6], vt[7] conſueſti,
agendum[8] putabis, multorum in nos[9] perfidiam,
13 inſidias, proditionem notabis[10]. Multam etiam
caſus[11] noſtri tibi varietatem[12] in ſcribendo ſup-
peditabunt[13], plenam[14] cuiusdam voluptatis[15]:
quae vehementer animos hominum in legendo
14 ſcripto[16] retinere[17] poſſit. Nihil eſt enim aptius
ad delectationem lectoris, quam temporum va-
rietates, fortunaeque viciſſitudines[18]: quae etſi
nobis optabiles[19] in experiendo[20] non fuerunt,
15 in legendo tamen erunt iucundae. Habet enim
praeteriti doloris ſecura recordatio delectatio-
nem: ceteris[21] vero nulla perfunctis propria mo-
leſtia[22], caſus autem alienos[23] ſine vllo dolore
intuentibus[24], etiam ipſa miſericordia[25] eſt iu-
16 cunda[26]. Quem enim noſtrum[27] ille moriens
apud Mantineam Epaminondas non cum qua-
dam miſeratione[28] delectat? qui tum denique ſibi
auelli[29] iubet ſpiculum[30], poſteaquam ei percon-
tanti[31]

5. gutſprechen. 6. liberiori ſtylo. 7. veluti ſoles. 8. putas, te oportere ſcribere. 9. erga nos. 10. ſtylo perſtringes. 11. calamitates meae. 12. variam narrationem. 13. ad manum dabunt. 14. quae variatio plena erit. 15. delectationis. 16. libro tuo. 17. afficere, delectare ſine faſtidio aut taedio. 18. Abwechſelungen. 19. iucundae. 20. in ipſa experientia. 21. hominibus. 22. qui ipſi non habuerunt aduerſos caſus. 23. aliorum hominum. 24. dum intuentur, contemplantur. 25. Mitleiden, Compaſſion. 26. adfert delectationem. 27. ex nobis; quis eſt enim ex nobis, quem non delectet Epaminondas? 28. mit einigem Mitleiden. 29. eripi e corpore. 30. das Eiſen am Pfeil oder Wurffſpieſs, quo vulneratus erat Epaminondas in praelio contra Lacedaemonios.

31. cum

Digitized by Google

tanti[31] dictum eſt, clypeum eſſe ſaluum[32]: vt,
etiam in vulneris dolore, aequo animo[33] cum lau-
de moreretur. Cuius ſtudium in legendo non 17
erectum[34] Themiſtoclis fuga[35] redituque[36] reti-
netur[37]? Etenim[38] ordo[39] ipſe annalium[40] medio-
criter[41] nos retinet[42], quaſi enumeratione faſto-
rum[43]. At viri ſaepe excellentis[44] ancipites[45] 18
variique caſus habent[46] admirationem, exſpecta-
tionem, laetitiam, moleſtiam, ſpem, timorem: ſi
vero exitu notabili concluduntur[47], expletur[48]
animus iucundiſſima lectionis voluptate. Quo 19
mihi acciderit optatius[49], ſi in hac ſententia fue-
ris, vt a continentibus[50] tuis ſcriptis, in quibus per-
petuam[51] rerum geſtarum hiſtoriam complecte-
ris[52], ſecernas[53] hanc quaſi fabulam[54] rerum[55]
euentorumque[56] noſtrorum. habet[57] enim va-
rios actus, multasque actiones & conſiliorum &
temporum. Ac non vereor, ne adſentatiuncula 20
quadam

31. cum ille interrogaſſet, an clypeus ablatus eſſet ab hoſte. 32. non eſſe ablatum ab hoſte. 33. libenter. 34. attentum. 35. quando legit de exilio Themiſtoclis. 36. & de eius reditu. 37. tenetur. 38. quin imo etiam. 39. ſeries rerum per ordinem annorum enarrata. 40. librorum, in quibus res geſtae per annorum ordinem deſcribuntur. 41. einiger maſſen. 42. delectat. 43. non aliter ac faſti delectant, in quibus enarratur, quidquid ſingulis diebus actum eſt. 44. qui ſaepius excelluit in rebus geſtis. 45. periculoſi, dubii. 46. ſecum continent, excitant in lectoris animo. 47. ſi vero eius facta memorabilem finem habent & exitum. 48. tunc. 49 umb ſo viel angenehmer ſoll es mir ſeyn. 50. continuis, in quibus traditur integra hiſtoria. 51. vniuerſam. 52. deſcribis. 53. ſeparare velis. 54. comoediam. 55. rerum a me geſtarum. 56. & hiſtoriam eorum, quae mihi acciderunt ſiue euenerunt. 57. comoedia meae vitae.



Digitized by Google

quadam aucupari tuam gratiam videar [58], cum hoc demonſtrem [59], me a te potiſſimum ornari [60],
21 celebrarique velle. Neque enim tu is es, qui, quid ſis neſcias [61]: & qui non eos magis, qui te non admirentur, inuidos, quam eos, qui laudent adſentatores arbitrere [62]: neque autem ego ſum ita demens [63], vt me ſempiternae gloriae [64] per eum commendari [65] velim, qui non ipſe quoque in me commendando [66] propriam ingenii gloriam con-
22 ſequatur. Neque enim Alexander ille [67] gratiae cauſſa [68] ab Apelle [69] potiſſimum [70] pingi, & a Lyſippo [71] fingi [72] volebat: ſed quod [73] illorum artem cum ipſis [74], tum etiam ſibi [75] gloriae fore [76] putabat. atque illi artifices corporis ſimulacra [77] ignotis [78] nota faciebant: quae vel ſi nulla ſint [79],
23 nihilo ſint tamen obſcuriores clari viri [80]. Nec minus enim eſt Spartiates [81] Ageſilaus ille perhibendus [82], qui neque pictam, neque fictam imagi-

nem

58. ne videar deſiderare tuum fauorem per meas blanditias. 59. dum hoc iam dico. 60. laudari. 61. tu enim te ipſum & tuas vires optime noſti. 62. & qui arbitreris, eos non magis (eben ſo wenig) tibi inuidere, qui te non admirentur, quam eos tibi aſſentari, (ſchmeicheln) qui te laudent. 63. ſtultus. 64. ad gloriam ſemper duraturam. 65. laudari cupiam ab aliquo. 66. dum ille me laudat. 67. Magnus, Macedoniae Rex. 68. ob fauorem erga hos artifices. 69. celeberrimo pictore. 70. potius quam ab alio. 71. nobili ſculptore, Bildhauer. 72. ſculpi. 73. quoniam. 74. non ſolum ipſis artificibus. 75. ſed etiam ſibi, Alexandro. 76. glorioſum fore. 77. imagines. 78. iis, qui Alexandrum non nouerunt. 79. etiamſi nullae ſint imagines clarorum virorum. 80. tamen clari viri habent famam & gloriam ſuam. 81. rex Spartanus. 82. celebrandus, commemorandus.

83. qui

Digitized by Google

nem ſuam paſſus eſt eſſe [83], quam qui in eo genere
laborarunt [84]. vnus [85] enim Xenophontis libel-
lus [86] in eo rege [87] laudando facile omnes imagi-
nes omnium, ſtatuasque ſuperauit. Atque hoc 24
praeſtantius [88] mihi fuerit, & [89] ad laetitiam animi,
& [90] ad memoriae dignitatem [91], ſi in tua ſcripta
peruenero [92], quam ſi in ceterorum [93]: quod [94]
non ingenium mihi ſolum [95] ſuppeditatum fue-
rit [96] tuum, ſicut Timoleonti a Timaeo [97], aut ab
Herodoto Themiſtocli [98]; ſed etiam auctoritas
clariſſimi & ſpectatiſſimi [99] viri, & in reipub. ma-
ximis grauiſſimisque cauſſis cogniti [200], atque in
primis probati [1]: vt mihi non ſolum praeconium [2],
quod [3] cum in Sigaeum [4] veniſſet Alexander, ab
Homero [5] Achilli tributum [6] eſſe dixit, ſed etiam
graue, teſtimonium impertitum [7] clari hominis
magnique videatur. Placet enim Hector ille mihi 25
Naeuia-

83. qui neque pingi neque ſculpi imaginem ſuam voluit. 84. quam illi, qui anxie cupierunt ſe pingi & fingi. 85. ſolus. 86. qui exſtat de laudibus Ageſilai. 87. Ageſilao. 88. glorioſius. 89. tam. 90. quam. 91. honorem. 92. quando tu me laudabis in tuis ſcriptis. 93. quam ſi peruenero in libros caeterorum. 94. quoniam. 95. non ſolummodo. 96. mihi contingit ingenium tuum eruditum. 97. ſicut Timoleon laudatus eſt a Timaeo. 98. aut Themiſtocles ab Herodoto. 99. hochanſehnlich. 200. & qui cognitus eſt a republic in grauiſſimis & maximis negotiis. 1. qui probatus eſt, gut und redlich befunden worden. 2. laudatio. vt mihi non ſolum praeconium illud tributum eſſe videatur, quod Alexander dixit tributum eſſe Achilli ab Homero, cum is veniſſet in Sigaeum; ſed etiam mihi tributum eſſe videatur graue teſtimonium clari magnique hominis. 3. quale praeconium. 4. promontorium Troiae. 5. poeta Graeco. 6. datum. 7. datum.



Digitized by Google

Naeuianus [8], qui non tantum [9] laudari ſe laetatur,
26 ſed addit etiam, a laudato viro. Quod [10] ſi a te non impetro, hoc eſt, ſi quae [11] te res impedierit (neque enim fas eſſe arbitror, quidquam me rogantem abs te non impetrare [12]) cogar fortaſſe facere [13], quod nonnulli ſaepe reprehendunt [14]: ſcribam ipſe de me [15], multorum tamen exem-
27 plo [16], & clarorum virorum. Sed, quod [17] te non fugit [18], haec ſunt in hoc genere vitia [19]: & vt verecundius ipſi de ſeſe ſcribant neceſſe [20] eſt, ſi quid eſt laudandum: & praetereant [21], ſi quid re-
28 prehendendum [22] eſt. Accedit etiam [23], vt minor ſit fides, minor auctoritas [24]; multi denique reprehendant [25], & dicant, & verecundiores eſſe praecones ludorum gymnicorum [26], qui cum ceteris coronas impoſuerint victoribus, eorumque nomina magna voce pronunciarint [27], cum [28] ipſi [29] ante ludorum miſſionem [30] corona donentur [31],

8. apud poëtam Naeuium. 9. tantummodo. 10. vt deſcribas meae vitae hiſtoriam. 11. aliqua. 12. vt ego id non impetrem, quod abs te peto. 13. id. 14. taxant. 15. rebus a me geſtis. 16. quod tamen multi & clari etiam viri ſaepe fecerunt. 17. quia. 18. tu bene ſcis. 19. haec ſequuntur incommoda ex eo. 20. dum neceſſe eſt, vt ii, qui de ſe ipſis ſcribere volunt, hoc faciant verecunde. 21. & neceſſe etiam eſt, vt illi praetereant. 22. vitioſum, taxandum. 23. huc. 24. vt ſcriptores rerum ſuarum minorem inueniant fidem & auctoritatem apud lectores. 25. illam laudationem rerum ſuarum. 26. quod praecones (Herolde, Ausruffer) in ludis athleticis, in den Fecht-und Exercitien oder Kampf-Spielen) longe verecundiores ſint, quam tales ſcriptores rerum a ſe geſtarum. 27. proclamarunt, indicarunt. 28. cum vero. 29. praecones. 30. ante finem ludorum.

31. coro-

Digitized by Google

tur[31], alium praeconem adhibeant[32], ne ſua voce
ipſi[33] ſe victores eſſe praedicent[34]. Haec[35] nos 29
vitare cupimus: &, ſi recipis cauſſam noſtram[36],
vitabimus[37]: idque vt facias, rogamus. Ac ne for- 30
te mirere, cur, cum mihi ſaepe oſtenderis[38] te ac-
curatiſſime noſtrorum temporum conſilia, atque
euentus litteris mandaturum[39], a te id nunc tanto
opere[40] & tam multis verbis petamus: illa nos
cupiditas incendit[41], de qua initio[42] ſcripſi, feſti-
nationis, quod[43] alacres animo ſumus: vt &[44]
ceteri viuentibus nobis[45] ex libris tuis nos co-
gnoſcant[46], & nosmet ipſi viui[47] gloriola noſtra
perfruamur[48]. His de rebus, quid acturus ſis, ſi 31
tibi non eſt moleſtum, reſcribas[49] mihi velim. ſi
enim ſuſcipis cauſſam[50], conficiam[51] commenta-
rios[52] rerum omnium[53]: ſin[54] autem differs me[55]
in tempus aliud, coram[56] tecum loquar: tu in-
terea non ceſſabis[57], & ea quae habes inſtituta[58],
perpolies[59], nosque diliges[60]. Vale. XIII.

31. coronam accipiant. 32. tunc illos ſolere vſurpare alium praeconem. 33. ipſimet. 34. ne ipſi cogantur proclamare, ſe eſſe victores. 35. vitia ſiue incommoda ex propria laude. 36. & quando tu ſuſcipies laborem reſcribendi res noſtras. 37. vitare poterimus. 38. dixeris. 39. velle deſcribere. 40. ſo gar ſehr. 41. cupiditas feſtinationis me impellit. 42. in principio huius epiſtolae. 43. quoniam cupidiſſimus ſum & morae impatiens. 44. etiam. 45. dum adhuc viuimus. 46. kennen lernen. 47. dum ego adhuc viuo. 48. voluptatem poſſimus capere ex gloria illa, quam conſequor per tuos libros. 49. vt reſpondeas mihi, rogo. 50. negotium hoc deſcribendi res meas. 51. elaborabo. 52. ſummaria rerum mearum. 53. a me geſtarum. 54. quod ſi vero. 55. meam petitionem. 56. mündlich. 57. deſines aliquid ſcribere. 58. quae iam coepiſti. 59. plene elaborabis. 60. & perges me amare.

## XIII.

## M. C. L. LVCCEIO Q. F. S. D.

*Conſolationi reſpondet, qua ſe mire leuatum eſſe fatetur, vt forti animo ſit, etſi de republica deſperet. Caeſare* IV. *conſule ſine collega.*

QVamquam ipſa conſolatio litterarum tuarum mihi gratiſſima eſt: declarat[1] enim ſummam beneuolentiam coniunctam pari[2] prudentia: tamen illum fructum[3] ex tuis litteris vel maximum cepi, quod[4] te praeclare[5] res humanas contemnentem, & optime contra fortunam paratum,
2 armatumque[6] cognoui. Quam quidem laudem ſapientiae ſtatuo eſſe maximam, non aliunde pendere[7], nec extrinſecus aut bene aut male viuendi
3 ſuſpenſas habere rationes[8]. Quae cogitatio cum mihi non omnino excidiſſet[9]; etenim[10] penitus inſederat; vi[11] tamen tempeſtatum[12] & concurſu calamitatum erat aliquantum labefactata, atque convulſa: cui[13] te opitulari[14] & video, & id feciſſe etiam proximis litteris, multumque profeciſ-
4 ſe[15] ſentio. Itaque hoc ſaepius dicendum, tibique non ſignificandum ſolum, ſed etiam decla-

randum

XIII.

1. Haec enim tua conſolatio declarat. 2. cum pari. 3. vtilitatem. 4. quoniam. 5. magno animo. 6. munitum. 7. a nemine alio dependere. 8. nec habere ſuſpenſas & dubias rationes viuendi aut bene aut male, ex aliorum voluntate. 9. ex animo. 10. nam illa cogitatio penitus inſederat in animo meo. 11. per vim. 12. bellorum ciuilium. 13. cogitationi. 14. auxilium adferre. 15. ausgerichtet haben.

16. iucun-

Digitized by Google

randum arbitror, nihil mihi eſſe potuiſſe tuis lit-
teris gratius[16]. Ad conſolandum[17] autem cum[18]
illa valent, quae eleganter copioſeque collegiſti,
tum nihil plus[19], quam quod firmitudinem gra-
vitatemque animi tui perſpexi, quam non imi-
tari turpiſſimum exiſtimo[20]. Itaque hoc[21] etiam 5
fortiorem me puto, quam te ipſum praecepto-
rem[22] fortitudinis, quod tu mihi videre ſpem non-
nullam habere, haec[23] aliquando futura meliora.
caſus enim gladiatorii[24], ſimilitudinesque hae,
tum rationes in ea diſputatione[25] a te collectae,
vetabant me reipub. penitus diffidere. Itaque al- 6
terum minus mirum[26], fortiorem te eſſe, cum ali-
quid ſperes: alterum mirum[27], ſpe vlla teneri[28].
Quid eſt enim non ita adfectum[29], vt id non de- 7
letum, exſtinctumque eſſe fateare? circumſpice
omnia membra[30] reipublicae, quae notiſſima
ſunt tibi. nullum reperies profecto, quod non
fractum debilitatumue ſit; quae perſequerer[31], ſi
aut melius ea viderem, quam tu vides, aut com-
memorare poſſem ſine dolore: quamquam tuis[32]
monitis praeceptisque omnis eſt abiiciendus do-
lor. Ergo & domeſtica[33] feremus, vt cenſes; & 8
publi-

16. iucundius. 17. me. 18. ſo wohl. 19. magis valet. 20. & turpiſſimum mihi foret, ſi eam non vellem imitari. 21. dicto. 22. qui ipſe das praecepta fortitudinis. 23. haec mala praeſentia. 24. dum gladiator licet victus tamen non deſperat de ſuperando hoſte. 25. tuis litteris. 26. eſt. 27. eſt. 28. te adhuc habere aliquam ſpem. 29. perturbatum, miſerum in rep. 30. ordines, partes & collegia. 31. quae omnia ego poſſem prolixius demonſtrare. 32. per tua. 33. eam calamitatem, quae premit meam domum.



Digitized by Google

publica[34] paullo etiam fortius fortaſſe, quam tu ipſe, qui praecipis[35]. te enim ſpes aliqua conſolatur, vt ſcribis: nos autem erimus etiam in omnibus deſperatione[36] fortes, vt tu tamen idem &
9 hortaris & praecipis. Das enim mihi iucundas recordationes conſcientiae[37] noſtrae, rerumque earum, quas te in primis auctore[38] geſſimus. Praeſtitimus enim patriae non minus certe, quam debuimus: plus profecto[39], quam eſt ab animo cu-
10 iusquam, aut conſilio hominis poſtulatum. Ignoſces mihi de meipſo aliquid praedicanti[40]: quarum enim tu rerum cogitatione[41] nos leuare aegritudine[42] voluiſti, earum etiam commemo-
11 ratione lenimur. Itaque vt mones, quantum potero, me ab omnibus moleſtiis & angoribus abducam: transferamque animum ad ea[43], quibus[44] ſecundae res[45] ornantur, aduerſae adiuuantur: tecumque & ero tantum[46], quantum patietur vtriusque aetas[47] & valitudo: &, ſi eſſe vna minus[48] poterimus, quam volumus; animorum tamen coniunctione[49], iisdem[50] ſtudiis ita fruemur: vt nunquam non[51] vna[52] eſſe videamur. Vale.

XIV.

34. mala. 35. qui mihi praecepta das. 36. noſtra autem deſperatio erit fortis in omnibus rebus. 37. bonae. 38. ſuadente, dum tu dediſti conſilium. 39. praeſtitimus ſane. 40. laudanti. 41. commemoratione. 42. ex aegritudine. 43. ſtudia. 44. per quae. 45. felices. 46. tamdiu. 47. ſenilis. 48. non. 49. per coniunctionem. 50. ſimilibus. 51. ſemper. 52. bey ſammen.



Digitized by Google

## XIV.

## L. LVCCEIVS Q. F. M. T. CICERONI M. F. S. D.

Quaerit, cur tamdiu abſit ab vrbe Cicero. Laudat, ſi propter otium ſcribendi fiat: non probat, ſi propter moerorem ex morte filiae. Deinde rationes compeſcendi doloris addit: rationibus adiungit preces, & modeſtè claudit.

S. V. B. E. E. V.[1] *ſicut ſoleo*[2]*: paullulo tamen etiam deterius*[3]*, quam ſoleo. Te requiſiui ſaepius, vt viderem: Romae quia poſtea non fuiſti, quam diſceſſerat*[4]*, miratus ſum: quod item*[5] *nunc miror. Non habeo certum*[6]*, quae te res hinc maxime remorabat. Si ſolitudine delectare*[7]*, cum ſcribas, & aliquid agas eorum, quorum conſueſti, gaudeo, neque reprehendo tuum conſilium: nam nihil iſto*[8] *poteſt eſſe iucundius, non modo miſeris*[9] *his temporibus & luctuoſis; ſed etiam tranquillis, & optatis*[10]*: praeſertim vel*[11] *animo defatigato tuo, qui nunc requietem quaerit magnis*[12] *occupationibus: vel erudito, qui ſemper aliquid ex ſe promat*[13]*, quod alios delectet, teipſum laudibus illuſtret. Sin autem ſicut*[14] *heic dum eras, & lacrymis ac triſtitiae te tradidiſti, doleo, quia doles, & angere*[15]*: nec poſſum te, ſi concedis, quod ſentimus, vt liberius dicam*[16]*, non accuſare.*

### XIV.

1. Si vales bene eſt, ego valeo. 2. quemadmodum plerumque ſoleo valere. 3. peius. 4. Caeſar. 5. etiam. 6. non certo ſcio. 7. ſi delectationem habes in ſolitudine. 8. conſilio tuo. 9. in. 10. felicibus. 11. zum wenigſten. 12. in. 13. proferat. 14. facere ſolebas 15. angeris, angorem ſentis. 16. ſi permittis, vt ego id liberius dicam, quod ſentio.



Digitized by Google

5 *ſare. Quid enim[17]? tu ſolus aperta[18] non videbis, qui propter acumen[19] occultiſſima perſpicis? tu non intelliges te querelis[20] quotidianis nihil proficere[21]? non intelliges duplicari ſollicitudines, quas eleuare*
6 *tua te prudentia poſtulat? Quod ſi non poſſumus aliquid proficere ſuadendo, gratia[22] contendimus & rogando, ſi quid noſtra cauſſa vis, vt iſtis te tuis moleſtiis laxes[23], & ad conuictum[24] noſtrum redeas, & ad conſuetudinem, vel noſtram communem[25], vel*
7 *tuam ſolius ac propriam. Cupio non obtundere[26] te, ſi non delectare[27] noſtro ſtudio: cupio[28] deterrere, ne permaneas in incepto[29]: cum duae res iſtae*
8 *contrariae me perturbent, ex quibus, aut[30] in altera mihi velim, ſi potes, obtemperes; aut in altera non offendas. Vale.*

17. was iſt es denn nun? 18. quae aguntur in omnium oculis. 19. ingenii tui. 20. per querelas. 21. ausrichten. 22. per fauorem noſtrum ſtudemus id efficere. 23. liberes. 24. vt nobiſcum viuas. 25. conſuetudinem & conuerſationem nobiſcum. 26. übertäuben, prolixius haec tibi ſcribere. 27. delectaris. 28. cupio autem te. 29. conſilio & propoſito tuo. 30. ex quibus rebus velim vt aut in altera mihi obtemperet.

## XV.

## M. CICERO L. LVCCEIO Q. F. S.

*Reſpondet ſuperiori epiſtolae, lugere ſe non tam filiae obitum, quam reipublicae tempora, ob quae ab vrbe abſit, in qua nihil iucundum, odioſa omnia. In ſtudiis exiguam medicinam ſupereſſe.*

Omnis[1]

OMnis[1] amor tuus ex omnibus partibus ſe oſtendit in his litteris, quas a te proxime accepi; non ille[2] quidem mihi ignotus, ſed tamen gratus & optatus: dicerem iucundus, niſi id verbum in omne tempus[3] perdidiſſem. neque ob eam vnam 2
cauſſam, quam tu ſuſpicaris, & in qua me leniſſi- 3
mis & amantiſſimis verbis vtens, grauiter accuſas: ſed quod[4] illius tanti vulneris[5], quae remedia eſſe debebant, ea nulla ſunt. Quid enim? ad amicos-
ne confugiam? quam multi ſunt[6]? habuimus enim fere communes[7]: quorum alii occiderunt, alii
neſcio quo pacto[8] obduruerunt[9]. Tecum viuere 4
poſſem equidem & maxime vellem[10]: vetuſtas, amor, conſuetudo, ſtudia paria: quod vinculum
quaſi eſt noſtrae coniunctionis. Poſſumusne igi- 5
tur eſſe vna[11]? nec mehercule intelligo, quid impediat: ſed certe adhuc non fuimus, cum eſſemus vicini in Tuſculano[12], in Puteolano[13]. nam quid dicam in vrbe[14]? in qua cum forum commune ſit,
vicinitas non requiritur. Sed caſu neſcio quo, in 6
ea tempora noſtra aetas incidit, vt cum maxime florere[15] nos oporteret, tum viuere etiam pude-
ret[16]. Quod enim mihi poterat eſſe perfugium, 7
ſpoliato[17] & domeſticis & forenſibus ornamentis[18]

1. Perfectiſſimus. 2. amor. 3. in perpetuum. 4. quoniam. 5. moeroris ob reip. calamitatem & obitum filiae meae. 6. quam multi amicorum meorum ſunt adhuc reliqui? 7. amicos. 8. modo. 9. in animo ſuo erga me. 10. optarem. 11. ſimul. 12. praedio meo. 13. praedio meo. 14. Roma. 15. in honore eſſe. 16. nos. 17. mihi, qui ſpoliatus ſum. 18. hono-

Digitized by Google

tis[18] atque ſolatiis? litterae[19] credo, quibus vtor aſſidue. quid enim aliud facere poſſum? ſed neſcio quo modo ipſae illae[20] excludere me a portu & perfugio videntur, & quaſi exprobrare[21], quod in ea vita maneam, in qua nihil inſit, niſi pro-
8 pagatio miſerrimi temporis. Heic tu ea[22] me abeſſe vrbe miraris, in qua domus nihil delectare[23] poſſit, ſummum[24] ſit odium temporum, homi-
9 num, fori, curiae? Itaque ſic litteris[25] vtor, in quibus conſumo omne tempus, non vt ab his medicinam[26] perpetuam, ſed vt exiguam doloris
10 obliuionem petam. Quod ſi id egiſſemus ego atque tu, quod ne in mentem quidem nobis veniebat, propter quotidianos metus; omne tempus vna[27] fuiſſemus: neque me valitudo tua offenderet, neque te moeror meus; quod, quantum fieri poterit, conſequamur. quid enim eſt vtrique noſtrum aptius[28]? propediem te igitur videbo. Vale.

18. honore & ſolatio & ſtatu felici domus meae & ex gloria eloquentiae meae in foro. 19. credo, ſtudia debent mihi dare perfugium? 20. litterae. 21. mihi. 22. ab ea vrbe. 23. me. 24. & in qua vrbe ſit. 25. ſtudiis. 26. remedium ſufficiens. 27. ſimul Romae. 28. nos ambo aptiſſimi ſumus ad hoc efficiendum.

## XVI.

## M. T. CICERO TITIO S. D.

*Conſolatur diligenter amicum, obitum liberorum immoderatius ferentem.*

ETſi vnus ex omnibus minime ſum ad te conſolandum accommodatus[1], quod[2] tantum ex

quia

XVI.

1. idoneus. 2. quia. 3. dolo

tuis moleſtiis cepi doloris[3], vt conſolatione ipſe egerem[4]: tamen cum longius a ſummi luctus acerbitate meus abeſſet dolor, quam tuus[5]; ſtatui[6] noſtrae neceſſitudinis eſſe[7], meaeque in te beneuolentiae[8], non tacere tanto in tuo moerore tamdiu, ſed adhibere aliquam modicam conſolationem, quae leuare[9] dolorem tuum poſſet, ſi minus ſanare[10] potuiſſet. Eſt autem conſolatio 2
peruulgata[11] quidem illa maxime, quam ſemper in ore atque in animo habere debemus, homines nos vt eſſe meminerimus, ea lege[12] natos, vt omnibus telis fortunae propoſita[13] ſit vita noſtra: neque eſſe recuſandum[14], quo minus ea, qua nati ſumus conditione viuamus: neue tam grauiter eos caſus feramus, quos nullo conſilio vitare poſſimus: euentisque aliorum memoria repetendis[15], nihil accidiſſe nobis noui[16] cogitemus. Ne- 3
que haec, neque ceterae conſolationes, quae ſunt a ſapientiſſimis viris vſurpatae, memoriaeque litteris proditae[17], tantum videntur proficere[18] debere, quantum ſtatus[19] ipſe noſtrae ciuitatis, & haec prolatio temporum perditorum: cum[20]

beatiſ-

3. dolorem. 4. opus haberem. 5. dolor. 6. putaui. 7. hoc pertinere ad amicitiam noſtram. 8. & hoc etiam pertinere ad meam erga te beneuolentiam. 9. lenire. 10. prorſus tollere. 11. gar gemein, quae ad omnes omnino homines poteſt applicari. 12. hac conditione. 13. expoſita, obnoxia, ſubiecta. 14. und daſs man ſich nicht dürffe laſſen entgegen ſeyn. 15. & dum recordamur, quid aliis hominibus euenerit, ſiue acciderit. 16. quod nobis etiam nihil nouum accidat. 17. & in ſcriptis ac libris relictae. 18. efficere. 19. miſerrimus. 20. illi.

21. genus

Digitized by Google

beatiſſimi ſint, qui liberos non ſuſceperunt [21], minus autem miſeri [22], qui his temporibus amiſerunt [23], quam ſi eoſdem bona [24], aut denique ali-
4 qua [25] repub. perdidiſſent [26]. Quod ſi tuum te deſiderium [27] monet [28], aut ſi tuarum rerum cogitatione moeres [29], non facile exhauriri tibi iſtum dolorem poſſe vniuerſum puto [30]: ſin illa te res cruciat, quae magis amoris [31] eſt, vt eorum, qui occiderunt [32], miſerias lugeas; vt ea non dicam, quae ſaepiſſime & legi, & audiui, nihil mali eſſe in morte; ex qua [33] ſi reſideat [34] ſenſus [35], immortalitas illa potius, quam mors ducenda ſit [36]; ſin ſit amiſſus [37], nulla videri miſeria debeat, quae non ſentiatur: hoc tamen non dubitans [38] confirmare [39] poſſum, ea [40] miſceri, parari [41], impendere [42] reipub. quae qui reliquerit [43], nullo modo mihi qui-
5 dem deceptus [44] eſſe videatur. Quid eſt enim iam non modo pudori, probitati, virtuti, rectis ſtudiis, bonis artibus, ſed omnino libertati, ac ſaluti loci [45]? non mehercule quemquam audiui hoc

21. genuerunt, educauerunt. 22. ſint. 23. liberos ſuos. 24. in bono ſtatu reip. 25. aut ſaltim in aliquo, ſeu tolerabili ſtatu. 26. amiſiſſent per mortem. 27. erga amiſſos liberos. 28. cruciat te. 29. aut ſi triſtis es, quando conſideras ſtatum tuarum rerum. 30. puto, quod iſte dolor tibi non facile poſſit eximi, & euelli ex animo. 31. in eo magis oſtendes amorem tuum. 32. mortui ſunt. 33. morte. 34. reliquus ſit aliquis ſenſus. 35. Empfindung. 36. dicenda, putanda ſit. 37. ille ſenſus. 38. dum ego non dubito. 39. verſichern. 40. mala. 41. agi. 42. imminere. 43. vt is, qui per mortem reliquerit tanta mala. 44. defraudatus. 45. an eſt iam aliquis locus, non dicam, pudori; id eſt, nihil aeſtimantur iam pudor, probitas, virtus.

46. infe-

Digitized by Google

hoc grauiſſimo, & peſtilentiſſimo[46] anno ado-
leſcentulum, aut puerum mortuum, qui mihi non
a diis immortalibus ereptus ex his miſerijs atque
ex iniquiſſima[47] conditione vitae videretur.
Quare ſi tibi vnum hoc detrahi[48] poteſt, ne quid 6
iis, quos amaſti, mali putes contigiſſe[49]; per-
multum erit ex moerore tuo diminutum[50]. Re- 7
linquetur enim ſimplex[51] illa iam cura doloris
tui, quae non cum illis communicabitur[52], ſed ad
te ipſum proprie referetur: in qua non eſt[53] iam
grauitatis ac ſapientiae tuae, quam tu a puero
praeſtitiſti[54], ferre immoderatius[55] caſum incom-
modorum tuorum, qui[56] ſit ab eorum, quos di-
lexeris, miſeria maloque ſeiunctus[57]. Etenim 8
cum ſemper te & priuatis in rebus & publicis
praeſtitiſti, tuenda tibi vt ſit grauitas[58], & conſtan-
tiae ſeruiendum[59]. nam quod allatura eſt ipſa diu-
turnitas[60], quae maximos luctus vetuſtate[61] tol-
lit, id nos praecipere[62] conſilio[63] prudentiaque
debemus. Etenim ſi nulla vnquam fuit liberis 9
amiſſis[64] tam imbecillo[65] mulier animo, quae
non aliquando lugendi modum[66] fecerit; certe

nos,

46. infeliciſſimo. 47. infeliciſſima. 48. diſſuaderi. 49. ne putes, iis aliquod malum accidiſſe, quos tu amaſti. 50. tunc multum decedet. 51. ſola. 52. quoniam tu non dolebis propter illos, ſed propter tua incommoda ex ipſorum morte. 53. non decet tuam ſapientiam. 54. oſtendiſti. 55. impatienter. 56. caſus. 57. qui non tangit miſeriam &c. 58. vt te deceat conſeruare priſtinam grauitatem. 59. & te deceat quoque retinere conſtantiam. 60. longinquitas temporis. 61. per vetuſtatem, durationem longam. 62. ante aufferre, voranwegnehmen. 63. per bonum conſilium. 64. poſt liberos amiſſos. 65. debili. 66. finem. 67. id

Digitized by Google

nos, quod eſt dies allatura [67], id conſilio anteferre debemus [68]: neque exſpectare temporis medicinam, quam repraeſentare ratione [69] poſſimus. His ego litteris ſi quid profeciſſem [70], exiſtimabam optandum quiddam me eſſe adſecutum [71]: ſin minus forte valuiſſent [72], officio tamen eſſe functum [73] beneuolentiſſimi atque amiciſſimi [74]: quem [75] me tibi [76] & fuiſſe ſemper exiſtimes [77] velim [78], & futurum [79] eſſe confidas [80]. Vale.

67. id quod nobis tempus adfert. 68. debemus ante auferre. 69. in praeſens adhibere per rationem ſanam. 70. effeciſſem te conſolando. 71. me impetraſſe aliquid, quod valde optaui. 72. litterae meae efficere aliquid. 73. tamen exiſtimabam, me feciſſe officium. 74. qui te maxime amat. 75. qualem. 76. erga te. 77. vt credas. 78. rogo. 79. & in poſterum fore. 80. certo credas, perſuadearis.

## XVII.

## M. CICERO P. SEXTIO P. F. S. D.

*Excuſat tarditatem litterarum; & Sextium hortatur, vt ſapienter & fortiter exſilium ferat, ad id vario vſus conſolationis argumento.*

NOn obliuione [1] amicitiae noſtrae, neque intermiſſione conſuetudinis meae, ſuperioribus temporibus ad te nullas litteras miſi; ſed quod [2] priora tempora in ruinis reipub. noſtriſque iacuerunt: poſteriora autem me a ſcribendo tuis iniuſtiſſimis atque acerbiſſimis incommodis [3] retardarunt. Cum vero & interuallum [4] iam ſatis longum fuiſſet,

ponit tempus pro re in tempore

XVII.

1. Ex. 2. quoniam. 3. in tempore exſilii tui, in quod iniuſtiſſimo iudicio eiectus fueras. 4. ſpatium temporis.

5. ab

fuiſſet, & tuam virtutem, animique magnitudinem
piligentius eſſem mecum recordatus; non puta-
viſſe alienum inſtitutis [5] meis haec ad te ſcribere.
Ego te, P. Sexti, & primis [6] temporibus illis, qui- 3
bus in inuidiam [7] abſens, & in crimen [8] vocabare [9],
defendi: & cum in tui familiariſſimi [10] iudicio ac
periculo tuum crimen [11] coniungeretur, vt potui,
accuratiſſime te, tuamque cauſſam tutatus [12] ſum:
& proxime recenti aduentu meo [13] cum rem aliter
inſtitutam offendiſſem, ac mihi placuiſſet, ſi adfuiſ-
ſem [14]: tamen nulla in re ſaluti tuae defui [15]. Cum- 4
que eo tempore inuidia annonae [16] inimici non
ſolum tui, verum etiam [17] amicorum tuorum, ini-
quitas totius iudicii, multaque alia reipub. vitia [18]
plus, quam cauſſa ipſa veritasque valuiſſent; Pu-
blio tuo [19] neque opera, neque conſilio, neque la-
bore, neque gratia, neque teſtimonio defui [20].
Quamobrem omnibus officiis amicitiae diligenter 5
a me ſanctéque ſeruatis [21], ne hoc quidem praeter-
mittendum eſſe duxi [22], te vt hortarer, rogarem-
que, vt & hominem [23] te, & virum eſſe meminiſ-
ſes, id eſt, vt communem incertumque caſum,
quem neque vitare quisquam noſtrum [24], neque
praeſta-

5. ab inſtitutis & moribus meis. 6. in primis. 7. odium. 8. iudicium. 9. trahebaris. 10. amici. 11. Beſchuldigung. 12. defendi. 13. poſtquam nuper in vrbem redieram. 14. Romae. 15. tamen in omnibus rebus defendi tuam ſalutem. 16. propter inuidiam erga te, ob male adminiſtratam curam annonae. 17. inimici. 18. Mängel. 19. filio. 20. iuui tuum filium per operam meam &c. 21. poſtquam obſeruaui omnia officia. 22. putaui. 23. cui vari caſus poſſunt accidere. 24. ex nobis hominibus.



Digitized by Google

praeſtare [25] vllo pacto poteſt, ſapienter ferres: & dolori fortiter, ac fortunae [26] reſiſteres: cogitareſque, & in noſtra ciuitate, & in ceteris [27], quae rerum potitae ſunt [28], multis fortiſſimis atque optimis viris iniuſtis [29] iudiciis tales caſus incidiſſe [30].
6 Illud vtinam ne vere ſcriberem, ea te repub. carere [31], in qua neminem prudentem hominem res
7 vlla delectet [32]. De tuo autem filio vereor, ne, ſi nihil ad te ſcripſerim, debitum eius virtuti videar teſtimonium non cepiſſe [33]: ſin autem omnia, quae ſentio, perſcripſerim, ne [34] refricem [35] meis
8 litteris [36] deſiderium ac dolorem tuum. Sed tamen prudentiſſime facies, ſi illius [37] pietatem [38], virtutem, induſtriam vbicumque eris, tuam [39] eſſe, tecum [40] eſſe duces [41]. Nec [42] enim minus noſtra ſunt, quae animo complectimur [43], quam [44]
9 quae oculis intuemur. Quamobrem & illius eximia virtus, ſummuſque in te amor, magnae tibi conſolationi debet eſſe, & nos, ceterique, qui te non ex [45] fortuna, ſed ex virtute tua pendimus [46], ſemperque pendemus [47], & maxime, animi tui conſcientiae [48], cum tibi nihil merito [49] accidiſſe reputa-

25. gut daruor ſeyn, aſſecuriren. 26. aduerſae. 27. ciuitatibus. 28. quae ſummum imperium habuerunt, & potentiſſimae fuerunt. 29. per iniuſta. 30. accidiſſe. 31. quod tu careas ea republica. 32. delectare poſſit. 33. accepiſſe, intellexiſſe, dediſſe. 34. vereor, ne. 35. wieder aufritzen. 36. per meas litteras. 37. filii tui. 38. amorem filialem erga te. 39. tibi deditam. 40. & tecum quaſi. 41. putabis. 42. neque enim ea. 43. cogitamus. 44. quam ea. 45. iuxta fortunam tuam. 46. aeſtimauimus ſemper. 47. aeſtimamus adhuc. 48. ſi illud coniunges conſcientiae, ſeu cum conſcientia animi tui. 49. ex merito aut peccato tuo. 50. ob

reputabis, ſi & illud adiunges, Homines ſapientes turpitudine[50], non caſu[51]; & delicto ſuo, non aliorum iniuria[52] commoueri. Ego & memoria[53] noſtrae veteris amicitiae, & virtute, atque obſeruantia[54] filii tui monitus, nullo loco deero, neque ad conſolandum, neque ad leuandum fortunam tuam. tu ſi quid ad me forte ſcripſeris, perficiam, ne te fruſtra ſcripſiſſe arbitrere. Vale.

50. ob turpem culpam. 51. non vero ob caſum fortuitum. 52. ob aliorum iniuriam erga ſe. 53. per memoriam & recordationem. 54. per obſeruantiam & cultum filii tui erga me.

## XVIII.

## M. CICERO T. FADIO S. D.

*T. Fadium, iudicio damnatum, & ideo exſulem conſolatur a miſeria communi, & virtute propria, nec non a commodis exſilii, quo liber ſit ab impendentibus malis; tandem ab innocentiae teſtimonio: quibus ſua adiungit officia.*

ETſi egomet, qui te[1] conſolari cupio, conſolandus ipſe ſum[2], propterea quod nullam rem grauius iam diu tuli[3] quam incommodum tuum[4]; tamen te magnopere non hortor ſolum, ſed etiam pro[5] amore noſtro rogo atque oro, te colligas[6], virumque praebeas[7], & qua conditione omnes homi-

XVIII.

1. moeſtum, exſulem. 2. ipſe opus habeo aliquo ſolatio. 3. maiori cum dolore audiui. 4. exilium tuum. 5. propter. 6. animum reuoces a curis ac triſtitia. daſs du dich begreiffen vnd faſſen wolleſt. 7. & te oſtendas virum fortem.



Digitized by Google

homines[8], & quibus temporibus[9] nati ſumus, co-
2 gites. Plus tibi virtus tua dedit, quam fortuna[10]
abſtulit: propterea quod adeptus es[11], quod non
multi homines noui[12]: amiſiſti quae plurimi ho-
3 mines nobiliſſimi[13]. Ea denique videtur condi-
tio[14] impendere[15] legum, iudiciorum, temporum,
vt optime actum cum eo videatur[16] eſſe, qui quam
leuiſſima poena[17] ab hac republica[18] diſceſſerit.
4 Tu vero qui & fortunas[19] & liberos habeas, &
nos ceteroſque neceſſitudine[20] & beneuolentia
tecum coniunctiſſimos, cumque magnam facul-
tatem[21] ſis habiturus nobiſcum & cum[22] omnibus
tuis viuendi; & cum vnum ſit iudicium, ex tam
multis[23], quod reprehendatur[24], vt quod vna ſen-
tentia[25], eaque dubia[26], potentiae alicuius[27] con-
donatum[28] exiſtimetur; omnibus his de[29] cauſ-
ſis, debes iſtam moleſtiam[30] quam leniſſime fer-
5 re. Meus animus erit in[31] te, liberoſque tuos
ſemper[32], quem[33] tu eſſe vis[34], & qui eſſe debet[35].
Vale. XIX.

8. nos miſeri. 9. calamitoſis. 10. aduerſa. 11. impetrauiſti. 12. impetrauerunt. Noui autem homines dicebantur, qui ex humili familia ad magnos honores perueniebant, aut ſaltim non erant ciues & nobiles Romani. 13. amiſerunt. 14. ſtatus. 15. beuorſtehen. 16. vt ille feliciſſimus cenſendus ſit. 17. mit der gelindeſten Straffe. 18 tam miſera. 19. diuitias. 20. amicitia. 21. commodam occaſionem & poteſtatem. 22. quoniam tantummodo. 23. iudiciis, ſententiis. 24. a te culpetur. 25. qua tu damnatus es. 26. non ſatis certa. 27. Caeſaris. 28. datum, in gratiam ſolius Caeſaris pronuntiatum. 29. propter has cauſſas. 30. exſilium. 31. erga. 32. talis. 33. qualem. 34. cupis. 35. nempe, beneuolentiſſimus erga te.



Digitized by Google

## XIX.

# CICERO RVFO.

*Pompeio Italia pulſo, Meſcinius Rufus, Ciceronis antea quaeſtor in prouincia, in illius, tanquam reipublicae caſtra tranſire, non plane certus cogitabat: quem Cicero confirmat, & vt maneat in ſententia, ſuadet.*

ETſi mihi nunquam dubium fuit, quin tibi eſſem cariſſimus, tamen quotidie magis id[1] perſpicio: exſtatque id[2], quod mihi oſtenderas[3] quibusdam[4] litteris, hoc[5] te ſtudioſiorem in me colendo[6] fore, quam in prouincia fuiſſes (etſi meo iudicio nihil ad tuum prouinciale officium[7] addi poteſt) quo[8] liberius iudicium eſſe poſſet tuum.
2 Itaque me & ſuperiores litterae tuae admodum delectauerunt, quibus[9] & exſpectatum meum aduentum abs te[10] amanter videbam, & cum aliter cecidiſſet, ac putaſſes[11], te meo conſilio[12] magnopere eſſe lactatum: & his proximis litteris magnum cepi fructum[13] & iudicii & officii tui: iudicii[14], quod[15] intelligo, te, id quod omnes fortes ac boni viri facere debent, nihil putare vtile eſſe,

XIX.

1. hunc tuum amorem. 2. & iam video id. 3. indicaueras, zu verſtehen gegeben. 4. in. 5. deſto. 6. amando. 7. ad illud officium, quod in prouincia mihi praeſtitiſti. 8. vt eo. 9. in quibus. 10. meum aduentum abs te amanter exſpectatum eſſe. 11. & cum aliter res eueniſſet, quam tu putaueras. 12. quod ego non acceſſerim eo, quo tu putaueras me venturum. 13. vtilitatem ex iudicio. 14. & cepi quidem magnum fructum iudicii tui. 15. quia.



Digitized by Google

eſſe, niſi quod rectum honeſtumque ſit: offi-
cii[16], quod[17] te mecum, quodcunque cepiſſem
conſilii, polliceris fore: quo neque mihi gratius,
neque, vt ego arbitror, tibi honeſtius eſſe quid-
3 quam poteſt. Mihi conſilium captum[18] iam diu
eſt: de quo ad te, non quo celandus eſſes[19], nihil
ſcripſi antea, ſed quia communicatio[20] conſilii
tali[21] tempore, quaſi quaedam admonitio videtur
eſſe officii, vel potius efflagitatio ad coëundam[22]
4 ſocietatem vel periculi vel laboris. Cum vero ea
tua ſit voluntas, humanitas, beneuolentia erga
me; libenter amplector talem animum: ſed ita[23]
(non enim dimittam pudorem in rogando meum)
ſi feceris id, quod oſtendis, magnam habebo gra-
tiam[24]: ſi non feceris, ignoſcam; & alterum[25]
timori[26], alterum mihi te negare non potuiſſe ar-
5 bitrabor. Eſt enim res profecto maxima[27]: quid
rectum ſit, apparet[28]: quid expediat[29], obſcu-
rum[30] eſt, ita tamen, vt, ſi nos ii ſumus, qui eſſe
debemus, id eſt ſtudio[31] digni & litteris noſtris,
dubitare non poſſimus, quin ea maxime condu-
6 cant[32], quae ſunt rectiſſima. Quare tu, ſi ſimul
place-

16. cepi etiam fructum officii. 17. quia. 18. ego iamdudum cepi conſilium. 19. non ideo, ac ſi ego tibi deberem ea celare. 20. notificatio. 21. hoc tempore, quo bellum eſt inter Caeſarem & Pompeium. 22. ineundam. 23. hac conditione. 24. gratus ero erga te. 25. 26. & arbitrator, te non potuiſſe vnum negare timori tuo, dum times Caeſarem, ſi ad Pompeii partes accedere velles. 27. eine Sache von groſſer Conſideration vnd Wichtigkeit. 28. perſpicuum eſt, facile poteſt intelligi. 29. vtile ſit. 30. non poteſt ſtatim videri. 31. eruditione. 32. vtilia ſint.

33. ire

Digitized by Google

placebit[33], ſtatim ad me venies: ſin idem placebit, atque[34] eodem, nec continuo poteris, omnia tibi vt nota ſint, faciam. Quidquid ſtatueris te mihi amicum[35]; ſin id[36], quod opto, etiam amiciſſimum[37] iudicabo. Vale.

33. ire mecum ad Pompeium. 34. ſi vero placebit tibi quidem ad Pompeium ire, atque eundem in locum venire, vnde ego ad illum proficiſcar, neque tamen te ſtatim poteris expedire a tuis negotiis. 35. eſſe iudicabo. 36. ſtatueris. 37. te mihi.

## XX.

## CICERO RVFO.

*Excuſat ſe Rufo, querenti per litteras, quod rationes prouinciae ad aerarium, eo non exſpectato, detuliſſet. Ipſum enim vel addita quaedam vel immutata in iis cupere. Tota eſt de rationibus & ob id obſcura, etiam, variantibus libris, ſi quae alia vexata.*

QVoquo modo potuiſſem, te conueniſſem, ſi
eo[1], quo[2] conſtitueras, venire voluiſſes. qua- 2
re etſi mei commodi cauſſa commouere[3] me noluiſti, tamen ita exiſtimes velim, me ante laturum[4] fuiſſe, ſi ad me veniſſes, voluntatem tuam
commodo meo. Ad ea, quae ſcripſiſti, commo- 3
dius equidem poſſem de ſingulis ad te rebus ſcribere[5], ſi M. Tullius ſcriba meus adeſſet: a quo mihi exploratum[6] eſt in rationibus duntaxat referen-

XX.

1. ad illum locum. 2. wohin. 3. excire me ex ſede mea, vt te conuenirem. 4. anteferre voluiſſe. 5. reſpondere. 6. de quo certiſſime ſcio.



Digitized by Google

ferendis[7] (de ceteris rebus adfirmare non poſſum) nihil eum feciſſe ſcientem[8], quod eſſet contra aut rem[9] aut exiſtimationem tuam: dein ſi rationum referendarum ius vetus & mos antiquus maneret, me relaturum[10] rationes, niſi tecum pro coniunctione noſtrae neceſſitudinis[11]
4 contuliſſem[12], confeciſſemque, non fuiſſe. Quod igitur feciſſem ad vrbem[13], ſi conſuetudo priſtina maneret, id, cum lege Iulia[14] relinquere rationes in prouincia neceſſe erat, easdemque totidem verbis referre ad aerarium[15], feci in prouincia: neque ita feci, vt te ad meum arbitrium adducerem, ſed tribui[16] tibi tantum, quantum me
5 tribuiſſe nunquam me poenitebit. Totum enim ſcribam meum, quem tibi video nunc eſſe ſuſpectum, tibi tradidi. tu ei M. Mindium fratrem tuum adiunxiſti: rationes confectae, me abſente[17], ſunt tecum: ad quas ego nihil adhibui praeter lectionem[18]: ita accepi librum a meo ſeruo ſcriba,
6 vt[19] eundem acceperim a fratre tuo. Si honos is fuit[20], maiorem[21] tibi habere non potui: ſi fides[22], maiorem tibi habui, quam paene ipſi mihi: ſi prouidendum fuit[23], ne quid aliter, ac[24] tibi & honeſtum & vtile eſſet, referretur, non habui[25]

cui

7. indem er die Rechnung eingebracht. 8. mit Wiſſen vnd Willen. 9. vtilitatem. 10. meipſum noluiſſe referre rationes. 11. amicitiae. 12. collationiren. 13. Romam. 14. quam Iulius Caeſar dederat. 15. in das Steuer-Amt. 16. feci pro te. 17. in mea abſentia. 18. die Reuiſion, Durchleſung. 19. tanquam, non aliter ac ſi. 20. quod ego hoc feci. 21. honorem. 22. id fuit. 23. ſi cura habenda fuit. 24. quam quod. 25. alium.

26. nempe

Digitized by Google

cui potius id negotii darem, quam [cui] dedi[26].
Illud quidem certe factum eſt, quod lex iubebat, 7
vt apud duas ciuitates Laodicenſem & Apamenſem, quae nobis maximae videbantur, quoniam ita neceſſe erat, rationes confectas & conſolidatas[27] deponeremus. Itaque huic loco[28] primum 8
reſpondeo: me, quamquam iuſtis de[29] cauſſis rationes deferre[30] properarim, tamen te exſpectaturum fuiſſe, niſi in prouincia relictas rationes pro latis[31] haberem. Quamobrem de Voluſio 9
quod ſcribis, non eſt id rationum[32]: docuerunt enim me periti homines, in his cum omnium peritiſſimus, tum mihi amiciſſimus C. Camillus, ad Voluſium transferri nomen[33] a Valerio non potuiſſe, ſed praedes[34] Valerianos teneri: neque id erat HS XXX[35], vt ſcribis, ſed HS XIX[36]. erat enim nobis curata[37] pecunia Valerii mancipis[38] nomine: ex qua[39] reliquum[40] quod erat, in rationibus retuli[41]. Sed ſic me & liberalitatis[42] fru- 10
ctu priuas, & diligentiae, & (quod minime tamen laboro[43]) mediocris etiam prudentiae: liberalitatis[44],

26. nempe ſeruo meo ſcribae. 27. klare vnd richtige Rechnungen. 28. parti epiſtolae tuae. 29. ex. 30. ad aerarium. 31. pro rationibus, quae iam latae & confectae eſſent. 32. id non pertinet ad tuas rationes. 33. die Schuld. 34. Bürge, der cauirt hat. manceps autem eſt princeps publicanorum, der General-Pachter. Dion. *Lambinus* ex Aſconio. 35. tricies ſeſtertium, id eſt 75000. Scutati. 36. decies nouies ſeſtertium, id eſt; 47500. Scutati. 37. nos enim curaueramus pecuniam. 38. vnter der Caution vnd Obligation des Valerii. 39. pecunia. 40. der Reſt. 41. das habe ich in die Rechnung gebracht. 42. meae. 43. curo, aeſtimo.



Digitized by Google

tatis[44], quod mauis ſcribae mei beneficio, quam
meo, legatum meum praefectumque maxima ca-
lamitate leuatos[45], cum praeſertim non deberent
eſſe obligati: diligentiae[46], quod exiſtimas de
tanto officio meo, tanto etiam periculo, nec ſciſſe
me quidquam, nec cogitauiſſe: ſcribam[47], quid-
quid voluiſſet, cum id mihi ne recitaſſet[48] qui-
dem, retuliſſe: prudentiae[49], cum rem a me non
inſipienter excogitatam ne cogitatam[50] quidem
11 putes. Nam & Voluſii liberandi[51] meum fuit
conſilium; & vt mulcta[52] tam grauis Valerianis
praedibus[53], ipſique T. Mario depelleretur, a me
inita ratio[54] eſt: quam quidem omnes non ſolum
12 probant, ſed etiam laudant. Et ſi verum ſcire vis,
hoc vni ſcribae meo intellexi non nimium place-
re. Sed ego putaui eſſe viri boni[55], cum popu-
lum ſuum ſeruaret, conſulere fortunis tot vel ami-
13 corum, vel ciuium. nam de Lucceio eſt ita actum,
vt, auctore[56] Cn. Pompeio, iſta pecunia in fano[57]
poneretur. Id ego agnoui meo iuſſu eſſe factum:
qua pecunia Pompeius eſt vſus, vt[58] tua; quam tu
14 depoſueras, Sextius[59]. Sed haec ad te nihil intel-
ligo pertinere. Illud me non animaduertiſſe mo-
leſte

44. & quidem priuas me fructu liberalitatis. 45. eſſe. 46. priuas me etiam fructu diligentiae meae in eo, quod. 47. ſcribam vero meum. 48. vorgeleſen. 49. priuas me denique etiam fructu prudentiae meae in eo. 50. eſſe. 51. vt liberarem Voluſium a debito. 52. die Geldſtraffe. 53. quae grauiter premebat praedes Valerianos. 54. conſilium, habe ich auf ein Mittel gedacht. 55. decere id virum bonum. 56. ſuadente. 57. in templo quodam. 58. non ſecus ac tua pecunia. 59. ea pecunia vſus eſt Sextius.

60. bele-

Digitized by Google

leſte ferrem, vt adſcriberem, te in fano pecuniam iuſſu meo depoſuiſſe, niſi iſta pecunia grauiſſimis eſſet certiſſimisque monimentis[60] teſtata[61], cui data[62]: quo ſenatusconſulto[63], quibus tuis[64],
quibus meis litteris[65] P. Sextio tradita eſſet. Quae 15
cum viderem tot veſtigiis impreſſa[66], vt in his errari non poſſet, non adſcripſi id, quod tua[67] nihil referebat. Ego tamen adſcripſiſſe mallem[68],
quando[69] te video id deſiderare. Sicut ſcribis 16
tibi id eſſe referendum[70], idem ipſe ſentio: neque in eo quidquam a meis rationibus diſcrepabunt tuae. Addes enim tu, meo iuſſu[71], quod ego quidem non addidi: nec cauſſa eſt[72], cur negem, nec, ſi cauſſa eſſet[73], & tu nolles, negarem. nam de HS nongentis millibus certe ita relatum
eſt, vt tu, ſiue frater tuus referri voluit. Sed ſi 17
quid eſt, quando[74] de logeo[75] parum[76] prouiſum eſt, quod ego in rationibus referendis etiam nunc corrigere poſſim; de eo mihi, cum ſenatusconſulto non ſim vſus, quid per leges liceat, con-
ſiderandum eſt. Te certe in pecunia exacta ita 18
efferre[77] ex meis rationbius relatis non oportuit, niſi quid me fallit[78]: ſunt enim alii peritiores[79].

Illud

60. belegen. 61. verſichert, beſcheiniget. 62. fuiſſet. 63. auf welchen Befehl des Raths. 64. wem von deinen Leuthen. 65. quo iuſſu litterarum mearum. 66. notata, teſtata. 67. ad te non pertinebat. 68. mallem vt id adſcripſiſſem. 69. quoniam. 70. in rationes. 71. te id facere. 72. nec cauſſam habeo. 73. nec negarem tibi, etiamſi cauſſa eſſet id negandi. 74. quoniam. 75. logeum, λογεῖον, locus eſt, vbi rationes deponuntur, des Steuer-Archiuum. 76. non ſatis recte. 77. ſuperbire. 78. ſi ego recte iudico. 79. quam tu es.

80. noli

Digitized by Google

19 Illud caue dubites[80], quin ego omnia faciam,
quae intereſſe tua[81], aut etiam velle te exiſtimem,
20 ſi vllo facere modo poſſim. Quod ſcribis de be-
neficiis, ſcito a me & tribunos militares, & prae-
fectos, & contubernales[82] duntaxat meos dela-
tos[83] eſſe. in quo quidem ratio me fefellit. libe-
rum enim mihi tempus ad eos deferendos exiſti-
mabam dari: poſtea certior ſum factus, triginta
diebus deferri neceſſe eſſe, quibus rationes retu-
21 liſſem[84]. Sane moleſte tuli, non illa beneficia
tuae potius ambitioni reſeruata eſſe, quam meae,
22 qui ambitione nihil vterer. De centurionibus
tamen, & de tribunorum militarium contuberna-
libus res eſt in integro. genus enim horum be-
23 neficiorum definitum[85] lege[86] non erat. Reli-
quum eſt de HS centum millibus: de quibus me-
mini mihi a te Myrina[87] litteras eſſe allatas, non
mei errati, ſed tui: in quo peccatum videbatur
eſſe, ſi modo erat[88], fratris tui, & Tullii. ſed
cum id corrigi non poſſet, quod iam depoſitis
rationibus ex prouincia deceſſimus; credo me
quidem tibi pro animi mei voluntate, proque ea
ſpe facultatum, quam tum habebamus, quam hu-
24 maniſſime potuerim[89] reſcriſipſſe. Sed neque
me

80. noli autem dubitare. 81. ad tuum commodum pertinere. 82. qui in commilitio & contubernio mecum fuerunt. 83. ſenatui ac populo commendatos, ob res bene geſtas. 84. quod neceſſe eſſet, vt in his triginta diebus deferrem etiam ad ſenatum de tribunis, in quibus retuliſſem de rationibus. 85. verordnet. 86. per leges. 87. ex Myrina oppido Aetoliae. fuit quoque in Lemno inſula eiuſdem nominis. 88. peccatum. 89. reſcribere.

90. puto.

me tum humanitate mearum litterarum obligatum puto, neque[90] me tuam hodie epiſtolam de HS centum ſic accepiſſe, vt[91] ii accipiunt[92], quibus epiſtolae per haec tempora moleſtae ſunt.
Simul illud cogitare debes, me omnem pecu- 25
niam, quae ad me ſaluis legibus perueniſſet, Epheſi apud publicanos depoſuiſſe: id fuiſſe HS XXII. eam omnem pecuniam Pompeium abſtuliſſe: quod ego ſiue aequo animo, ſiue iniquo fero, tu de centum[93] aequo animo ferre debes, & exiſtimare eo minus[94] ad te, vel de tuis cibariis[95], vel de mea liberalitate perueniſſe. Quod ſi mi- 26
hi expenſa[96] iſta HS centum tuliſſes[97], tamen, quae tua eſt ſuauitas, quique in me amor[98], nolles a me hoc tempore aeſtimationem[99] accipere: nam numeratum ſi cuperem, non erat[100]. ſed haec iocatum me[1] putato, vt ego te exiſtimo[2].
Ego tamen cum Tullius rure[3] redierit, mittam 27
eum ad te, ſi quid ad rem[4] putabis pertinere. Hanc epiſtolam cur non ſcindi velim, cauſſa nulla[5] eſt. Vale.

XXI.

90. puto. 91. quemadmodum. 92. tuam epiſtolam. 93. millibus HS. 94. vmb ſo viel weniger. 95. Zehrungs-Koſten, Tafelgeldern. 96. ausgegeben. 97. in rationes. 98. pro tua humanitate & amore in me. 99. valorem, reſtitutionem, hoc tempore, quod mihi tam calamitoſum eſt. 100. nam etiamſi illam pecuniam tibi numerare vellem, tamen iam non habebam. 1. eſſe. 2. iocatum eſſe. 3. ex praedio. 4. tuam. 5. non impedio, quo minus conſcindas hanc epiſtolam.



Digitized by Google

## XXI.

# M. T. C. L. MESCINIO S. D.

*Meſcinio Rufo, ſui videndi cupido, mutua ſe teneri cupiditate ſignificat: eumque hortatur, vt temporum acerbitatem litterarum ſtudiis & optimae conſcientiae recordatione mitiget.*

GRatae mihi tuae litterae fuerunt: ex quibus intellexi, quod etiam ſine litteris[1] arbitrabar, te ſumma cupiditate adfectum eſſe videndi mei: quod ego ita libenter accipio, vt tamen tibi non concedam[2]. nam tecum eſſe mihi communia omnia, ita quae opto contingant, vt vehementer
2 velim[3]. Tu enim mecum cum eſſes, maior erat & virorum & ciuium bonorum & iucundorum hominum, & amantium mei[4] copia; tamen erat nemo, quicum[5] eſſem libentius, quam tecum:
3 & pauci, quibuscum eſſem aeque libenter. Hoc vero tempore, cum alii[6] interierint, alii abſint, alii mutati voluntate[7] ſint, vnum medius fidius[8] tecum diem libentius poſuerim[9], quam hoc omne tempus cum plerisque eorum, quibus cum viuo
4 neceſſario[10]. Noli enim exiſtimare, mihi non ſolitudinem iucundiorem eſſe, qua tamen ipſa vti non

XXI.

1. tuis. 2. in amore. 3. ita, vsque adeo, contingant mihi ea, quae opto, vt vehementer velim tecum &c. *eſt formula iurandi.* 4. & eorum, qui me amabant. 5. quocum. 6. amici. 7. ſuam voluntatem erga me immutauerint. 8. ſane. 9. vellem traducere. 10. ex neceſſitate.

11. ſaepius

Digitized by Google

non licet; quam ſermones eorum, qui frequen-
tant[11] domum meam, excepto vno, aut ſum-
mum[12], altero. Itaque vtor eodem perfugio, quo 5
tibi vtendum[13] cenſeo, litterulis[14] noſtris, prae-
terea conſcientia[15] etiam conſiliorum meorum.
Ego enim is ſum, quemadmodum tu facillime 6
potes exiſtimare, qui nihil vnquam mea[16] po-
tius, quam meorum ciuium cauſſa, fecerim: cui
niſi inuidiſſet is[17], quem tu nunquam amaſti (me
enim amabas) & ipſe beatus[18] eſſet, & omnes bo-
ni[19]. Ego ſum qui nullius vim plus valere volui[20], 7
quam honeſtum otium, idemque[21], cum illa ipſa
arma[22], quae ſemper timueram, plus poſſe penſi,
quam illum conſenſum bonorum[23], quem ego
idem[24] effeceram, quauis[25] tuta conditione pa-
cem accipere malui, quam viribus[26] cum valen-
tiore pugnare. Sed & haec, & multa alia co- 8
ram[27] breui tempore licebit[28]. neque me tamen
vlla res alia Romae tenet, niſi exſpectatio rerum
Africanarum[29]. videtur enim mihi res in propin-
quum

11. ſaepius veniunt in domum meam. 12. auffs höchſte. 13. eſſe. 14. ſtudiis. 15. vtor conſcientia &c. id eſt, gaudeo ideo, quoniam ſcio, quod ſemper habuerim recta conſilia. 16. mea cauſſa, propter me; in conſideratione mei commodi priuati. 17. Caeſar. 18. felix. 19. eſſent felices. 20. ego ſum ille, qui nunquam volui, vt vlla vis plus valeret efficere. 21. & ego etiam. 22. Caeſaris. 23. qui ſunt in partibus Pompeii. 24. quem conſenſum ego quoque effeceram. 25. ſub quauis. 26. armis. 27. mündlich. 28. prolixius enarrare. 29. earum rerum, quae in Africa a Scipione, Catone, rege Iuba & aliis Pompeianis, contra Caeſarem geruntur.

30. eſſe.

Digitized by Google

9 quum adducta[30] diſcrimen[31]. Puto autem mea
nonnihil intereſſe[32], (quamquam id ipſum, quid
interſit[33], non ſane intelligo:) veruntamen quid-
quid illinc[34] nuntiatum ſit, non longe abeſſe ve-
10 lim a conſiliis[35] amicorum. Eſt enim res iam in
eum locum adducta, vt quamquam multum in-
terſit inter eorum[36] cauſſas, qui dimicant; tamen
inter victorias non multum interfuturum pu-
11 tem[37]. Sed plane animus, qui dubiis rebus[38] for-
ſitan fuerit infirmior, deſperatis[39] confirmatus
eſt multum[40]: quem etiam ſuperiores litterae[41]
confirmarunt. quibus[42] intellexi, quam fortiter
iniuriam ferres: iuuitque[43] me, tibi cum ſum-
mam humanitatem, tum etiam tuas litteras[44]
12 profuiſſe. Verum[45] enim ſcribam, teneriore
mihi animo videbare, ſicut omnes[46] fere, qui
vita ingenua[47], in beata[48] ciuitate & in libera
13 viximus. Sed vt[49] illa ſecunda[50] moderate tu-
limus; ſic hanc non ſolum aduerſam, ſed etiam
funditus euerſam fortunam fortiter ferre debe-
mus: vt hoc ſaltem in maximis malis boni[51] con-
ſequa-

30. eſſe. 31. periculum. 32. ad meam vtilitatem quodammodo pertinere. 33. mea. 34. ex Africa. 35. optarem conſentire cum conſiliis. 36. Caeſaris & Pompeii. 37. vt putem tamen, inter vtriusque victorias non magnam differentiam, ſed vtramque crudelem fore. 38. in dubiis. 39. in rebus. 40. valde erectus, ermuntert. 41. tuae. 42. ex quibus litteris. 43. delectauitque. 44. ſtudia, eruditionem. 45. die Wahrheit. 46. nos. 47. redlichen. 48. felici. 49. quemadmodum. 50. res ſecundas. 51. bonum hoc.

52. quo,

ſequamur, vt mortem, quam etiam beati contemnere debeamus, propterea quod[52] nullum ſenſum eſſet habitura; nunc ſic adfecti[53] non modo contemnere debeamus, ſed etiam optare. Tu, 14
ſi me diligis, fruere iſto otio, tibique perſuade, praeter culpam, ac peccatum, qua[54] ſemper caruiſti, & carebis, homini accidere nihil poſſe, quod ſit horribile aut pertimeſcendum. Ego, ſi 15
videbitur recte[55] fieri poſſe, ad te veniam breui: ſi quid acciderit, vt mutandum conſilium[56] ſit, te certiorem faciam ſtatim. Tu ita fac cupidus 16
mei videndi ſis[57], vt iſtinc te ne moueas[58] tam infirma valetudine[59], niſi ex me prius quaeſieris per litteras, quid te velim facere. Me velim, vt facis, diligas, valetudinique tuae & tranquillitati animi ſeruias[60]. Vale.

M.TVL-

52. quoniam mors. 53. vexati. 54. culpe. 55. commode. 56. mei itineris. 57 tuam me videndi cupiditatem ita moderari debes. 58. vt ex loco tuo non diſcedas. 59. in tam infirmo ſtatu valetudinis tuae. 60. obſerues tuam.



Digitized by Google

# M. TVLLII CICERONIS EPISTOLARVM AD FAMILIARES

# LIBER VI.

## I.

## M. CICERO A. TORQVATO S. D.

*Aulum Torquatum, qui Pompeio victo, cuius partes ſecutus fuerat, Athenis exſulabat, conſolatur, vt abſentiam ab vrbe aequo animo ferat, quia turbata ſint omnia, & qui praeſentes ſint multa cernant, quae nolint videre. Addit ſpem reditus nonnullam, hortaturque, vt virtute ſe ſuſtentet & recti conſcientia: etiam ex ciuitate, in qua exſulet, & Sulpicii conſuetudine leuamen petat. Scripta bello Hiſpanienſi.*

ETſi ea perturbatio eſt [1] omnium rerum, vt ſuae quemque fortunae [2] maxime poeniteat, nemoque ſit, quin vbiuis, quam ibi, vbi eſt, eſſe malit: tamen mihi dubium non eſt, quin hoc tempore, bono viro Romae eſſe miſer-
2 rimum ſit. Nam etſi quocunque in loco quisquis eſt, idem eſt ei ſenſus [3], & eadem acerbitas [4] ex in-

LIBER VI.

I.

1. hoc tempore. 2. ſtatus. 3. Empfindligkeit. 4. dolor idem.



5. dolor.

ex interitu rerum & publicarum & ſuarum: ta-
men oculi augent dolorem[5], qui[6] ea, quae ceteri
audiunt, intueri coguntur, nec auertere a miſeriis
cogitationem ſinunt. Quare & ſi multarum re- 3
rum deſiderio te angi neceſſe eſt, tamen illo do-
lore, quo maxime te confici[7] audio, quod[8] Ro-
mae non ſis, animum tuum libera. Etſi enim cum 4
magna moleſtia tuos tuaque deſideras, tamen illa
quidem, quae requiris[9], ſuum ſtatum tenent: nec
melius, ſi tu adeſſes, tenerent: nec ſunt vllo in
proprio periculo: nec debes tu, cum de tuis[10]
cogitas, aut praecipuam aliquam fortunam[11] po-
ſtulare, aut communem[12] recuſare. De te au- 5
tem ipſo, Torquate, eſt tuum[13], ſic agitare ani-
mo[14], vt non adhibeas in conſilium cogitationum
tuarum deſperationem, aut timorem: nec enim
is[15], qui in[16] te adhuc iniuſtior, quam tua digni-
tas poſtulabat, fuit, non magna ſigna dedit animi
erga te mitigati. nec tamen is ipſe[17], a quo ſalus
petitur, habet explicatam[18], aut exploratam[19]
rationem[20] ſalutis ſuae. Cumque omnium bel- 6
lorum exitus incerti ſint, ab altera[21] victoria tibi
periculum nullum eſſe perſpicio, quod quidem
ſeiunctum ſit ab omnium interitu; ab altera[22] te
ipſum nunquam timuiſſe certo ſcio. Reliquum 7
eſt, vt te id ipſum, quod ego quaſi conſolationis
loco

5. dolor tamen augetur, quando oculis noſtris videmus calamitatem. 6. oculi. 7. vexari. 8. quia. 9. videre cupis. 10. an die deinigen. 11. ein beſſeres Glück vor andern. 12. fortunam. 13. tui officii eſt. 14. cogitare. 15. Caeſar. 16. contra. 17. Pompeius. 18. tutam. 19. certam. 20. ſtatum. 21. Caeſaris. 22. Pompeii victoria.



Digitized by Google

loco pono, maxime excruciet, commune[23] pe-
riculum reipublicae, cuius tanti mali, quamuis do-
cti viri multa dicant, tamen vereor[24], ne conſo-
latio vlla poſſit vera reperiri praeter illam, quae
tanta eſt, quantum in cuiusque animo roboris eſt
8 atque neruorum[25]. Si enim bene ſentire, recte-
que facere ſatis eſt[26] ad bene beateque[27] viuen-
dum, vereor, ne eum, qui ſe optimorum conſilio-
rum conſcientia ſuſtentare poſſit, miſerum eſſe
9 nefas ſit dicere. Nec enim nos arbitror victoriae
praemiis ductos[28] patriam olim, & liberos, & for-
tunas[29] reliquiſſe; ſed quoddam nobis officium
iuſtum & pium, & debitum reipub. noſtraeque di-
gnitati videbamur ſequi: nec cum[30] id facieba-
mus, tam eramus amentes[31], vt explorata[32] no-
10 bis eſſet victoria. Quare ſi id euenit, quod in-
gredientibus nobis in cauſſam[33] propoſitum fuit,
accidere poſſe[34], non debemus ita cadere[35] ani-
mis, quaſi aliquid euenerit, quod fieri poſſe nun-
11 quam putarimus. Simus igitur ea mente, quam
ratio & veritas praeſcribit: vt nihil in vita nobis
praeſtandum[36] praeter culpam putemus: ea-
que[37] cum careamus, omnia humana[38] placate[39]
& mo-

23. nempe commune. 24. vereor tamen, ne vlla vera conſolatio huius tanti mali reperiri poſſit. 25. quantum quisque roboris ac conſtantiae & fortitudinis habet in animo ſuo. 26. ſufficit. 27. feliciterque. 28. per praemia victoriae allectos. 29. noſtras. 30. dum. 31. ſtulti. 32. certa. 33. cum ingrederer & accederem ad cauſſam & partes Pompeii. 34. quare ſi euenit, id accidere poſſe. 35. deſperare. 36. daſs wir vor nichts gut ſeyn vnd cauiren müſſen. 37. hac culpa. 38. omnes caſus humanos. 39. animo tranquillo.

40. dabis.

Digitized by Google

& moderate feramus. Atque haec eo[40] pertinet 12
oratio, vt perditis rebus omnibus[41], tamen ipſa
virtus ſe ſuſtentare poſſe videatur. Sed ſi eſt ſpes
aliqua rebus communibus[42], ea[43] tu, quicunque
ſtatus[44] eſt futurus, carere non debes. Atque 13
haec mihi ſcribenti veniebat in mentem, me eum
eſſe, cuius tu deſperationem accuſare ſolitus eſ-
ſes, quemque auctoritate tua cunctantem & diſ-
fidentem excitare[45]. Quo quidem tempore non 14
ego cauſſam noſtram, ſed conſilium improba-
bam. ſero[46] enim nos iis armis[47] adverſari vide-
bam, quae multo ante confirmata[48] per noſmet-
ipſos erant: dolebamque pilis[49] & gladiis, non
conſiliis neque auctoritatibus noſtris de iure publi-
co[50] diſceptari. Neque ego ea, quae facta ſunt, 15
fore cum dicebam, diuinabam futura[51]: ſed quod
& fieri poſſe, & exitioſum fore, ſi eueniſſet, vide-
bam, id ne accideret timebam[52]: praeſertim cum,
ſi mihi alterutrum[53] de euentu atque exitu rerum
promittendum eſſet, id futurum, quod euenit,
exploratus poſſem promittere[54]. Iis enim rebus 16
praeſta-

40. dahin. ideo hoc ſcribo. 41. licet omnia perdita ſint. 42. in rebus. 43. ſpe. 44. reipublicae. 45. ſolitus eſſes. 46. nimis ſero. 47. Caeſaris. 48. verſtärcket; dum Pompeius Caeſari prorogauerat imperium in Gallia, conſentiente ſenatu. 49. iaculis. 50. ſummo imperio. 51. neque ego diuinare poteram, ea futura eſſe, quae facta ſunt, cum dicebam ea fore. 52. ſed timebam ne id accideret, quod videbam & fieri poſſe & exitioſum fore, ſi id eueniſſet. 53. eines von beyden. 54. praeſertim, cum exploratius atque certius poſſem promittere, id futurum eſſe, quod euenit, ſi mihi alterutrum de exitu rerum promittendum eſſet.



Digitized by Google

præſtabamus[55], quae non prodeunt in faciem[56]: vſu[57] autem armorum, & militum robore inferiores eramus. Sed tu illum animum nunc adhibe quaeſo, quo me tum eſſe oportere cenſebas.
17 Haec eo[58] ſcripſi, quod[59] mihi nunc Philargyrus tuus[60] omnia de te requirenti fideliſſimo animo, vt mihi quidem viſus eſt, narrauit, te interdum ſollicitum ſolere eſſe vehementius: quod facere non debes, nec dubitare, quin, aut aliqua rep.[61] ſis futurus, qui eſſe debes: aut perdita[62],
18 non afflictiore[63] conditione, quam ceteri. Hoc vero tempus, quo exanimati omnes & ſuſpenſi[64] ſumus, hoc[65] moderatiore animo ferre debes, quod[66] & in vrbe ea es, vbi nata & alta[67] eſt ratio[68] ac moderatio vitae, & habes[69] Seruium Sulpicium, quem ſemper vnice[70] dilexiſti: qui te profecto & beneuolentia[71], & ſapientia conſolatur: cuius ſi eſſemus & auctoritatem & conſilium ſecuti, togati[72] potius potentiam, quam armati
19 victoriam ſubiſſemus. Sed haec longiora fortaſſe fuerunt[73], quam neceſſe fuit: illa quae maiora

55. ſuperiores eramus in iis rebus & fortiores, quam Caeſar. 56. was nicht ſo gleich in die Augen fället. 57. exercitatione, experientia rei militaris. 58. ideo, ea fini. 59. quia. 60. libertus. 61. ſi aliqua reſp. manebit. 62. ſi perdita erit reſp. 63. quin futurus ſis in non peiore conditione. 64. dubii de rebus futuris & euentu belli. 65. decto. 66. quoniam. 67. educata, ſuſtentata. 68. vernünfftige Einrichtung. 69. tecum. 70. vehementer. 71. per ſuam beneuolentiam. 72. nos potius obtinuiſſemus potentiam in toga, cum hoc tempore neceſſe habeamus quaerere victoriam per arma. 73. a me ſcripta prolixius.



Digitized by Google

iora ſunt, breuius exponam. Ego habeo cui 20
plus, quam tibi debeam, neminem: quibus[74] tantum debebam, quantum tu intelligis, eos mihi huius belli[75] caſus eripuit. qui ſim autem hoc tem- 21
pore, intelligo: ſed quia nemo eſt tam afflictus, qui, ſi nihil aliud ſtudeat, niſi id, quod agit, non poſſit nauare aliquid & efficere[76]: omne meum conſilium, operam, ſtudium certe velim exiſtimes tibi tuisque liberis eſſe debitum. Vale.

74. eos amicos, quibus. 75. ciuilis. 76. qui non poſſit praeſtare aliquid & efficere, ſi nihil aliud etiam ſtudeat, quam id, quod agit.

## II.

## M. T. C. A. TORQVATO S. D.

*Excuſat quod rarius ſcripſerit: ſolatur ex ſpe meliorum temporum, propter quam non ſit, quod timeas: ſaltim ex communi omnium conditione, ideoque aequius ferenda.*

PEto a te, ne me putes obliuione[1] tui rarius ad te ſcribere, quam ſolebam: ſed aut grauitate valetudinis, qua[2] tamen iam paullulum videor leuari, aut quod[3] abſim ab vrbe[4], vt[5] qui ad te proficiſcantur, ſcire non poſſim. Quare velim 2
ita ſtatutum[6] habeas, me tui memoriam cum ſumma beneuolentia tenere, tuasque omnes res non minori mihi curae, quam meas eſſe. Quod ma- 3
iore in varietate verſata eſt adhuc tua cauſſa, quam

II.

1. ex quadam. 2. a qua. 3. quoniam. 4. Roma. 5. vt eos. 6. credas.

quam homines aut volebant, aut opinabantur,
mihi crede, non eſt pro malis[7] temporum, quod
4 moleſte feras. Neceſſe eſt enim, aut armis vr-
geri rempub. ſempiternis: aut his poſitis[8], recrea-
5 ri aliquando, aut funditus interire. Si arma va-
lebunt[9], nec eos, a quibus reciperis[10], vereri[11]
debes; nec eos[12] quos adiuuiſti: ſi, armis aut
conditione poſitis[13], aut defatigatione abiectis,
aut victoria[14] detractis, ciuitas[15] reſpirauerit;
6 & dignitate frui tibi & fortunis licebit[16]. Sin
omnino interierint omnia, fueritque is exitus[17],
quem vir prudentiſſimus M. Antonius iam tum
timebat, cum tantum inſtare malorum[18] ſuſpica-
batur, miſera eſt illa quidem conſolatio, tali prae-
ſertim ciui & viro[19], ſed tamen neceſſaria[20]:
NIHIL ESSE PRAECIPVE[21] CVIQVAM
DOLENDVM IN EO, QVOD ACCIDIT
7 VNIVERSIS: Quae vis[22] inſit in his paucis ver-
bis (plura enim committenda epiſtolae non erant)
ſi attendes, quod facis, profecto etiam ſine meis
litteris intelliges, te aliquid habere, quod ſperes:
nihil[23] quod aut hoc[24], aut aliquo reipub. ſtatu
timeas:

7. non habes cauſſam, cur id moleſte feras, quoniam haec tempora magnam ſecum habent calamitatem. 8. ſi arma poſita ſint. 9. diutius manebunt. 10. qui te recipiunt. 11. timere. 12. vereri debes. 13. ſi arma vero poſita erant aut per conditiones pacis, durch einen gütlichen Vergleich. 14. per victoriam. 15. Romana. 16. tunc tu etiam poteris frui dignitate tua priſtina & fortunis. 17. belli. 18. tantam multitudinem malorum. 19. qualis tu es. 20. eſt illa conſolatio. 21. quod nemo praecipuum dolorem habere in eo debeat. 22. emphaſis, Nachdruck. 23. te vero nihil habere. 24. in hoc praeſenti. 25. cum

timeas: omnia ſi interierint, cum ſuperſtitem te
eſſe reipub. ne, ſi liceat, quidem velis [25], feren-
dam [26] eſſe fortunam [27], praeſertim quae abſit a
culpa [28]. Sed haec haſtenus [29]. Tu velim ſcri- 8
bas ad me quid agas, & vbi futurus ſis, vt, aut
quo ſcribam [30], aut quo [31] veniam, ſcire poſſim.
Vale.

25. cum nequidem velis ſuperſtes eſſe reip. etiamſi id tibi liceat. 26. intelliges, ferendam eſſe. 27. aduerſam. 28. praeſertim eam fortunam, quae tibi non facta eſt aduerſa per tuam culpam. 29. ſufficiant. 30. quorſum ſcribere debeam. 31. quorſum venire debeam.

## III.

## M. T. C. A. TORQVATO. S. D.

*Conſolatur ita, vt bene actum cum iis putet, qui ante exitum ciuilis belli ex vita deceſſerint. Miſerius enim morte eſſe, ita viuere, vt poſt alteriusvtrius partis victoriam viuendum eſſe diuinat. Addit grauiorem conſolationem, viuo, quod vacuus ſit culpa: mortuo, quod cariturus ſit ſenſu. Scripta proxime poſt primam epiſtolam, ante ſecundam.*

SVperioribus litteris beneuolentia [1] magis adductus [2], quam quod res ita poſtularet, fui longior. Neque enim confirmatione [3] noſtra egebat virtus tua: neque erat ea mea cauſſa [4] atque fortuna, vt, cui ipſi omnia deeſſent [5], alterum confirmarem [6]. Hoc

III.

1. per beneuolentiam erga te. 2. commotus. 3. ſolatio. 4. ſtatus. 5. cum mihi ipſi deeſſent omnia. 6. erigerem, conſolarer.



Digitized by Google

2 Hoc item [7] tempore breuior eſſe debeo. ſiue enim
nihil tum [8] opus fuit tam multis verbis, nihilo ma-
gis [9] nunc opus eſt: ſiue tum opus fuit [10], illud ſatis
3 eſt, praeſertim tum acceſſerit [11] nihil noui. Nam
etſi quotidie aliquid audimus earum rerum, quas
ad te perferri exiſtimo; ſumma [12] tamen eadem eſt,
& idem exitus: quem ego tam [13] video animo,
quam ea, quae oculis cernimus. nec vero quid-
quam video, quod non idem te videre certo ſcio.
4 Nam etſi, quem exitum acies [14] habitura ſit, diui-
nare nemo poteſt; tamen & belli exitum video: &,
ſi id minus [15], hoc quidem certe [16], cum ſit neceſſe
alterumutrum [17] vincere, qualis futura ſit, vel
haec, vel illa victoria. Idque cum optime per-
ſpexi, tale video, nihil vt mali videatur futurum,
ſi id vel ante acciderit, quod vel maximum ad ti-
5 morem proponitur [18]. Ita enim viuere, vt tum
ſit viuendum [19], miſerrimum eſt: mori autem ne-
mo ſapiens miſerum duxit [20], ne beato quidem [21].
6 Sed in ea es vrbe [22], in qua haec [23], vel plura & or-
natiora [24] parietes ipſi [25] loqui poſſe videantur.
Ego tibi hoc confirmo, etſi leuis eſt conſolatio ex
miſeriis

7. pariter. 8. illo tempore, quo ſuperiores litteras ad te ſcripſi. 9. eben ſo wenig. 10. tam multis verbis. 11. factum ſit. 12. der Innhalt iſt immer einerley. 13. tam bene & accurate. 14. praelium Hiſpanienſe. 15. minus recte video. 16. video. 17. alterutrum, einen von beyden, aut Caeſarem, aut Pompeium. 18. nempe mors. 19. vti nos oportebit viuere poſt exitum belli. 20. putauit. 21. & nemo etiam ſapiens putauit, miſerum eſſe mori vel homini feliciſſimo. 22. Athenis. 23. quae ego non diſſero. 24. viel netter vnd eigentlicher. 25. in auditoriis philoſophorum.

26. te

Digitized by Google

miſeriis aliorum; nihilo te nunc maiore in diſcrimine[26] eſſe, quam quemuis aut eorum, qui diſceſſerint[27], aut eorum, qui remanſerint[28]: alteri dimicant, alteri victorem timent. Sed haec con- 7
ſolatio leuis eſt: illa grauior, qua te vti ſpero, ego certe vtor. nec enim, dum ero[29], angar vlla re, cum omni vacem culpa[30]: &, ſi non ero[31], ſenſu omnino carebo[32]. ſed rurſus γλαῦκα εἰς Ἀθήνας[33], 8
qui ad te haec[34]. Mihi tu, tui, tua omnia maxime curae ſunt, & dum[35] viuam, erunt. Vale.

26. te in non maiore periculo eſſe. 27. ex Roma. 28. in vrbe Roma. 29. quamdiu viuam. 30. cum ego liber ſim ab omni culpa. 31. ſi non amplius viuam. 32. ego tunc nihil amplius ſentiam. 33. ſed ego porto *noctuas Athenas*, id eſt, fruſtra haec & ſuperuacanee ad te haec ſcribo. 34. ſcribo. 35. quamdiu.

## IV.

## M. T. C. A. TORQVATO S. D.

*Breui ante exitum belli Hiſpanienſis, quem inſtare videt, & bellum non diuturnum inde auguratur, ſolatium, qualecunque poteſt in re trepida, adhibet: & ſtudium ac diligentiam ſuam pollicetur.*

NOui, quod ad te ſcriberem, nihil erat: & tamen ſi quid[1] eſſet, ſciebam te a tuis certiorem fieri ſolere. De futuris autem rebus etſi ſemper 2
difficile eſt dicere, tamen interdum coniectura[2] poſſis propius accedere, cum res eſt eiuſmodi[3], cuius exitus prouideri poſſit. Nunc tantum[4] vi- 3
demur

IV.

1. noui. 2. per coniecturam. 3. quando res ita eſt comparata. 4. hoc.

5. fore,

Digitized by Google

demur intelligere non diuturnum[5] bellum: etſi id ipſum nonnullis videatur ſecus[6]. Equidem cum haec ſcribebam, aliquid iam actum[7] putabam: non quo[8], ſed quod[9] difficilis erat coniectura.
4 Nam cum omnis belli Mars communis[10], & cum[11] ſemper incerti exitus proeliorum ſunt; tum hoc tempore ita magnae vtrimque[12] copiae, ita paratae ad pugnandum eſſe dicuntur, vt vter-
5 cumque[13] vicerit, non ſit mirum futurum[14]. Illa in dies ſingulos magis, magisque opinio hominum confirmatur, etiamſi inter cauſſas armorum aliquantum interſit[15], tamen inter victorias non multum interfuturum[16]. Alteros[17] propemodum iam ſumus experti: de altero[18] nemo eſt, quin congitet, cum[19] ſit metuendus iratus victor
6 armatus. Hoc loco ſi videor augere dolorem tuum, quem conſolando[20] leuare debeam; fateor me communium malorum conſolationem nullam inuenire, praeter illam[21]; quae tamen, ſi poſſis eam ſuſcipere[22], maxima eſt, quaque ego quotidie magis vtor: conſcientiam rectae voluntatis[23] maximam conſolationem eſſe rerum incom-

5. fore. 6. etſi nonnulli aliter de euentu belli nunc iudicent. 7. eſſe, praelium habitum eſſe. 8. non ac ſi ego id certo ſcirem. 9. quia. 10. quoniam bellum vtrique parti pugnantium poteſt eſſe felix. 11. quoniam. 12. ex vtraque parte Caeſaris ac Pompeii. 13. welcher von beyden. 14. mirum id videri non debeat. 15. aliqua differentia ſit. 16. non magnam futuram eſſe differentiam. 17. Pompeianos. 18. Caeſare. 19. quam valde. 20. per conſolationem meam. 21. conſolationem, quae nunc ſequitur. 22. admittere, recipere. 23. recti conſilii, quod ſcio me habuiſſe.

24. in

Digitized by Google

incommodarum[24]: nec[25] eſſe vllum magnum malum praeter culpam[26]: a qua cum tantum[27] abſumus, vt etiam optime ſenſerimus[28]; euentusque magis noſtri conſilii, quam conſilium reprehendatur: & cum praeſtitimus[29], quod debuimus[30]; moderate, quod euenit, feramus. Sed 7
hoc mihi tamen non ſumo[31], vt te conſoler de communibus miſeriis: quae ad conſolandum maioris ingenii, & ad ferendum[32] ſingularis virtutis[33] indigent. Illud cuiuis facile eſt docere[34], 8
cur praecipue tu dolere nihil debeas. Eius[35] enim, qui tardior in te leuando fuit, quam fore putaramus, non eſt mihi dubia de tua ſalute ſententia[36]: de aliis autem non arbitror te exſpectare quid ſentiam. Reliquum eſt vt te angat, quod 9
abſis a tuis tamdiu: res moleſta[37], ab iis praeſertim pueris[38], quibus nihil poteſt eſſe feſtiuius[39]. ſed, vt antea ad te ſcripſi, tempus eſt huiusmodi[40], vt ſuam quisque conditionem miſerrimam[41] putet, & vbi quisque ſit, ibi eſſe minime velit.
Equidem nos, quod Romae ſumus, miſerrimum 10
eſſe duco[42]: non ſolum quod[43] in malis omnibus

24. in rebus aduerſis. 25. & ſcio etiam hoc, quod nullum ſit magnum malum. 26. ein muthwilliges Verſehen. 27. in tantum, vsque adeo. 28. vt etiam ſemper bonam ſententiam habuerimus. 29. id fecimus. 30. facere. 31. praeſumo. das nehme ich mir nicht heraus. 32. malum. 33. conſtantiae. 34. quilibet hoc facile poteſt dicere. 35. Caeſaris. 36. nam non eſt mihi dubia ſententia eius de ſalute tua, qui &c. 37. quidem eſt. 38. abeſſe a liberis tuis, & iis quidem. 39. die ſo gar artig vnd manierlich ſind. 40. tempora noſtra ita ſunt comparata. 41. eſſe. 42. puto. 43. quia.

44. quia

Digitized by Google

bus acerbius eſt videre, quam audire, ſed etiam
quod[44] ad omnes caſus ſubitorum periculorum
magis obiecti ſumus, quam ſi abeſſemus[45]. etſi
me ipſum, conſolatorem tuum, non tantum lit-
terae[46], quibus ſemper ſtudui, quantum longin-
11 quitas[47] temporis mitigauit. Quanto[48] fuerim
dolore meminiſti. in quo prima illa conſolatio
eſt, vidiſſe me plus quam ceteros, cum cupiebam,
quamuis iniqua conditione, pacem. quod etſi
caſu, non diuinatione mea factum eſt[49], tamen
12 in hac inani prudentiae laude delector[50]. Dein-
de quod mihi ad conſolationem commune tecum
eſt, ſi iam vocer ad exitum vitae[51], non ab ea
repub. auellar, qua carendum eſſe doleam[52],
praeſertim cum id ſine vllo ſenſu[53] futurum ſit.
13 Adiuuat[54] etiam aetas[55] & acta iam vita: quae
cum curſu ſuo bene confecto delectatur, tum ve-
tat in eo[56] vim timere, quo[57] nos iam natura ipſa
14 paene perduxerit. Poſtremo is vir[58], vel etiam
ii viri[59] hoc bello[60] occiderunt, vt impudentia
videatur eandem fortunam[61], ſi res cogat[62], re-
cuſare. equidem mihi omnia propono: nec
vllum eſt tantum malum, quod non putem im-
15 pendere[63]. Sed cum plus in metuendo mali
ſit[64],

44. quia. 45. ab vrbe. 46. philoſophia. 47. diuturnitas. 48. in quanto. 49. etſi id factum eſt caſus non vero ex quadam mea diuinatione. 50. quod ego id divinaui. 51. mortem. 52. vt dolerem, ſi illa deberem carere. 53. ohne einige Empfindligkeit. 54. delectat me etiam. 55. ſenectus mea. 56. darinne. 57. wohin. 58. Pompeius. 59. clari Pompeiani. 60. in hoc. 61. aduerſam, ſtatum. 62. ſi neceſſitas id poſtulet. 63. imminere.

64. ſed

Digitized by Google

ſit [64], quam in illo ipſo, quod timetur; deſino [65]; praeſertim cum [66] impendeat, in quo non modo dolor nullus, verum finis etiam doloris futurus ſit. Sed haec ſatis multa [67], vel plura potius, 16
quam neceſſe fuit. facit autem non loquacitas mea, ſed beneuolentia [68] longiores epiſtolas. Seruium diſceſſiſſe Athenis moleſte tuli: non 17
enim dubito, quin magnae tibi leuationi [69] ſit ſolitus eſſe [70] quotidianus congreſſus [71], & ſermo [72] cum familiariſſimi hominis, tum optimi, & prudentiſſimi viri. Tu velim te, vt debes, & soles, 18
tua virtute ſuſtentes [73]: ego quae te velle, quaeque ad te, & ad tuos pertinere arbitrabor, omnia ſtudioſe diligenterque curabo: quae cum faciam, beneuolentiam tuam erga me imitabor, merita [74] non adſequar [75]. Vale.

64. ſed cum maius malum ſit in metu. 65. iam finem facio ſeribendi. 66. illud. 67. ſunt ſcripta. 68. erga te. 69. ſolatio. 70. würde haben ſeyn können. 71. converſatio. 72. colloquium. 73. erigas. 74. erga me tua. 75. adſequi & paria illis facere non potero.

## V.

## M. T. C. A. CAECINAE S. D.

*A. Caecina, Pompei partes in bello ſecutus, etiam ſcripto libro Caeſarem offenderat. Ob id patria carentem ſolatur Cicero, & bene ſperare de ſe & fortunis ſuis iubet. Scripta videtur inter Africanum & Hiſpanienſe bellum medio tempore.*

QUotieſcunque filium tuum video (video autem fere quotidie) polliceor ei ſtudium quidem meum, & operam ſine vlla exceptione aut laboris [1],

Digitized by Google

boris [1], aut occupationis, aut temporis; gratiam [2] autem atque auctoritatem, cum hac exceptione,
2 quantum valeam, quantumque poſſim. Liber tuus & lectus eſt, & legitur a me diligenter, & cuſtoditur diligentiſſime. Res [3], & fortunae tuae mihi maximae curae ſunt: quae quidem quotidie faciliores mihi & meliores videntur, multisque video magnae eſſe curae [4], quorum de ſtudio [5], & de ſua ſpe filium ad te perſcripſiſſe certo ſcio.
3 His autem de rebus, quas coniectura [6] conſequi poſſumus, non mihi ſumo [7], vt plus ipſe proſpiciam [8], quam te videre atque intelligere mihi per-
4 ſuaſerim. Sed tamen quia fieri poteſt, vt tu ea [9] perturbatiore [10] animo cogites, puto eſſe meum [11],
5 quid ſentiam, exponere. Ea natura [12] rerum eſt, & is temporum curſus, vt non poſſit iſta aut tibi, aut ceteris fortuna [13] eſſe diuturna: neque haerere [14] in tam bona cauſſa & in tam bonis ciuibus tam
6 acerba iniuria. Quare ad eam ſpem, quam extra ordinem de te ipſo habemus, non ſolum propter dignitatem & virtutem tuam, (haec enim ornamenta ſunt tibi etiam cum aliis communia) accedunt tua praecipua [15] propter eximium ingenium ſummamque virtutem: cui mehercules hic [16], cuius

V.

1. mei. 2. fauorem apud alios. 3. familiaris. 4. & video, quod multi curam gerant rerum tuarum. 5. Dienſtgefliſſenheit. 6. per coniecturam. 7. id praeſumo. 8. videam coniiciendo prudenter. 9. haec. 10. animo magis perturbato quam meus animus eſt. 11. mei officii. 12. Beſchaffenheit, conditio. 13. aduerſa. 14. poſſit manere pertinaciter. 15. prae aliis eminentia bona. 16. Caeſar.

17. quae

Digitized by Google

cuius in poteſtate ſumus, multum tribuit[17]. Ita- 7
que ne punctum[18] quidem temporis in iſta fortu-
na[19] fuiſſes, niſi eo ipſo bono tuo, quo delectatur,
ſe violatum putaſſet[20]. quod ipſum lenitur quoti-
die, ſignificaturque nobis ab iis, qui ſimul cum eo[21]
viuunt, tibi hanc ipſam opinionem ingenii apud
ipſum[22] plurimum profuturam. Quapropter 8
primum fac animo forti atque magno ſis: ita enim
natus[23], ita educatus, ita doctus es, ita etiam co-
gnitus, vt tibi id faciendum ſit: deinde ſpem quo-
que habeas firmiſſimam propter eas cauſſas, quas
ſcripſi. a me vero tibi omnia liberisque tuis para-
tiſſima eſſe confidas velim: id enim & vetuſtas no-
ſtri amoris, & mea conſuetudo in meos[24], & tua
multa erga me officia poſtulant. Vale.

17. quae Caeſar maximi aeſtimat. 18. auch nicht ei-
nen Augenblick. 19. aduerſa. 20. niſi Caeſar putaſſet,
haec ipſa tua praecipua bona ſibi maximo impedimento
fuiſſe. 21. Caeſare. 22. Caeſarem. 23. ortus a nobiliſ-
ſima familia. 24. erga meos amicos.

## VI.

## M. T. C. A. CAECINAE S. D.

*Conſolatur diuinatione melioris fortunae ſumta ex ingenio Caeſaris & natura rerum ac temporum: propoſita fortitudinis laude & conſcientia recte factorum: quibus addit communis calamitatis & turbatae reip. argumentum.*

VEreor ne deſideres[1] officium meum: quod[2]
tibi pro noſtra & meritorum multorum, &
ſtudio-

VI.
1. Vermiſſeſt. 2. quoniam.

ſtudiorum, & partium coniunctione[3] deeſſe non debet: ſed tamen vereor, ne litterarum a me officium requiras: quas tibi & ſaepe & iam pridem miſiſſem, niſi quotidie melius[4] exſpectans, gratulationem, quam confirmationem[5] animi tui,
2 complecti litteris[6] maluiſſem. Nunc, vt ſpero, breui gratulabimur[7]: itaque in aliud tempus id argumentum[8] epiſtolae differo. His autem litteris animum tuum, quem minime imbecillum eſſe & audio & ſpero, etſi non ſapientiſſimi, at amiciſſimi hominis[9] auctoritate, confirmandum etiam atque etiam[10] puto: nec iis quidem verbis, quibus te conſoler, vt[11] adflictum[12], & iam omni ſpe ſalutis orbatum, ſed vt[13] eum, de cuius incolumitate non plus[14] dubitem, quam te memini dubi-
3 tare de mea. Nam cum me ex repub. expuliſſent ii, qui illam cadere poſſe, ſtante me[15], non putarunt; memini me ex multis hoſpitibus[16], qui ad me ex Aſia, in qua tu eras, venerant, audire, te de glorioſo & celeri reditu meo[17] confirmare[18].
4 Si te ratio quaedam Etruſcae diſciplinae[19], quam a patre[20], nobiliſſimo atque optimo viro, acceperas, non fefellit, nec nos quidem noſtra diuinatio fallet, quam cum ſapientiſſimorum viro-
rum

3. dum vterque adhaeſimus Pompeio. 4. tempus. 5. conſolationem. 6. perſcribere. 7. tibi. 8. gratulatorium. 9. qualis ego ſum erga te. 10. vehementer. 11. tanquam. 12. miſerum & calamitoſum. 13. tanquam. 14. eben ſo wenig. 15. ſi ego manerem incolumis. 16. cum quibus ego ius hoſpitii habebam. 17. ex exſilio. 18. ipſis confirmationem dediſſe. 19. diſciplinae diuinatoriae, quae ſuam originem olim habuit in Etruria. 20. tuo.

21. ex

Digitized by Google

tum monimentis[21] atque praeceptis, plurimoque,
vt tu ſcis, doctrinae[22] ſtudio, tum magno etiam
vſu[23] tractandae reipub. magnaque noſtrorum
temporum varietate conſecuti ſumus. cui quidem 5
diuinationi hoc plus[24] confidimus, quod[25] ea
nos nihil[26] in his tam obſcuris rebus tamque per-
turbatis vnquam omnino feſellit. Dicerem[27] 6
quae antea futura dixiſſem[28], ni vererer, ne ex
euentis fingere viderer[29], ſed tamen plurimi ſunt
teſtes, me & initio[30], ne coniungeret[31] ſe cum
Caeſare, monuiſſe Pompeium, & poſtea[32], ne ſe-
iungeret[33]. coniunctione frangi ſenatus opes[34]:
disiunctione[35] ciuile bellum excitari videbam.
atque vtebar[36] familiariſſime Caeſare, Pompeium
faciebam plurimi. Sed erat meum conſilium
cum fidele[37] Pompeio, tum ſalutare vtrique.
Quae praeterea prouiderim, praetereo. Nolo 7
enim hunc[38] de me optime meritum exiſtimare,
ea me ſuaſiſſe Pompeio, quibus[39] ille ſi paruiſſet,
eſſet hic[40] quidem clarus in toga[41], & princeps;
ſed tantas opes, quantas nunc habet, non habe-
reti

21. ex libris. 22. philoſophiae. 23. experientia. 24. vmb ſo viel mehr. 25. quoniam. 26. im geringſten nicht. 27. ea. 28. quae antea dixi euentura eſſe. 29. ne videri poſſem ac ſi ego talia nunc fingerem ex euentu, & poſtquam iam facta ſunt. 30. ſtracks im Anfange. 31. Pompeius per adfinitatem & arctiorem amicitiam. 32. me monuiſſe illum. 33. ſe ab illo. 34. dixi enim, quod per coniunctionem ipſius cum Caeſare potentia Senatus frangeretur. 35. per disiunctionem autem, 36. conuerſabar. 37. fidele hoc meum conſilium erat erga Pompeium. 38. Caeſarem. 39. conſiliis. 40. Caeſar. 41. Romae in magiſtratibus publicis.



Digitized by Google

8 ret. Eundum in Hiſpaniam cenſui[42]: quod ſi
feciſſet, ciuile bellum nullum omnino fuiſſet. Rationem haberi abſentis non tam pugnaui, vt liceret[43], quam, vt quum, ipſo conſule pugnante,
9 populus iuſſerat, haberetur[44]. Cauſſa belli orta eſt. quid ego praetermiſi aut monitorum[45], aut querelarum? cum vel[46] iniquiſſimam pacem iuſtiſſimo bello anteferrem. victa eſt auctoritas mea, non tam a Pompeio (nam is mouebatur[47]) quam ab iis, qui duce Pompeio freti peropportunam & rebus domeſticis & cupiditatibus[48] ſuis
10 illius belli[49] victoriam fore putabant. Suſceptum[50] bellum eſt, quieſcente me[51], depulſum[52] ex Italia, manente me[53], quoad[54] potui. ſed valuit apud me plus pudor[55] meus, quam timor: veritus ſum deeſſe Pompeii ſaluti[56], cum ille ali-
11 quando non defuiſſet meae[57]. Itaque vel officio[58], vel fama[59] bonorum, vel pudore victus, vt in

42. ego cenſui, vt Pompeius iret in Hiſpaniam prouinciam ſuam. 43. non tam pugnaui, vt haberetur ratio abſentis Caeſaris. 44. ſed id potius pugnaui, vt abſentis Caeſaris ratio haberetur, & ei imperium in Gallia in quinque adhuc annos prorogaretur, praeſertim, cum populus id iuſſerat, & ipſe Conſul Pompeius id laborabat & cupiebat. 45. Erinnerungen. 46. etiam. 47. per mea conſilia; er lieſs ſich dienen. 48. auaritiae ſuae. 49. ciuilis. 50. inceptum itaque eſt. 51. ego tamen quietus fui. 52. fuit poſtea bellum. 53 & ego manſi Romae. 54. quamdiu. 55. modeſtia. 56. nolui enim Pompeium non iuuare in eius periculo. 57. cum ille olim etiam meam ſalutem defendiſſet. 58. erga Pompeium. 59. propter famam & celebritatem eorum, qui in tam bona cauſſa acceſſiſſent Pompeio.

60. quod

Digitized by Google

vt in fabulis Amphiaraus[60], ſic ego prudens & ſciens ad peſtem[61] ante oculos poſitam ſum profectus: quo in bello nihil aduerſi accidit non praedicente me[62]. Quare quum, vt[63] augures & 12
aſtrologi ſolent[64], ego quoque augur publicus ex meis ſuperioribus praedictis[65] conſtitui apud te auctoritatem augurii & diuinationis meae, debebit habere fidem[66] noſtra praedictio. Non igi- 13
tur ex alitis inuolatu[67], nec e cantu ſiniſtro oſcinis[68], vt in noſtra diſciplina[69] eſt, nec ex tripudiis ſoliſtimis[70], aut ſoniuiis[71] tibi auguror, ſed habeo alia ſigna, quae obſeruem: quae etſi non ſunt certiora illis[72], minus tamen habent vel obſcuritatis, vel erroris. Notantur autem mihi ad 14
diuinandum ſigna duplici quadam via[73]: quarum alteram[74] duco a Caeſare ipſo, alteram e temporum ciuilium natura atque ratione[75]. In 15
Caeſa-

60. quod Amphiaraus etiam fecit, de quo in fabulis eſt, quod, tanquam vates futurorum conſcius, noluerit proficiſci in bellum Thebanum, quo ſe periturum praeſcierat; Proditus vero ab vxore & coactus in bellum proficiſci, terrae hiatu abſumtus eſt. *Diodorus Siculus* L. IV. cap. 67. 61. perniciem. 62. quod ego non praedixiſſem. 63. veluti. 64. facere. 65. ex iis, quae praedixeram. 66. glauben finden. 67. ex auium volatu. 68. ſiniſtro, id eſt, felici cantu oſcinis, eines Sing-Vogels, quaſi cuius *os canit*. 69. augurum. 70. eſt genus augurii ex paſtu auium deſumtum, quae aliquid ex ore patiuntur cadere, ex quo deinceps inſtituebatur diuinatio. illud vero *cadere ex ore auis* appellabatur tripudium. *Cicero de Diuinat.* II. 34. 71. ſonus auis tripudiantis, ex quo etiam captabatur augurium. 72. quam illa auium ſigna. 73. ego autem notare ſoleo ſigna ad diuinandum his temporibus, duplici modo. 74. viam. 75. ex ſtatu reip.



Digitized by Google

Caeſare haec ſunt, mitis clemensque natura, qualis exprimitur praeclare illo[76] libro querelarum tuarum[77]. accedit[78], quod[79] mirifice ingeniis excellentibus, quale eſt tuum, delectatur. praeterea cedit multorum iuſtis & officio incenſis[80], non inanibus aut ambitioſis voluntatibus[81]. In quo vehementer eum conſentiens Etruria[82] mo-
16 vebit. Cur haec igitur adhuc parum profecerunt[83]? quia non putat ſe ſuſtinere cauſſas poſſe multorum[84], ſi tibi, cui iuſtius videtur iraſci poſſe,
17 conceſſerit[85]. Quae eſt igitur, inquies, ſpes ab irato? eodem fonte ſe hauſturum intelligit laudes
18 ſuas, e quo ſit leuiter adſperſus[86]. Poſtremo homo eſt valde acutus, & multum prouidens[87]: intelligit[88], te hominem[89] in parte Italiae[90] minime contemnenda facile omnium nobiliſſimum, & in communi repub. cuiuis ſummorum tuae aetatis[91], vel ingenio, vel gratia, vel fama populi Rom. parem, non poſſe prohiberi repub.[92] diutius,

76. in illo. 77. in quo libro querelas habes de tua calamitate. ediderat autem etiam Caecinna librum contra Caeſarem alium. 78. huc & id. 79. quod Caeſar. 80. impulſis. 81. praeterea etiam Caeſar concedit aliquid iuſtis deſideriis amicorum, qui incenduntur & impelluntur officio erga ſuos, non autem aliqua inani ambitione. 82. prouincia, quae pro te interceſſit apud Caeſarem. 83. apud Caeſarem, in quia. 84. reſpondeo; quia Caeſar putat, ſe deinceps non poſſe id negare pluribus aliis, qui intercedunt pro ſuis amicis. 85. veniam facilem. 86. reſpondeo: Caeſar putat, ſe laudatum iri abs te in poſterum, a quo ipſe hactenus fuit laeſus & vituperatus. 87. prudentiſſimus. 88. Caeſar. 89. eſſe. 90. Etruria. 91. cuiuis ſummo viro, qui tuae eſt aetatis. 92. a republica.

93. Cae-

Digitized by Google

tius. Nolet hoc temporis potius eſſe aliquando beneficium, quam ſuum[93]. Dixi de Caeſare: 19
nunc dicam de temporum, rerumque natura. Nemo eſt tam inimicus ei cauſſae, quam Pompeius animatus[94] melius, quam paratus ſuſceperat, qui nos malos cives dicere, aut homines improbos audeat. in quo admirari ſoleo grauitatem, & iuſticiam, & ſapientiam Caeſaris: nunquam niſi honorificentiſſime[95] Pompeium appellat. at in 20
eius perſonam multa fecit aſperius[96]. armorum iſta & victoriae ſunt facta[97], non Caeſaris. at nos quemadmodum eſt complexus[98]? Caſſium ſibi legauit[99], Brutum Galliae praefecit, Sulpicium Graeciae, Marcellum, cui maxime ſuccenſebat[100], cum ſumma illius dignitate reſtituit. Quo igitur haec ſpectant? Rerum hoc natura & 21
ciuilium temporum[1] non patietur: nec manens, nec mutata ratio[2] feret, primum, vt non in cauſſa pari eadem ſit & conditio & fortuna omnium[3]: deinde[4], vt in eam ciuitatem boni viri & boni cives, nulla ignominia notati[5], non reuertantur, in quam

93. Caeſar autem nolet, vt alius potius tibi videatur hoc beneficium tribuiſſe, praeter ipſum. 94. quam cauſſam ſuſceperat Pompeius maximo animo quidem, ſed minore apparatu. 95. cum praefatione honoris, mit Reſpect. 96. ſed quod Pompeii perſonam attinet, in eam fecit Caeſar multa aſpere ac duriter. 97. talia vero facta adſcribenda ſunt victoriae in bello ciuili, non autem Caeſari. 98. quam ſuauiter vero recepit me Caeſar in gratiam? 99. legatum ſuum fecit in bello. 100. iraſcebatur. 1. reipublicae ſtatus. 2. Staats-Raiſon. 3. vt illi, qui in eadem cauſſa fuerunt, non habeant parem fortunam. 4. deinde id ratio ſtatus non feret. 5. qui nullam ignominiam acceperunt, vel potius contulerunt in Caeſarem.



Digitized by Google

quam tot nefariorum ſcelerum condemnati re-
22 verterunt. Habes[6] augurium meum: quo[7], ſi
quid addubitarem, non potius[8] vterer quam illa
conſolatione, qua facile fortem virum ſuſtenta-
rem[9], te, ſi explorata[10] victoria arma ſumſiſſes
pro repub. (ita enim tum putabas) non nimis eſſe
laudandum: ſin[11], propter incertos exitus euen-
tusque bellorum poſſe accidere, vt vinceremur,
putaſſes, non debere te ad ſecundam fortunam
bene paratum fuiſſe; aduerſam ferre nullo mo-
23 do poſſe. Diſputarem[12] etiam, quanto ſolatio
tibi conſcientia tui facti[13], quantaeue delectationi
24 in rebus aduerſis litterae[14] eſſe deberent. Com-
memorarem non ſolum veterum, ſed horum
etiam recentium, vel ducum, vel comitum[15] tuo-
rum grauiſſimos caſus: etiam externos multos
claros viros nominarem. Leuat enim dolorem
communis quaſi legis & humanae conditionis
25 recordatio. Exponerem etiam quemadmodum
heic[16], & quanta in turba[17], quantaque in con-
ſuſione rerum omnium viueremus. neceſſe eſt
enim minore deſiderio perdita repub. carere,
26 quam bona[18]: Sed hoc genere[19] nihil opus eſt.
incolumem te cito, vt ſpero, vel potius, vt proſpi-
cio, videbimus. interea tibi abſenti, & huic[20],
qui

6. in hoc ſermone. 7. augurio. 8. magis, eben ſo wenig. 9. conſolarer, erigerem. 10. cum putares certam eſſe victoriam. 11. quod ſi vero putaſſes. 12. dicerem. 13. recte factorum. 14. philoſophia. 15. eorum, qui tecum iuerunt in bellum. 16. Romae. 17. perturbatione. 18. neceſſe eſt enim, vt careamus rep. perdita quam bona minore cum deſiderio. 19. ſcribendi & ſolatii. 20. filio tuo.

21. obtu-

Digitized by Google

qui adeſt, imagini animi & corporis tui, conſtan-
tiſſimo atque optimo filio tuo ſtudium, officium,
operam, laborem meum, iampridem & pollici-
tus ſum, & detuli[21]. nunc hoc amplius[22], quod[23] 27
me amiciſſime quotidie magis Caeſar amplecti-
tur, familiares quidem eius ſicuti neminem[24]:
apud quem quidquid valebo vel auctoritate vel
gratia, valebo tibi[25]. Tu cura, vt cum firmitudi-
ne[26] te animi, tum etiam ſpe optima ſuſtentes[27].
Vale.

21. obtuli. 22. nebſt dieſem. 23. quoniam. 24. familiares autem Caeſaris ita me quotidie amplectuntur vt neminem alias. 25. dir zum beſten. 26. conſtantia. 27. erigas & conſoleris.

## VII.

## A. CAECINA M. CICERONI S. D.

Excuſat quod alterum librum filius non reddiderit. Queritur ſibi Caeſarem iraſci propter ſtilum, cum ignorit iis qui contra ipſum deos precati ſint. Parce & timide de Cicerone aeque & de Caeſare ſcribere ait, ne hunc offendat. Rogat tandem, vt reditum ſibi impetret: nec librum exire patiatur, niſi correctum ita, ne ſibi noceat.

*QUod tibi non tam celeriter liber eſt redditus[1], ignoſce timori noſtro, & miſerere temporis. Filius, vt audio, pertimuit, neque iniuria[2], ſi liber exiſſet[3]: quando non tam intereſt[4], quo animo ſcribatur[5], quam quo[6] accipiatur[7]: ne ea res[8] inepte mihi*

VII.

1. traditus. 2. nicht ohne Vrſach. 3. in publicum. 4. quoniam in hoc nihil intereſt. 5. aliquis liber. 6. animo. 7. a lectoribus. 8. ea publicatio mei libri aptam daret occaſionem mihi nocendi.



Digitized by Google

*mihi noceret: cum praeſertim adhuc ſtili poenas dem*[9]*: qua quidem in re, ſingulari ſum fato*[10].
2 *Nam, cum mendum ſcripturae litura tollatur*[11]*, ſtultitia fama multetur*[12]*; meus error*[13] *exſilio corrigitur*[14]*: cuius ſumma criminis eſt*[15]*, quod armatus*
3 *aduerſario*[16] *maledixi. Nemo noſtrum*[17] *eſt, vt opinor, quin vota victoriae ſuae*[18] *fecerit: nemo*[19]*, quin etiam, cum de alia re immolaret*[20]*, tamen eo quidem ipſo tempore*[21]*, vt quam primum Caeſar ſu-*
4 *peraretur, optaret. Hoc ſi non cogitat*[22]*, omnibus in rebus felix eſt: ſi ſcit*[23]*, & perſuaſus eſt*[24]*, quid*[25] *iraſcitur ei, qui aliquid ſcripſit contra ſuam voluntatem, cum ignorit*[26] *omnibus, qui multa*[27] *deos ve-*
5 *nerati ſint contra eius ſalutem? Sed, vt eodem revertar, cauſſa haec fuit timoris: ſcripſi de te parce medius fidius, & timide, non reuocans me ipſe*[28]*, ſed paene refugiens*[29]*. genus autem hoc ſcripturae non modo liberum, ſed incitatum*[30] *atque elatum eſſe de-*
6 *bere quis ignorat? Solutum*[31] *exiſtimatur eſſe alteri maledicere: tamen cauendum eſt, ne in petulantiam*[32]

9. praeſertim cum adhuc puniar ob meum ſtylum, Schreibart. 10. es gehet mir hierinnen gantz anders alſs andern Leuten. 11. cum alioquin error ſeu vitium ſcripturae tollatur per lituram & deleatur. 12. & ſtultitia errantis mulctetur per famam & irriſionem hominum. 13. ſcripturae. 14. dum ego ideo eiectus ſum in exilium. 15. cuius criminis ſumma eſt. 16. Caeſari. 17. ex nobis. 18. pro victoria ſuarum partium. 19. nemo etiam ex nobis eſt. 20. hoſtiam caederet. 21. quo ſacrificium parabat. 22. Caeſar. 23. ſi vero Caeſar illud ſcit. 24. in animo ſuo. 25. quamobrem. 26. ignoverit tamen, veniam dederit. 27. multis verbis & ſacrificiis. 28. paulatim recedens. 29. ob timorem a Caeſare. 30. hefftig, hitzig. 31. licitum, erlaubet.

32. Bos-

Digitized by Google

*tiam[32] incidas. impeditum[33] ſeipſum laudare, ne
vitium arrogantiae ſubſequatur. ſolum[34] vero li-
berum, alterum laudare; de quo quidquid detrahas
neceſſe eſt aut infirmitati, aut invidiae adſignetur[35]:
ac neſcio an tibi gratius[36], opportuniusque acciderit.
Nam quod praeclare facere non poteram, primum[37]* 7
*erat non attingere: ſecundum[38], beneficium quam
parciſſime facere: ſed tamen ego me quidem ſuſtinui:
multa minui, multa ſuſtuli, complura ne poſui qui-
dem. Quemadmodum igitur ſcalarum gradus, ſi* 8
*alios tollas, alios incidas[39], nonnullos male haeren-
tes[40] relinquas, ruinae[41] periculum ſtruas, non ad-
ſcenſum pares[42]: ſic tot malis, cum vinctum, tum
fractum ſtudium ſcribendi[43], quid dignum auribus
aut probabile[44] poteſt adferre? Cum vero ad ipſius* 9
*Caeſaris nomen veni, toto corpore contremiſco,
non[45] poenae metu, ſed illius iudicii[46]: totum enim
Caeſarem non novi. quem putas animum eſſe[47], ubi
ſecum loquitur? hoc probabit, hoc verbum ſuſpicio-
ſum eſt: quid ſi hoc muto? at vereor, ne peius ſit. Age
vero; laudo aliquem. Non offendo. at potero offende-* 10
*re. quid ſi enim non vult[48]? armati ſtilum perſe-*

*qui-*

32. Bosheit, Verläumdung. 33. prohibitum eſt aut periculoſum. 34. hoc vero ſolum. 35. attribuatur. 36. angenehmers. 37. praecipuum erat, vt id non attingerem. 38. proximum ab hoc erat. 39. entzwey ſchneideſt. 40. ſimul cum non firmiter cohaerentes. 41. cadendi. 42. facilem aut tutum. 43. ſic ſtudium ſcribendi, quod cum victum tum fractum eſt per tot mala, quid poteſt &c. 44. aliquo modo laudabile. 45. ex metu. 46. quod mihi Caeſar minitatur. 47. qualem animum putas eſſe Caeſaris. 48. vt illum laudem.

49. Cae-

Digitized by Google

*quitur*[49]*? victi & nondum reſtituti quid faciet*[50]*?*
11 *Auges etiam tu mihi timorem, qui in oratore tuo*[51]
*caues tibi per Brutum, & ad excuſationem ſocium*
*quaeris. vbi*[52] *hoc omnium patronus facis, quid me*
*veterem tuum*[53] *nunc omnium clientem*[54] *ſentire*
12 *oportet? In hac igitur calumnia*[55] *timoris, & cae-*
*cae ſuſpicionis tormento*[56]*, cum plurima ad alieni*
*ſenſus coniecturam*[57]*, non ad ſuum iudicium ſcri-*
*bantur, quam difficile ſit euadere, ſi minus expertus*
*es, quod*[58] *te ad omnia*[59] *ſummum atque excellens*
13 *ingenium armauit, nos ſentimus*[60]*. Sed tamen*
*ego filio dixeram, librum tibi legeret*[61]*, & auferret:*
*aut ea conditione daret*[62]*, ſi reciperes*[63] *te correctu-*
14 *rum, hoc eſt ſi totum alium faceres. De Aſiatico iti-*
*nere quamquam ſumma neceſſitas premebat*[64]*, vt*
*imperaſti, feci. Te pro me quid*[65] *horter? vides*
*tempus veniſſe, quo neceſſe ſit de nobis conſtitui*[66]*.*
15 *Nihil eſt*[67]*, mi Cicero, quod filium meum exſpectes:*
*adoleſcens eſt, omnia excogitare, vel ſtudio*[68]*, vel*
*aetate,*

49. Caeſar perſequitur ſtylum meum, qui hactenus fui armatus aduerſus ipſum. 50. quid faciet de ſtylo meo, dum ego victus ſum in praelio, & nondum in gratiam reſtitutus? 51. in libro, cui titulum feciſti de Oratore. 52. cum itaque tu hoc facias, qui tamen es patronus ac defenſor omnium. 53. clientem. 54. qui nunc ſum cliens omnium. 55. vexatione. 56. Peinigung. 57. ad exiſtimationem alienae ſententiae, dum putamus, quod alii idem ſentiant. 58. quoniam. 59. pericula. 60. ego probe intelligo, quam difficile ſit euadere. 61. vt praelegeret. 62. tibi librum. 63. ſi promitteres, te corrigere velle meum librum. 64. me. 65. quid horter te, vt facias pro me aliquid? 66. aliquid certi. 67. fruſtra eſt. 68. propter ſtudium ſuum erga me, vel propter aetatem ſuam iuuenilem.

69. dele-

Digitized by Google

*aetate, vel metu non poteſt. Totum negotium tu* 16
*ſuſtineas oportet: in te mihi omnis ſpes eſt. tu pro*
*tua prudentia, quibus rebus gaudeat, quibus ca-*
*piatur*[69] *Caeſar, tenes*[70]. *a te omnia*[71] *proficiſcan-*
*tur, & per te ad exitum perducantur, neceſſe eſt:*
*apud ipſum*[72] *multum*[73]*, apud eius*[74] *omnes plu-*
*rimum potes*[75]. *vnum*[76] *ſi perſuaſeris, non hoc eſſe* 17
*tui muneris*[77]*, ſi quid rogatus fueris, vt facias,*
*quanquam id magnum, & amplum eſt, ſe totum*
*tuum eſſe onus, perficies: niſi forte aut in miſeria*
*nimis ſtulte, aut in amicitia nimis impudenter tibi*
*onus impono. Sed vtrique rei excuſationem tuae* 18
*vitae conſuetudo dat. nam quod ita conſueris pro*
*amicis laborare, non iam ſic ſperant abs te, ſed*
*etiam ſic imperant tibi familiares*[78]. *Quod ad* 19
*librum attinet, quem tibi filius dabit, peto a te,*
*ne exeat*[79]: *aut ita corrigas*[80]*, ne mihi noceat.*
*Vale.*

69. delectetur. 70. vides. 71. beneficia in me. 72. Caeſarem. 73. vales. 74. familiares. 75. efficere. 76. vnum hoc ſi tibi. 77. officii. 78. tui omnes. 79. in vulgus, & publice notus fiat. 80. illum.

## VIII.

## M. CICERO A. CAECINAE S. D.

*Sibi hoc datum a Balbo & Oppio ſcribit, vt Caecinae liceret in Sicilia eſſe, ibique vt commoretur, nec longius abeat, ſuadet.*

CUm eſſet mecum Largus homo tui ſtudioſus[1], locutus[2], kal. Ianuarias tibi praefinitas[3] eſſe, quod[4]

quod

VIII.

1. Qui te amat. 2. cum locutus eſſet. 3. conſtitutas, ne vltra tibi liceret eſſe in Sicilia.

4. quo-

Digitized by Google

quod[4] omnibus in rebus perſpexeram, quae Balbus & Oppius abſente Caeſare egiſſent, ea ſolere illi[5] rata eſſe[6]; egi vehementer cum his[7], vt hoc mihi darent[8], tibi in Sicilia, quoad[9] vellemus,
2 vti[10] eſſe liceret. Qui mihi cum ſueſſent[11] aut libenter polliceri, ſi quid eſſet eiusmodi[12], quod eorum animos non offenderet; aut etiam negare, & adferre rationem, cur negarent; huic meae rogationi protinus[13] non reſponderunt: eodem die tamen ad me reuerterunt, mihi hoc dederunt[14], vt eſſes in Sicilia, quoad velles: ſe praeſtaturos[15], nihil ex eo te offenſionis habiturum[16].
3 Quando[17] quid tibi permittatur cognouiſti, quid mihi placeat[18], puto te ſcire oportere. actis his rebus[19], litterae a te mihi ſunt redditae, quibus a me conſilium petis, quid ſim tibi auctor[20], in Siciliane ſubſidas[21], an ad reliquias Aſiaticae nego-
4 tiationis proficiſcare. Haec tua deliberatio non mihi conuenire[22] viſa eſt cum oratione Largi. Ille enim mecum, quaſi tibi non liceret in Sicilia diutius commorari, ita locutus erat: tu autem, quaſi
5 conceſſum ſit, ita deliberas. Sed ego ſiue hoc, ſiue illud eſt, in Sicilia cenſeo commorandum[23]. Propinquitas locorum vel ad impetrandum[24] adiuuat

4. quoniam. 5. Caeſari. 6. probata, recte facta. 7. Balbo & Oppio. 8. ſie ſollten mir den Gefällen erweiſen. 9. quamdiu. 10. vt. 11. conſueuiſſent, ſoliti eſſent. 12. ſi quid ita comparatum eſſet. 13. ſtatim. 14. permiſerunt. 15. ſie wollten gut daruor ſeyn. 16. quod Caeſar hoc modo non offenderetur. 17. poſtquam igitur. 18. quod meum conſilium ſit. 19. cum hae res actae eſſent. 20. quid tibi ſuadeam. 21. an manere debeas in Sicilia. 22. conſentire. 23. tibi eſſe. 24. reditum.



Digitized by Google

adiuuat crebris litteris & nuntiis, vel[25] ad reditus celeritatem te aut impetrata[26], quod ſpero, aut aliqua ratione confecta[27]. quamobrem cenſeo magnopere commorandum[28]. T. Furſanio Po- 6
ſtumo familiari meo, legatiſque eius, item[29] meis familiaribus, diligentiſſime te commendabo, cum venerint[30]. erant enim omnes Mutinae[31]. viri ſunt optimi, & tui ſimilium ſtudioſi[32], & mei ne-
ceſſarii[33]. Quae mihi venient in mentem, quae 7
ad te pertinere arbitrabor, ea mea ſponte faciam. Si quid ignorabo, de eo admonitus[34] omnium
ſtudia vincam[35]. Ego etſi coram de te cum Fur- 8
ſanio ita loquar, vt tibi meis litteris ad eum nihil opus ſit: tamen quoniam tuis[36] placuit, te habere meas litteras, quas ei redderes, morem his geſſi[37]. earum litterarum exemplum[38] infra ſcriptum eſt. Vale.

25. adiuuat. 26. quando res impetrata erit. 27. aut quando res confecta erit aliquo modo. 28. tibi eſſe in Sicilia. 29. qui etiam ſunt mei familiares. 30. ad me. 31. in vrbe Mutina. 32. & amant illos, qui tui ſunt ſimiles. 33. amici. 34. quando ego ero admonitus. 35. plura faciam, quam fortaſſis alii. 36. den deinigen. 37. volui ipſorum voluntati praeſtare obſequium. 38. Copey, Abſchrifft.

## IX.

## M. T. C. T. FVRFANIO PROCOS. S. D.

*Breui, ſed profecto commendationis exemplo, Caecinam Furſanio commendat.*

Cum

CUm A. Caecina tanta mihi familiaritas conſue-
tudoque[1] ſemper fuit[2], vt nulla maior eſſe
2 poſſit. Nam & patre eius, claro homine[3], & forti
viro, plurimum vſi ſumus[4]: & hunc[5] a puero,
quod[6] & ſpem mihi magnam adferebat ſummae[7]
probitatis ſummaeque eloquentiae, & viuebat
mecum coniunctiſſime[8], non ſolum officiis ami-
citiae[9], ſed etiam ſtudiis communibus[10], ſic ſem-
per dilexi, vt non vllo cum homine[11] coniunctius
3 viuerem. Nihil attinet[12] me plura ſcribere, quam[13]
quod mihi neceſſe eſt eius ſalutem & fortunas[14],
quibuscunque rebus poſſim, tueri[15], vt vides[16].
4 Reliquum eſt, vt, cum cognorim[17] pluribus re-
bus, quid tu & de bonorum[18] fortuna[19] & de rei-
pub. calamitatibus ſentires[20]; nihil a te petam,
niſi vt ad eam voluntatem[21], quam tua ſponte[22]
erga Caecinam habiturus[23] eſſes, tantus cumu-
lus

IX.

1. conuerſatio. 2. tantam habui familiaritatem & conſuetudinem cum Caecinna. 3. inſigni, excellente, celebri. 4. amiciſſimum habui. 5. Caecinnam a puero ſic ſemper dilexi. 6. quoniam is faciebat mihi. 7. ſingularis. 8. in vertrauteſter Freundſchafft. 9. per varia officia amicitiae. 10. per ſtudia eadem, paria, quae communia inuicem habebamus. 11. cum nullo alio. 12. non neceſſe eſt. 13. quam valde. 14. bona, ſtatum. 15. defendere, mich derſelben anzunehmen. 16. *conſtructio eſt:* vides, quam neceſſe mihi ſit, tueri ſalutem & fortunas eius, in quibuscunque rebus poſſim. 17. cognouerim in, ex, rebus. 18. virorum. 19. infelici ſtatu, calamitate. 20. indicares. 21. beneuolentiam, geneigten Willen. 22. vltro, von ſelbſten. 23. haben würdeſt.

24. bene-

Digitized by Google

lius accedat commendatione mea[24], quanti me a te fieri intelligo[25]. Hoc mihi gratius facere nihil potes[26]. Vale.

24. beneuolentia tua tantum augeatur per commendationem meam. 25. quantum intelligo me a te amari. 26. nihil gratius mihi potes facere, quam hoc; hoc mihi longe erit gratiſſimum.

## X.

## M. T. C. TREBANIO S. D.

*Pollicetur exſuli Trebanio, quantum poteſt: cui iratior Caeſar erat, quod poſt Pharſalicam pugnam non ceſſerat ab armis, ſed bellum in Africa perſecutus fuerat.*

EGo quanti te faciam[1] ſemperque fecerim, quanti me a te fieri[2] intellexerim, ſum mihi
ipſe teſtis. Nam & conſilium tuum, vel caſus 2
potius, diutius in armis ciuilibus commorandi; ſemper mihi magno dolori fuit: & hic euentus, quod[3] tardius, quam eſt aequum & quam ego vellem[4], recuperas fortunam & dignitatem tuam, mihi non minori curae eſt, quam tibi ſemper fuerunt caſus[5] mei. Itaque Poſtumuleno, & Seſtio, 3
& ſaepiſſime Attico noſtro, proximeque Theudae, liberto tuo, totum me patefeci[6]: & haec his ſingulis ſaepe dixi, quacunque re poſſem, me tibi, & liberis tuis ſatisfacere cupere: idque tu ad tuos velim ſcribas. Haec quidem certe[7], quae in 4
poteſta-

X.

1. Aeſtimem. 2. aeſtimari. 3. quoniam, dum tu. 4. cuperem. 5. infelices. 6. aperies meam ſententiam. 7. potes illis ſcribere.

poteſtate mea ſunt, vt operam, conſilium, rem, fidem meam ſibi ad omnes res paratam putent.
5 Si auctoritate & gratia[8] tantum poſſem[9], quantum in ea repub. de qua ita meritus ſum, poſſe[10] deberem; tu quoque is eſſes, qui fuiſti, cum[11] omni gradu[12] ampliſſimo digniſſimus, tum certe
6 ordinis tui facile princeps. Sed quum eodem tempore, eademque de cauſſa noſtrum vterque[13] cecidit[14], tibi & illa polliceor, quae ſupra ſcripſi, quae ſunt adhuc mea[15]: & ea[16] quae praeterea videor mihi ex aliqua parte retinere tanquam ex
7 reliquiis priſtinae dignitatis. Neque enim ipſe Caeſar, vt[17] multis[18] rebus intelligere potui, eſt alienus a nobis[19]: & omnes fere familiariſſimi eius, caſu deuincti meis magnis veteribus offi-
8 ciis[20] me diligenter obſeruant & colunt. Itaque ſi qui mihi erit aditus de tuis fortunis[21], id eſt de tua incolumitate, in qua ſunt omnia[22], agendi, quod quidem quotidie magis ex eorum[23] ſermonibus adducor vt ſperem; agam per meipſe, & moliar[24]. ſingula perſequi[25] non eſt neceſſe. vniuerſum ſtudium meum, & beneuolentiam ad te de-

8. fauore meo apud amicos. 9. efficere. 10. efficere. 11. ſo wohl. 12. honoris. 13. nos ambo. 14. in calamitatem. 15. in mea poteſtate. 16. tibi polliceor. 17. quemadmodum. 18. ex. 19. me habet in odio. 20. quos olim mihi deuinxi beneficiis ſingulari aliquo caſu, dum id minime cogitaui, quod nunc euenit, vt eorum quoque auxilio aliquando indigerem, praeſertim in tali cauſſa. 21. ſi aliquem aditum & occaſionem habebo agendi de tuis fortunis & ſtatu. 22. poſita. 23. familiarium Caeſaris. 24. operam omnem nauabo. 25. enarrare.

26. tibi

Digitized by Google

te defero[26]. Sed magni mea intereſt[27], huc tuos 9
omnes ſcire[28]: quod tuis litteris fieri poteſt, vt intelligant omnia Ciceronis[29] patere[30] Trebanio. Hoc eo pertinet[31], vt nihil exiſtiment eſſe tam difficile, quod non pro te mihi ſuſceptum iucundum ſit futurum[32].

* *Codices MSS adiungunt, quae aliis epiſtola XI eſt: nec male diiungi videntur, quia prior ſect. 9. iuſtum exitum habuit.*

26. tibi offero. 27. doch iſt mir ſehr viel daran gelegen. 28. vt omnes tui hoc ſciant. 29. omnia quae Cicero habet. 30. zu dienſte ſtehen. 31. hic vero meus ſermo hunc habet ſcopum. 32. quod mihi non futurum ſit iucundum, quidquid ego pro te ſuſcipiam.

## [XI. *Eidem.*]

ANtea miſiſſem ad te litteras, ſi genus ſcribendi[1] inuenirem. Tali enim tempore[2], aut conſolari amicorum eſt[3], aut polliceri[4]. conſolatione non vtebar, quod[5] ex multis audiebam, quam fortiter ſapienterque ferres iniuriam temporum, quamque te vehementer conſolaretur conſcientia factorum[6] & conſiliorum tuorum. quod quidem ſi facis, magnum fructum[7] ſtudiorum optimorum capis, in quibus te ſemper ſcio eſſe verſatum. idque vt facias, etiam atque etiam[8]
te hortor. Simul & illud tibi homini peritiſſimo 2
rerum

XI.

1. aliquod opportunum & idoneum. 2. in quo iam viuimus. 3. officium. 4. aliquid amicis ſuis. 5 quoniam. 6. recte a te factorum. 7. vtilitatem. 8. vehementer.



Digitized by Google

rerum & exemplorum [9] & omnis vetuſtatis [10], ne ipſe quidem rudis [11], ſed in ſtudio [12] minus fortaſſe, quam vellem, & in rebus atque vſu [13] plus etiam, quam vellem, verſatus ſpondeo [14] tibi, acerbitatem iſtam & iniuriam [15] non diuturnam
3 fore. Nam & ipſe [16], qui plurimum poteſt, quotidie mihi delabi [17] ad aequitatem, & ad rerum naturam [18] videtur: & ipſa cauſſa [19] ea eſt, vt iam ſimul cum repub, quae in perpetuum iacere non poteſt, neceſſario reuiuiſcat atque recreetur: quotidieque aliquid fit [20] lenius & liberalius, quam
4 timebamus. quae quoniam in temporum inclinationibus [21] ſaepe paruis poſita ſunt, omnia momenta [22] obſeruabimus: neque vllum praeter-
5 mittemus tui iuuandi & leuandi locum [23]. Itaque illud alterum [24], quod dixi, litterarum genus quotidie mihi, vt ſpero, fiet procliuius [25], vt etiam polliceri poſſim: id re quam verbis faciam liben-
6 tius [26]. Tu velim exiſtimes, & plures te amicos habere, quam qui in iſto caſu ſint ac fuerint, quantum quidem ego intelligere potuerim: & me conce-

9. qui magnam rerum & exemplorum & antiquitatis hiſtoricae notitiam habes. 10. iam dudum factarum rerum in priſtinis temporibus. 11. ego, qui non rudis & imperitus ſum. 12. theoria & lectione librorum. 13. experientia. 14. polliceor, confirmo. 15. tibi factam. 16. Caeſar. 17. deuenire. 18. ad conſiderationem naturae (der Beſchaffenheit) rerum. 19. quam tu ſecutus fuiſti. 20. a Caeſare. 21. mutationibus. quoniam haec ſaepe ſita ſunt in paruis rebus, quae in melius mutantur. 22. Augenblicke. 23. occaſionem, opportunitatem. 24. pollicitatorium. 25. facilius. 26. magis tamen facere id volo in reipſa, quam verbis.

27. in amo-

Digitized by Google

concedere eorum nemini [27]. Fortem fac animum habeas & magnum: quod eſt in vno te [28]. quae ſunt in fortuna [29], temporibus regentur [30], & conſiliis noſtris prouidebuntur. Vale.

27. in amore erga te. 28. poſitum. 29. quae autem poſita ſunt in fortuna. 30. ea permittimus tempori dirigenda.

## XII. [al. XI.]

## M. CICERO TREBIANO S. D.

*Gratulatur de reſtitutione, quam Dolabellae beneficio ipſi impetrauerat: hortaturque, vt aequo animo iacturam fortunarum ferat, quia plus adquiſiuerit, quam amiſerat.*

DOlabellam [1] antea tantummodo diligebam [2]:
obligatus ei nihil eram [3]; nec enim acciderat [4]
mihi opus [5] eſſe: & ille mihi debebat [6], quod non
defueram eius periculis [7]: nunc tanto ſum deuin-
ctus eius beneficio, quod [8] & antea in re [9], & hoc
tempore in ſalute tua [10] cumulatiſſime [11] mihi ſa-
tisfecit, vt nemini plus debeam. Qua in re tibi 2
gratulor tibi ita vehementer, vt te quoque mihi
gratulari, quam gratias agere malim [12]. alterum [13]
non

XII.

1. Qui gener erat Ciceronis. 2. nota, quod diligere minus ſit, quam amare. 3. nullo beneficio. 4. occaſio vlla fuerat. 5. quae auxilio eius indigeret. 6. obſtrictus mihi erat. 7. quod eum defenderam in magno capitis periculo. 8. quoniam. 9. in re tua familiari defendenda. 10. defendenda. 11. abunde ſatisfecit mihi, vt nemini magis obſtrictus ſim. 12. vt magis cupiam. 13. vt mihi gratias agas.



Digitized by Google

non omnino deſidero, alterum[14] vere[15] facere
3 poteris. Quod reliquum eſt, quando[16] tibi virtus
& dignitas tua reditum ad tuos aperuit, eſt tuae ſa-
pientiae magnitudiniſque animi[17], quid amiſeris
4 obliuiſci, quid recuperaueris cogitare. Viues[18]
cum tuis, viues nobiſcum[19]: plus adquiſiſti di-
gnitatis, quam amiſiſti rei familiaris: quae[20] ipſa
5 tum[21] eſſet iucundior, ſi vlla eſſet respublica[22].
Veſtorius, noſter familiaris, ad me ſcripſit, te mihi
6 maximas gratias agere. Haec praedicatio[23] tua
mihi valde grata eſt: eaque te vti facile patior[24],
cum apud alios, tum mehercule apud Syronem,
noſtrum amicum. quae enim facimus, ea pru-
dentiſſimo cuique maxime probata eſſe volu-
mus[25]. Te cupio videre quamprimum. Vale.

14. vt mihi gratuleris ob ſincerum meum gaudium. 15. non ſine ratione, recte. 16. quoniam, quandoquidem. 17. hoc te decet, tanquam ſapientem & magni animi virum. 18. deinceps. 19. tuis amicis. 20. res familiaris. 21. tunc. 22. ſi ſtatus reip. bonus eſſet. 23. laudatio meritorum meorum erga te. 24. & facile patior, vt hac praedicatione vtaris. 25. ea volumus laudari ab optimis & prudentibus viris.

### XIII. [al. xii.]

## M. T. C. AMPIO S. D.

*Gratulatur de reditu per Caeſaris amicos impetrato, ideoque ceſſare conſolationem, re confecta. Eſſe tamen vel reſtituto aliquid ferendum, reipub. calamitatem; in qua nullum ſolatium ſuperſit niſi quod ex litterarum ſtudiis capiatur.*

Gratu-

Digitized by Google

GRatulor tibi [1], mi Balbe, vereque gratulor:
nec ſum tam ſtultus, vt te vſura [2] falſi gaudii
frui velim, deinde frangi [3] repente, atque ita ca-
dere, vt nulla res te ad aequitatem animi poſtea
poſſit extollere. Egi tuam cauſſam apertius [4], 2
quam tempora noſtra [5] ferebant: vincebatur enim
fortuna [6] ipſa debilitate [7] gratiae [8] noſtrae, tui ca-
ritate, & meo perpetuo erga te amore, culto [9] a
te diligentiſſime. Omnia promiſſa, confirmata, 3
certa, & rata [10] ſunt, quae ad reditum & ad ſalu-
tem tuam pertinent. vidi [11], cognoui, interfui [12].
Etenim omnes Caeſaris familiares ſatis opportu- 4
ne habeo implicatos [13] conſuetudine & beneuo-
lentia, ſic, vt cum ab illo [14] diſceſſerint, me ha-
beant proximum [15]. hoc Panſa, Hirtius, Balbus,
Oppius, Marius, Poſtumius plane ita faciunt, vt
me vnice [16] diligant. Quod ſi mihi per me effi- 5
ciendum fuiſſet [17], non me poeniteret pro ratio-
ne [18] temporum ita eſſe molitum [19]: ſed nihil eſt
a me inſeruitum temporis cauſſa [20]. veteres
mihi neceſſitudines cum his omnibus interce-
dunt [21].

XIII.

1. de reditu tuo. 2. fructu. 3. triſtem fieri. 4. maiori cum libertate. 5. quam quidem ſtatus meus. 6. tua aduerſa. 7. per ipſam debilitatem. 8. fauoris mei, quem apud amicos inueniebam. 9. qui amor cultus & ſuſtentatus eſt a te. 10. adprobata. 11. omnia. 12. omnibus. 13. mihi deuinctos & quaſi adnexos. 14. Caeſare. 15. in amore. 16. vehementer. 17. quod ſi ego id potuiſſem efficere per me ipſum. 18. ſtatus nach Beſchaffenheit der itzigen Zeiten. 19. quod hanc operam impendiſſem. 20. ſed in hac cauſſa ego non opus habui inſeruire tempori.



Digitized by Google

dunt[21], quibuſcum ego agere de te non deſtiti.
6 Principem[22] tamen habuimus Panſam tui ſtudioſiſſimum, mei cupidum[23], qui valet apud illum[24] non minus auctoritate quam gratia. Cimber au-
7 tem Tillius mihi plane ſatisfecit. Valent tamen apud Caeſarem non tam ambitioſae rogationes[25], quam neceſſariae: quam[26] quia Cimber habebat, plus valuit[27], quam pro vllo alio valere potuiſſet.
8 Diploma[28] ſtatim non eſt datum, quod[29] mirifica eſt improbitas in quibusdam, qui tuliſſent acerbius[30], veniam tibi dari, quem illi appellant tubam[31] belli ciuilis: multaque ita dicunt, quaſi non
9 gaudeant id bellum incidiſſe. Quare viſum eſt[32] occultius agendum, neque vllo modo diuulgandum[33], de te iam eſſe perfectum[34]: ſed id erit[35] perbreui: nec dubito, quin legente[36] te has litteras confecta iam res futura ſit. Panſa quidem mihi,
10 grauis homo & certus[37], non ſolum confirmauit, verum etiam recepit[38], perceleriter ſe ablaturum diploma. mihi tamen placuit haec ad te perſcribi. Minus enim te firmum[39] ſermo Epuliae tuae, la-
11 crymaeque Ampiae declarabant, quam ſignificant

21. ego enim cum his omnibus habeo veteres amicitias. 22. Panſa tamen prae caeteris egit tuam cauſſam. 23. amantem. 24. Caeſarem. 25. interceſſiones. 26. qualem rogationem. 27. efficere. 28. de reditu tuo. 29. quoniam. 30. aegre. 31. concitatorem, Lermbläſer. 32. mihi. 33. vulgo dicendum eſſe. 34. quod iam omnia confecta ſint de reditu tuo. 35. fiet. 36. eo tempore, quo leges has meas litteras. 37. ein Mann, auf deſſen Wort man ſich verlaſſen darff. 38. promiſit mihi. 39. conſtantem & tranquillum animo.

40. valde,

Digitized by Google

cant tuae litterae. atque illae arbitrantur, cum a
te abeſſent ipſae, multo in grauiore te cura futu-
rum. Quare magno opere[40] putaui, angoris & 12
doloris tui leuandi cauſſa, pro certis ad te ea, quae
eſſent certa, perſcribi oportere. Scis me antea 13
ſic ſolitum eſſe ſcribere ad te, magis vt conſolarer
fortem virum atque ſapientem, quam vt explora-
tam[41] ſpem ſalutis oſtenderem, niſi quam ab ipſa
republica, cum hic ardor exſtinctus eſſet, ſperari
oportere cenſerem. Recordare tuas litteras, 14
quibus[42] & magnum animum mihi ſemper oſten-
diſti, & ad omnes caſus ferendos conſtantem ac
paratum: quod ego non mirabar, cum recor-
darer te & a primis temporibus aetatis[43] in repu-
blica eſſe verſatum[44]: & tuos magiſtratus in ipſa
diſcrimina[45] incidiſſe ſalutis fortunarumque com-
munium: &[46] in hoc ipſum bellum eſſe ingreſ-
ſum, non ſolum vt victor beatus[47]; ſed etiam, ſi
ita accidiſſet, victus vt ſapiens eſſes[48]. Deinde, 15
cum ſtudium tuum conſumas in virorum for-
tium factis memoriae prodendis[49], conſiderare
debes, nihil tibi eſſe committendum[50], quam-
obrem eorum, quos laudas, te non ſimillimum
praebeas. Sed haec oratio magis eſſet apta ad 16
illa tempora, quae iam effugiſti: nunc vero tan-
tum te para ad haec[51] nobiſcum ferenda, quibus[52]
ego ſi quam[53] medicinam inuenirem, tibi quoque
cap-

40. valde, omnino. 41. certam, indubitatam. 42. in quibus. 43. tuae. 44. geſſiſſe varios magiſtratus. 45. pericula. 46. & te. 47. felix. 48. vt ſapiens maneres, etiamſi eſſes victus. 49. deſcribendis. 50. faciendum. 51. mala. 52. malis. 53. aliquam.



Digitized by Google

17 eandem traderem[54]. Sed eſt vnum perfugium doctrina[55] ac litterae, quibus ſemper vſi ſumus: quae ſecundis[56] rebus delectationem modo[57] habere videbantur, nunc vero etiam ſalutem[58]. Sed vt ad initium reuertar, caue dubites[59], quin omnia de ſalute ac reditu tuo perfecta[60] ſint. Vale.

54. monſtrare vellem. 55. ſtudia & philoſophia. 56. in felici ſtatu rerum. 57. hactenus. 58. habent, adferunt. 59. noli dubitare. 60. tranſacta.

## XIV. [al. XIII.]

## M. CICERO Q. LIGARIO S. D.

*Solatur Ligarium exſulem, eumque bene ſperare iubet, ac, vt interea forti animo ſit, hortatur. Scripta poſt Africanum bellum videtur.*

ETſi tali tuo tempore[1] me aut conſolandi, aut iuuandi tui cauſſa[2], ſcribere ad te aliquid pro noſtra amicitia[3] oportebat: tamen adhuc[4] id non feceram, quia neque lenire[5] videbar oratione ne-
2 que leuare[6] poſſe dolorem tuum. Poſtea vero quam[7] magnam ſpem habere coepi, fore, vt te breui tempore incolumem haberemus[8]; facere non potui[9], quin tibi & ſententiam[10] & volunta-
3 tem[11] declararem meam. Primum igitur ſcribam, quod

XIV.

1. In tam miſero tuo tempore, in quo tu exſul es. 2. vt te aut conſolarer aut iuuarem. 3. vermöge unſerer Freundſchaffts-Pflichten. 4. biſs dato. 5. conſolari verbis. 6. tollere, auferre. 7. poſteaquam vero. 8. in patriam reciperemus. 9. non potui intermittere. 10. de animo Caeſaris erga te. 11. Intention. 12. ſeve-

Digitized by Google

quod intelligo & perſpicio, non fore in te Caeſa-
rem duriorem[12]. nam & res[13] eum quotidie, &
dies[14], & opinio hominum[15], &, vt mihi videtur,
etiam ſua natura mitiorem[16] facit: idque cum[17]
de reliquis ſentio: tum de te etiam audio ex fami-
liariſſimis eius[18]: quibus[19] ego, ex eo tempore[20], 4
quo primum[21] ex Africa nuntius[22] venit, ſuppli-
care[23] vna cum fratribus tuis non deſtiti[24]: quo-
rum quidem & virtus & pietas, & amor in[25] te ſin-
gularis, & aſſidua & perpetua cura ſalutis tuae[26]
tantum profecit[27], vt nihil ſit, quod non ipſum
Caeſarem tributurum[28] exiſtimem. etſi tardius 5
ſit[29], quam volumus; magnis occupationibus
eius[30], a quo omnia petuntur, aditus ad eum dif-
ficiliores fuerunt[31]: & ſimul Africanae cauſſae
iratior[32], diutius velle videtur eos habere ſollici-
tos[33], a quibus ſe putat diuturnioribus eſſe mole-
ſtiis[34] conflictatum[35]. ſed hoc ipſum intelligimus
eum quotidie remiſſius & placatius ferre[36]. Qua- 6
re mihi crede, & memoriae manda[37], me tibi id
adfir-

12. ſeverum & crudelem. 13. ſtatus rerum, cauſſa non iniuſta Pompeianorum. 14. tempus. 15. qui putant, eum fore placatum & clementem. 16. clementiorem. 17. ſo wohl. 18. Caeſaris. 19. familiaribus Caeſaris. 20. von der Zeit an. 21. prima vice. 22. de Pompeianis in Africa devictis. 23. multis precibus rogare. 24. deſii. 25. erga. 26. pro ſalute tua. 27. effecit apud Caeſarem. 28. conceſſurum tibi. 29. illud. 30. Caeſaris. 31. Caeſar. 32. & cum ille ſimul iratus ſit contra eos, qui bellum hactenus in Africa contra ipſum geſſerunt. 33. in timore. 34. bellis. 35. vexatum. 36. ſed intelligimus quotidie, Caeſarem ferre hoc bellum remiſſius & placatius, dum eius animus ſenſim iram remittit & magis placatur. 37. memento.

38. fac-

Digitized by Google

adfirmaſſe[38], te in iſtis moleſtiis[39] diutius non fu-
7 turum[40]. Quando[41] quid ſentirem expoſui, quid vellem tua cauſſa[42], re potius declarabo, quam oratione[43]: &, ſi tantum poſſem, quantum in ea repub. de qua ita[44] ſum meritus, vt tu exiſtimas, poſſe debebam, ne tu quidem in iſtis incommodis eſſes[45]. eadem enim cauſſa[46] opes[47] meas fregit[48], quae tuam ſalutem in diſcrimen[49] addu-
8 xit. Sed tamen quidquid imago[50] veteris meae dignitatis, quidquid reliquiae gratiae[51] valebunt; ſtudium, conſilium, opera, gratia, fides mea, nullo
9 loco deerit tuis optimis fratribus. Tu fac habeas fortem animum, quem ſemper habuiſti: primum ob eas cauſſas, quas ſcripſi: deinde, quod[52] ea de repub. ſemper voluiſti atque ſenſiſti, vt non modo cum ſecunda[53] ſperare debeas; ſed etiam, ſi[54] omnia aduerſa eſſent, tamen conſcientia[55] & factorum & conſiliorum tuorum, quaecunque acciderent[56], fortiſſimo & maximo animo ferre deberes. Vale.

XV.

38. ſaepius dixiſſe pro certo. 39. exilio. 40. fore. 41. quoniam itaque. 42. propter te. 43. verbis. 44. tam bene. 45. ſane tu non eſſes in tantis moleſtiis. 46. quia ego etiam ſecutus ſui Pompeium. 47. poteſtatem. 48. debilitauit. 49. periculum. 50. der noch übrige Schein. 51. fauoris. 52. quoniam eam voluntatem & ſententiam habuiſti de republica. 53. omnem felicitatem. 54. tametſi tibi. 55. quoniam ſcis, te recte feciſſe & recta conſilia habuiſſe. 56. es möchte dir auch begegnen, was nur wolte.

XV. 1. Sci-

Digitized by Google

## XV. [al. xiv.]

## M. CICERO Q. LIGARIO S. D.

*Quae cum Caeſare egerit de Ligarii reſtitutione, & quam ſpem ſalutis habeat, declarat: & ad laetitiam exhortatur.*

ME ſcito [1] omnem meum laborem, omnem
operam, curam, ſtudium in tua ſalute [2] con-
ſumere [3]. nam cum te ſemper maxime dilexi, tum
fratrum tuorum, quos aeque atque te ſumma be-
neuolentia ſum complexus [4], ſingularis pietas,
amorque fraternus [5] nullum me patitur officii er-
ga te, ſtudiique munus aut tempus praetermittere [6].
Sed quae faciam fecerimque pro te, ex illorum te 2
litteris, quam ex meis, malo cognoſcere [7]. quid
autem ſperem, aut confidam, & exploratum [8] ha-
beam de ſalute tua, id tibi a me declarari volo.
Nam ſi quiſquam eſt timidus in magnis periculo- 3
ſiſque rebus, ſemperque magis aduerſos rerum
exitus metuens, quam ſperans ſecundos; is ego
ſum, &, ſi hoc vitium eſt, eo me non carere con-
fiteor [9]. Ego idem tamen cum ad V. Kalend. in- 4
terca-

XV.

1. Scito, me conſumere. 2. procurando, ad reſtitutionem tui. 3. impendere. 4. quos ſumme amaui. 5. & amor fratrum tuorum. 6. non patitur, vt ego praetermittam vllum officium. 7. ego magis volo, vt tu cognoſcas illud ex illorum litteris, quam ex meis. 8. certum. 9. ego volo confiteri, quod in me habeam hoc vitium.

10. ad

tercalares priores[10] rogatu[11] fratrum tuorum veniſſem mane ad Caeſarem, atque omnem adeundi & conueniendi illius indignitatem[12] & moleſtiam pertuliſſem, cum fratres & propinqui tui iacerent ad pedes[13], & ego eſſem locutus[14], quae cauſſa, quae[15] tuum tempus poſtulabat, non ſolum ex oratione Caeſaris, quae ſane mollis[16] & liberalis[17] fuit ſed etiam ex oculis, & vultu, ex multis praeterea ſignis, quae[18] facilius perſpicere potui, quam ſcribere, hanc in opinionem diſceſ-
5 ſi[19], vt mihi tua ſalus dubia non eſſet[20]. Quamobrem fac animo magno fortique ſis: &, ſi turbidiſſima[21] ſapienter ferebas, tranquilliora[22] lae-
6 te feras[23]. Ego tamen tuis rebus ſic adero[24], vt difficillimis[25]: neque Caeſari ſolum, ſed etiam amicis eius omnibus, quos mihi amiciſſimos eſſe cognoui, pro te, ſicut adhuc feci, libentiſſime ſupplicabo. Vale.

XVI.

10. ad priorem diem illius bidui, quod intercalatur, (eingeſchaltet wird) quod ſextum Calendas Martias vocamus, ſiue diem XXIV. Februarii. 11. auf Erſuchen vnd Bitten. 12. & cum pertuliſſem indignam & longam exſpectationem, dum non poteram Caeſarem adire. 13. Caeſaris. 14. ea. 15. & ea quae. 16. lenis, placida. 17. benigna. 18. ſigna. 19. veni, cum diſcederem a Caeſare. 20. vt plane non dubitarem de tua reſtitutione. 21. res aduerſas. 22. res felices. 23. laeto animo accipias. 24. ego te iuuabo in rebus tuis. 25. non aliter ac ſi tuae res illae eſſent difficillimae.



Digitized by Google

## [XVI. [al. xv.]

## CICERO BASILIO S.

*Gratulationem, beneuolentiam & officium continet.*

Tibi gratulor, mihi gaudeo[1], te amo, tua tueor[2], a te amari, & quid agas, quidque agatur[3] certior fieri volo. Vale.

XVI.

1. Gaudeo mei cauſſa. 2. defendo res tuas. 3. ab aliis.

## XVII. [al. xvi.]

## BITHYNICVS CICERONI S.

Commemorata ſua & patris amicitia, rogat, vt ſe abſentem tueatur.

*Si mihi non tecum & multae & iuſtae cauſſae amicitiae priuatim eſſent, repeterem[1] initia amicitiae ex[2] parentibus noſtris: quod[3] faciendum iis exiſtimo, qui paternam amicitiam nullis ipſi officiis proſecuti ſunt[4]. Itaque contentus ero noſtra ipſorum amicitia: cuius fiducia[5] peto a te, vt abſentem me, quibuscunque in rebus opus fuerit, tueare[6], ſi nullum officium tuum apud me intermoriturum[7] exiſtimas. Vale.* 2

XVIII.

XVII.

1. facile poſſem deducere. 2. a. 3. qualem repetitionem. 4. qui ipſi non continuauerunt amicitias a patribus coeptas. 5. dum ego itaque fiduciam habeo in amicitia noſtra. 6. defendas. 7. ſi putas, quod ego hoc tuum beneficium daturus non ſim obliuioni.

XVIII.

Digitized by Google

## XVIII. [al. XVII.]

## M. CICERO BITHYNICO S.

*Reſpondet Bithynici cuidam epiſtolae (non autem ſuperiori) qua ille, conſtituta republica, cum Cicerone ſe futurum promiſerat, quod gratum ſibi fore ſignificat, & ſe eius eſſe amantiſſimum confirmat.*

CUm[1] ceterarum rerum cauſſa[2] cupio eſſe aliquando rempub. conſtitutam[3]; tum velim, mihi credas, accidere id etiam, quo[4] magis expetam promiſſum tuum, quo in litteris vteris.
2 Scribis enim, ſi ita ſit, te mecum eſſe victurum[5]. Gratiſſima mihi tua voluntas[6] eſt, faciſque nihil alienum[7] neceſſitudine noſtra, iudiciiſque[8] pa-
3 tris tui de me, ſummi viri. Nam ſic habeto[9]: beneficiorum magnitudine[10] eos, qui temporibus valuerunt[11], aut valent[12], coniunctiores tecum eſſe, quam me: neceſſitudine, neminem[13]. Quamobrem grata mihi eſt & memoria tua noſtrae coniunctionis, & eius[14] etiam augendae voluntas[15]. Vale.

XIX.

XVIII.

1. So wohl. 2. ob ceteras res. 3. in melius reparatam. 4. vt eo magis. 5. te velle ſemper apud me eſſe. 6. conſilium. 7. quod eſſet contra amicitiam noſtram. 8. & quod alienum eſſet a benigno iudicio patris tui de me. 9. id ſcias. 10. per magnitudinem. 11. qui multa valuerunt efficere his temporibus, cum eſſent amici Caeſaris. 12. adhuc aliquid. 13. quoad neceſſitudinem vero neminem tibi eſſe coniunctiorem, quam me. 14. coniunctionis. 15. tua.

XIX.

Digitized by Google

## XIX. [al. XVIII.]

# M. CICERO LEPTAE S. D.

*Quaeſtioni reſpondet ex lege de decurionibus. addit de bello Hiſpanienſi, de Leptae negotio, de Oratore ſuo, de Tulliola, & de Leptae iunioris ſtudiis conſilium ac praeceptum dat.*

SImul [1] accepi a Seleuco tuo litteras, ſtatim quaeſiui e Balbo per codicillos [2], quid eſſet in lege [3]. reſcripſit [4], eos, qui facerent praeconium [5], vetari eſſe in decurionibus [6]: qui feciſſent [7], non vetari [8]. Quare bono animo ſint & tui, & mei fa- 2
miliares. neque enim erat ferendum, cum [9], qui hodie aruſpicinam [10] facerent, in ſenatu Romae legerentur [11]; eos, qui aliquando praeconium feciſſent, in municipiis [12] decuriones eſſe non licere. De Hiſpanis noui nihil [13]. magnum tamen 3
exercitum Pompeium habere conſtat [14]. Nam Caeſar ipſe ad nos miſit exemplum [15] Paciaeci litterarum, in quo [16] erat, illi XI eſſe legiones [17]. ſcripſerat etiam Meſalla Q. Salaſſo, P. Curtium, fratrem eius, iuſſu Pompeii inſpectante exercitu [18] inter-

XIX.

1. ſimul ac. 2. per litteras, quas codicillis inſcripſi. 3. quid liceret per legem. 4. Balbus mihi reſpondit. 5. qui iam adhuc eſſent praecones publici. 6. illis non licere eſſe Decurionibus. 7. illi autem, qui feciſſent praeconium. 8. hos poſſe eſſe Decuriones. 9. illi. 10. aruſpices eſſent. 11. tanquam ſenatores eligerentur. 12. in Freyſtädten. 13. habeo. 14. certum eſt. 15. Abſchrifft. 16. exemplo. 17. quod Pompeius habeat XI. legiones. 18. in praeſentia exercitus.



Digitized by Google

interfectum[19], quod[20] conſenſiſſet[21] cum Hiſpanis quibuſdam, ſi in oppidum neſcio quod Pompeius rei frumentariae cauſſa veniſſet, eum[22]
4 comprehendere, ad Caeſaremque deducere. De negotio tuo, quod[23] ſponſor es[24] pro Pompeio, ſi Galba conſponſor[25] tuus redierit, homo in re familiari non parum diligens, non deſinam cum illo communicare[26], ſi quid expediri[27] poſſit:
5 quod videbatur mihi ille confidere[28]. Oratorem[29] meum tantopere a te probari[30], vehementer gaudeo. mihi quidem ſic perſuadeo, me, quidquid habuerim iudicii de dicendo[31], in illum librum contuliſſe. qui[32] ſi eſt talis, qualem tibi videri ſcribis, ego quoque aliquid ſum: ſin aliter[33], non recuſo[34], quin quantum[35] de illo libro, tan-
6 tumdem de mei iudicii fama detrahatur. Leptam noſtrum[36] cupio delectari iam talibus ſcriptis: etſi abeſt maturitas aetatis, iam tamen perſonare aures eius huiuſmodi vocibus non eſt inutile[37].
7 Me Romae tenuit omnino Tulliae meae[38] partus. Sed

19. fuiſſe. 20. quoniam. 21. coniurationem feciſſet. 22. Pompeium. 23. quoniam. 24. du haſt gutgeſaget oder cauiret. 25. qui ſimul tecum fideiuſſit & ſpopondit. 26. ſo will ich mit ihm hieraus reden. 27. ob etwan ein Temperament oder Mittel könne gefunden werden. 28. in qua re ille videbatur bonam ſpem habere. 29. librum meum de Oratore. 30. laudari, tibi placere. 31. de arte dicendi, & praeceptis eloquentiae. 32. liber. 33. ſi vero liber ille talis non eſt. 34. facile patior, vt. 35. detrahitur de laude libri. 36. tuum filium, quem ego etiam habeo in filii locum. 37. non eſt inutile, vt is audiat talia praecepta, licet ea nondum plene intelligat. 38. filiae.

39. de-

Digitized by Google

Sed, cum ea, quemadmodum ſpero, ſatis firma ſit; teneor tamen, dum[39] a Dolobellae procuratoribus exigam primam penſionem[40]: & mehercule non tam ſum peregrinator[41] iam, quam ſolebam. aedificia mea me delectabant, & otium. 8
domus[42] eſt, quae nulli villarum mearum cedat: otium[43] omni deſertiſſima regione maius[44]. itaque ne litterae[45] quidem meae impediuntur, in quibus ſine vllo interpellatore[46] verſor[47]. Qua- 9
re, vt arbitror, prius heic te nos, quam iſtic tu nos videbis. Lepta ſuauiſſimus[48] ediſcat Heſiodum, & habeat in ore[49], τῆς ἀρετῆς ἱδρῶτα.

39. donec, vsque dum. 40. quam ille mihi pro dote filiae meae debet. Nam Dolabella repudiauerat Tulliam Ciceronis filiam. 41. in hac mea ſenectute non poſſum amplius tam commode peregrinari, quam antea. 42. mea ita comparata & exſtructa nunc eſt. 43. vero. 44. nunc eſt, quam in vlla deſertiſſimarum regionum. 45. ſtudia. 46. impedimento. 47. occupor. 48. filius tuus chariſſimus. 49. & ſemper recitet & recordetur illud dictum Heſiodi, cuius initium eſt: τῆς ἀρετῆς ἱδρῶτα integer autem verſus exſtat apud Heſiod. Oper. & dier. verſu 287. τῆς δ' ἀρετῆς ἱδρῶτα θεοὶ προπάροιθεν ἔθηκαν ἀθάνατοι. id eſt, *ante virtutem ſudorem dii praepoſuerunt immortales.* ſenſus eſt e dii immortales non concedunt homini virtutem, niſi per laborem.

## XX. [al. XIX.]

## CICERO LEPTAE S. D.

*Cum Caeſar ludos regionatim daturus eſſet, curationem eorum Lepta ambiebat, cui id Cicero diſſuadet, diffiſus, propter multitudinem intimorum impetrari poſſe.*



Digitized by Google

MAculam[1] officio[2] functum eſſe gaudeo. eius Falernum[3] mihi ſemper idoneum viſum eſt diverſorio[4]: ſi modo tecti[5] ſatis eſt ad comitatum
2 noſtrum recipiendum. Ceteroqui mihi quidem locus[6] non diſplicet, nec ea re[7] Petrinum tuum[8] deſeram. Nam & villa, & amoenitas illa, com-
3 morationis eſt, non diuerſorii[9]. De curatione aliqua munerum regionum[10], cum Oppio locutus ſum: nam Balbum, poſteaquam tu es profectus, non vidi: tantis pedum doloribus adficitur[11],
4 vt ſe conueniri nolit[12]. Omnino de tota re, vt mihi videtur, ſapientius faceres, ſi non curares. quod enim eo labore adſequi vis, nullo modo ad-
5 ſequere[13]. Tanta eſt enim intimorum[14] multitudo, vt ex his aliquis potius effluat[15], quam novo ſit aditus[16], praeſertim qui nihil adferat, praeter operam[17]: in qua ille ſe dediſſe beneficium
6 putabit, ſi modo ipſum ſciet non accepiſſe[18]. Sed tamen

XX.

1. Nomen proprium viri. 2. ſuo. 3. praedium cui nomen Falernum. 4. ad diuerſorium. 5. Stüben vnd Obdach. 6. ille. 7. ob eam rem. 8. praedium ſeu villam amoeniſſimam. 9. nam villa tua ita elegans eſt, vt perpetuo velim in illa commorari, non vero ea vti tanquam diuerſorio, ex quo mox abeundum eſt. 10. was die Veranſtaltung einiger Schauſpiele betrifft. *munera regionum* appellabantur illi ludi, qui per ſingulas regiones verbis agebantur. alii legunt: *munerum regiorum*, id eſt, magnificorum. 11. vsque adeo autem ille vexatur a podagra. 12. vt aegre ferat, ſi quis ad ſe iam veniat. 13. poteris adſequi. 14. amicorum Caeſaris. 15. abundet. 16. quam vt neceſſe ſit nouum amicum accedere. 17. curationis munerum. 18. vsque adeo non obligabis Caeſarem hoc tua curatione, vt is potius putaturus ſit dediſſe tibi beneficium, ſi hanc operam a te non acceperit. 19. ali-

tamen aliquid[19] videbimus, in quo ſit ſpecies[20]: aliter quidem non modo non appetendum[21], ſed etiam fugiendum puto. Ego me Aſturae[22] diu- 7
tius arbitror commoraturum[23], quoad[24] ille quandoque veniat. Vale.

19. aliquid excogitabimus. 20. dignitas & honor. 21. tale quidpiam, ſi in eo dignitas & honor non ſit. 22. villa maritima Ciceronis. 23. eſſe. 24. donec Caeſar aliquando redeat ex bello Hiſpanico.

## XXI. [al. xx.]

## CICERO TORANIO S.

*Toranius exſul voluit Caeſarianis ex Hiſpania venturis occurrere, vt, capta illorum gratia, facilius Caeſari reconciliaretur: quod Cicero diſſuadet, & manere iubet, vbi erat, quoad ſcire poſſit, quid agendum ſit. Addit conſolationem a communi calamitate & recti conſcientia.*

DEderam triduo ante[1] pueris Cn. Plancii litteras ad te. eo[2] nunc ero breuior, teque, vt[3] antea conſolabar, hoc tempore monebo. Nihil 2
puto tibi eſſe vtilius, quam ibidem[4] opperiri[5], quoad[6] ſcire poſſis, quid tibi agendum ſit. nam praeter nauigationis longae & hiemalis & minime portuoſae[7] periculum, quod vitaueris, ne illud quidem non quantiuis[8], ſubito, cum certe[9] aliquid audieris, te iſtinc poſſe proficiſci. Nihil 3
eſt

XXI.

1. Ante tres dies. 2. deſto. 3. quemadmodum. 4. vbi nunc es. 5. exſpectare, commorari. 6. donec. 7. dum non tuto iam poteris nauigare & adpellere ad portum. 8. & hoc ſane eſt plurimi faciendum. 9. certi. 10. fru-



Digitized by Google

eſt cur aduentatibus te offerre geſtias[10]. Multa
praeterea metuo, quae cum Chilone noſtro com-
4 municaui[11]. Quid multa[12]? loco opportuniore
in his malis nullo eſſe potuiſti, ex quo te, quocun-
que opus erit, facillime & expeditiſſime[13] confe-
5 ras[14]. Quod ſi recipiet ille ſe[15], ad tempus[16]
aderis. ſin (quoniam multa accidere poſſunt)
aliqua res eum vel impediet, vel morabitur; tu
ibi eris, vbi omnia ſcire poſſis. Hoc[17] mihi pror-
6 ſus valde[18] placet. De reliquo, vt te ſaepe per
litteras hortatus ſum, ita velim tibi perſuadeas, te
in hac cauſſa nihil habere, quod tibi timendum
ſit, praeter communem caſum ciuitatis: qui etſi
eſt grauiſſimus, tamen ita viximus, & id aetatis
iam ſumus[19], vt omnia, quae non noſtra culpa[20]
7 nobis accidant, fortiter ferre debeamus. Heic
tui omnes valent, ſummaque pietate[21] te deſide-
rant & diligunt & colunt. Tu & cura vt valeas,
& te iſtinc ne temere commoueas[22]. Vale.

XXII.

10. fruſtra vero eſt, quod vehementer cupias citius huc venire, quam ipſe Caeſar veniat. 11. de quibus collocutus ſum. 12. quid vero opus eſt multis verbis? 13. opportuniſſime. 14. conuertas. 15. quod ſi Caeſar redierit Romam ex bello Hiſpanico. 16. tempore ſatis maturo. 17. conſilium. 18. omnino. 19. & nos ſumus iam in ea aetate. 20. per noſtram culpam. 21. ſumma cupiditate, amore. 22. neque temere abeas ex eo loco, vbi nunc es.



Digitized by Google

## XXII. [xxi.]

# CICERO TORANIO S. D.

*Toranium conſolatur ex ſuo exemplo, qui, cum antea idem quod ille ſentiret, nihilque proficeret etiam rectis conſiliis; moderate nunc ferat quae acciderant, oſtendens, quantum leuamen ſit, recte vereque ſenſiſſe: monetque, vt nihil de rebus ſuis praeterquam quod commune eſt, timeat.*

ETſi cum haec ad te ſcribebam, aut appropinquare exitus huius calamitoſiſſimi belli, aut iam aliquid actum & confectum[1] videbatur: tamen quotidie commemorabam te vnum in tanto exercitu[2] mihi fuiſſe adſenſorem[3], & me tibi, ſolosque nos vidiſſe[4], quantum eſſet in eo bello[5] mali, in quo, ſpe pacis excluſa[6], ipſa victoria futura eſſet acerbiſſima: quae aut interitum allatura eſſet[7], ſi victus eſſes; aut[8], ſi viciſſes, ſeruitutem. Itaque ego, quem tum fortes illi viri & ſapientes 2 Domitii, & Lentuli timidum eſſe dicebant (eram plane[9]. timebam enim ne euenirent ea, quae acciderunt) idem[10] nunc nihil timeo, & ad omnem euentum paratus ſum. Cum aliquid videbatur caueri poſſe, tum id negligi dolebam. nunc vero, euerſis omnibus rebus[11], cum conſilio[12] proficí nihil poſſit, vna ratio videtur[13], quidquid euenerit,

XXII.

1. eſſe. 2. Pompeii, ante pugnam Pharſalicam. 3. te mecum conſenſiſſe. 4. & me & nos ſolos viſos eſſe tibi videre. 5. ciuili. 6. ſi nulla ſpes pacis ſupereſſet. 7. tibi. 8. allatura tibi eſſent. 9. timidus. 10. ego. 11. poſtquam omnia euerſa ſunt. 12. per bonum conſilium. 13. id vnum ſupereſſe videtur.



Digitized by Google

nerit, ferre moderate, praeſertim cum omnium
rerum mors ſit extremum: & mihi ſim conſcius[14],
me, quoad[15] licuerit, dignitati reipub. conſuluiſ-
ſe, &, hac amiſſa[16], ſalutem[17] retinere voluiſſe.
4 Haec ſcripſi, non vt de me ipſe dicerem, ſed vt
tu, qui coniunctiſſima fuiſti mecum & ſententia
5 & voluntate, eadem cogitares. Magna enim
conſolatio eſt, cum recordare[18], etiam ſi ſecus[19]
acciderit, te tamen recte vereque ſenſiſſe[20]. At-
que vtinam liceat aliquando aliquo[21] reipub. ſta-
tu nos frui, inter nosque conferre[22] ſollicitudi-
nes noſtras, quas pertulimus tum, cum timidi pu-
tabamur, quia dicebamus ea futura, quae[23] facta
6 ſunt. De tuis rebus nihil eſſe, quod timeas, prae-
ter vniuerſae reipub. interitum, tibi confirmo: de
me autem ſic velim iudices, quantum ego poſſim,
me tibi, ſaluti tuae liberisque tuis ſummo cum ſtu-
dio praeſto ſemper futurum[24]. Vale.

14. & ego probe ſcio. 15. quamdiu. 16. poſtquam reſpublica periit. 17. reipublicae. 18. quando in memoriam reuocas & expendis. 19. aliter ac putaſſes. 20. te tamen habuiſſe rectam ſententiam. 21. ſaltim. 22. comparare. 23. iam. 24. auxilium velle afferre.

## XXIII. [al. XXII.]

## CICERO DOMITIO.

*Cn. Domitium, L. F. qui poſt pugnam in Theſſalia ab armis receſſerat, ſerius tamen quam Cicero, ſpe veniae impetrandae, venerat in Italiam; orat, vt cum reipub. iam ſatisfecerit, incolumitati ſuae conſulat, & amicorum deſiderium, quos belli caſus eripuerat, aequo, ſaltim forti ferat animo. Scripta Caeſare coſ. III.*

Non

Digitized by Google

NOn ea res me deterruit, quo minus, poſtea-
quam in Italiam veniſti, litteras ad te mitte-
rem, quod[1] tu ad me nullas miſeras: ſed quia nec
quid tibi pollicerer ipſe egens[2] rebus omnibus,
nec quid ſuaderem[3], cum mihimet ipſi conſilium
deeſſet, nec quid conſolationis adferrem in tantis
malis, reperiebam[4]. Haec quamquam nihilo 2
meliora ſunt[5] nunc etiam atque etiam multo de-
ſperatiora[6], tamen inanes eſſe meas litteras, quam
nullas malui[7]. Ego ſi te intelligerem plus cona- 3
tum eſſe ſuſcipere reipublicae cauſſa muneris[8],
quam quantum praeſtare potuiſſes: tamen qui-
buscunque rebus poſſem ad eam conditionem te
videndi, quae daretur[9], quae eſſet[10], hortarer.
Sed cum conſilii tui bene fortiterque ſuſcepti, 4
eum tibi finem ſtatueris, quem ipſa fortuna ter-
minum noſtrarum contentionum[11] eſſe voluiſ-
ſet; oro obteſtorque te pro vetere noſtra con-
iunctione ac neceſſitudine, proque ſumma mea
in te beneuolentia, & tua in me pari[12], te vt no-
bis, parenti, coniugi, tuisque omnibus, quibus es
fuiſtique ſemper cariſſimus, ſaluum conſerues:
incolumitati tuae tuorumque, qui ex te pendent[13],
conſulas: quae didiciſti, quaeque ab adoleſcentia
pulcer-

XXIII.

1. quoniam. 2. qui ipſe egeo. 3. tibi. 4. habebam. 5. ob es nun gleich jetzo nicht viel beſſer ſtehet. 6. peiora. 7. malui tamen inanes ad te litteras mittere, quam nullas. 8. plus muneris & officii, te plura libenter facere voluiſſe pro republica. 9. permitteretur tibi. 10. qualiscunque ea demum eſſet. 11. pugnarum. 12. beneuolentia. 13. quorum ſalus ex tua ſalute dependet.


Digitized by Google

pulcerrime a ſapientiſſimis viris tradita[14], memo-
ria & ſcientia comprehendiſti, iis hoc tempore
vtare: quos[15] coniunctos[16] ſumma beneuolen-
tia plurimisque officiis amiſiſti, eorum deſiderium
5 ſi non aequo animo, at[17] forti feras. Ego quid
poſſim, neſcio, vel potius me parum poſſe ſentio.
Illud tamen tibi polliceor, me quaecunque ſaluti,
dignitatique tuae conducere[18] arbitrabor, tanto
ſtudio eſſe facturum, quanto ſemper tu & ſtudio
6 & officio in meis rebus fuiſti. Hanc meam vo-
luntatem ad matrem tuam, optimam feminam tui-
que amantiſſimam, detuli[19]. Si quid ad me ſcripſe-
ris, ita faciam, vt te velle[20] intellexero: ſin autem
tu minus ſcripſeris, ego tamen omnia, quae tibi
vtilia eſſe arbitrabor, ſummo ſtudio diligenterque
curabo. Vale.

M.TVL-

14. praecepta. 15. amicos. 16. tibi. 17. attamen. 18. prodeſſe. 19. expoſui, declaraui. 20. prout intellexero, te id velle & cupere.



Digitized by Google

# M. TVLLII CICERONIS EPISTOLARVM AD FAMILIARES LIBER VII.

## I.

## M. CICERO M. MARIO S. D.

*Ludos deſcribit, a Pompeio ſecundo conſulatu editos, quos quod Marius abſens non ſpectauerit, eidem gratulatur. Se quoque huius generis vanitatibus non capi, & inter ludos Caninii cauſſam egiſſe narrat, cuius occaſione dimiſſionem ſibi ex foro optat, vt libere poſſit in villis & cum Mario viuere.*

SI te dolor aliquis corporis, aut infirmitas valetudinis tuae tenuit [1], quo minus ad ludos venires, fortunae [2] magis tribuo [3], quam ſapientiae tuae. Sin haec, quae ceteri mirantur, 2
contemnenda duxiſti [4], & cum per valetudinem [5] poſſes, venire tamen noluiſti, vtrumque laetor [6], & ſine dolore corporis te fuiſſe, & animo valuiſſe [7]:

### LIBER VII.

### I.

1. Retinuit a ſpectatione ludorum a Pompeio editorum. 2. aduerſae. 3. adſcribo id. 4. quod ſi vero putas, illa omnia eſſe contemnenda, quae caeteri mirantur, wouon ander Leuthe ſo ein groſſes Werck machen. 5. aduerſam vel, bonam, integram. 6. vtrumque mihi adfert gaudium.

7. ſapien-

Digitized by Google

ſe[7]: cum[8] ea[9], quae ſine cauſſa mirantur alii, neglexeris: modo vt tibi conſtiterit fructus otii tui[10], quo[11] quidem tibi perfrui mirifice licuit, cum eſſes
3 in iſta amoenitate[12], paene ſolus relictus. Neque tamen dubito, quin tu ex illo cubiculo[13] tuo, ex quo tibi Stabianum[14] perforaſti[15], & patefeciſti Seianum[16], per eos dies[17] matutina tempora lectiunculis[18] conſumſeris: cum illi interea, qui te iſtic reliquerunt, ſpectarent communes mimos[19]
4 ſemiſomni[20]. Reliquas vero partes diei tu conſumebas his delectationibus, quas tibi ipſe ad arbitrium tuum compararas: nobis autem erant ea perpetienda[21], quae ſcilicet Sp. Metius probauiſ-
5 ſet[22]. Omnino, ſi quaeris[23], ludi apparatiſſimi[24]. ſed non tui ſtomachi[25]: coniecturam[26] enim facio
6 de meo[27]. Nam primum honoris cauſſa in ſcenam redierant ii[28], quos ego honoris cauſſa de ſcena deceſſiſſe arbitrabar. deliciae vero tuae[29] noſter

7. ſapientem fuiſſe. 8. cum tu neglexeris. 9. ludos. 10. ſi modo tu aliquam percepiſti vtilitatem ex otio tuo. 11. otio. 12. amoeniſſimo praedio. 13. praedii tui. 14. ad praedium. 15. proſpectum aperuiſti, durchbrechen laſſen. 16. praedium, proſpectum tibi feciſti ad Seianum. 17. dieſelbigen Tage über. 18. variis lectionibus librorum. 19. Comoedianten, Poſſenreiſſer. 20. halbſchläfrig, prae laſſitudine ſpectandi. 21. nos autem cogebamur ea perpeti, quae Spurius Metius, ſeueriſſimus carminum cenſor, vix probauiſſet. 22. laudauiſſet, cum voluptate auditurus fuiſſet. 23. quales illi ludi fuerint. 24. magno apparatu inſtructi fuerunt. 25. illi autem non erant ad tuum palatum & ſaporem, vt tibi iucundi eſſe potuiſſent. 26. de tuo ſtomacho. 27. ſtomacho. 28. hiſtriones & mimi vetuli. 29. quem tu vehementiſſime amas.

30. ita

Digitized by Google

noſter Aeſopus eiusmodi fuit, vt ei deſinere per
omnes homines liceret[30]. is iurare cum coepiſſet,
vox eum defecit[31] in illo loco, SI SCIENS FAL-
LO[32]. Quid tibi ego alia narrem? noſti enim re- 7
liquos[33] ludos. quid? ne id quidem leporis habue-
runt[34], quod ſolent mediocres ludi[35]. Apparatus
enim ſpectatio[36] tollebat omnem hilaritatem: quo
quidem apparatu non dubito quin animo aequiſſi-
mo carueris[37]. Quid enim delectationis habent 8
ſexcenti muli in Clytaemneſtra[38]? aut in Equo
Troiano cetrarum[39] tria millia? & armatura va-
ria peditatus & equitatus in aliqua pugna? quae
popularem[40] admirationem habuerunt, delecta-
tionem tibi nullam attuliſſent. Quod ſi tu per 9
eos dies[41] operam dediſti Protogeni[42] tuo, dum
modo is tibi quiduis potius, quam orationes meas
legerit[43]; nae[44] tu haud paullo plus[45], quam quis-
quam noſtrum[46], delectationis habuiſti. Non 10
enim te puto Graecos, aut Oſcos[47] ludos deſide-
raſſe

30. ita ſe geſſit, vt cum conſenſu & beneplacito omnium hominum potuiſſet deſinere. 31. da blieb er ſtecken. 32. eſt particula ex ſolemni formula iurisiurandi. 33. reliquas partes ludorum. 34. hi ludi neque imo tam lepidi fuerunt. 35. habere. 36. dum enim homines ſpectabant vnice apparatum. 37. non dubito, quin aequo animo carueris ſpectatione huius apparatus. 38. Clytaemneſtra eſt tragoedia Accii, & Equus Troianus Liuii Andronici. 39. genus clypeorum. 40. populi, vulgi ſtupidi. 41. in quibus ludi habebantur. 42. anagnoſtae ſeu lectori tuo auſcultaſti. 43. praelegerit, quippe quae dignae non ſunt hoc honore. 44. profecto. 45. vngleich mehr. 46. ex nobis. 47. Pompeius edidit tria ludorum genera, Graecos, Oſcos & Latinos. Oſci erant populus Campaniae; inde Oſci ludi, putidi, ridiculi & proterui. Oſcos autem ſunt qui dictos eſſe volunt ab oris foeditate; vt Feſtus docet. 48. etiam.

Digitized by Google

raſſe; praeſertim cum Oſcos ludos vel[48] in ſenatu [noſtro] ſpectare poſſis: Graecos vero ita ames[49], vt ne ad villam quidem tuam via Grae-
11 ca[50] ire ſoleas. Nam quid ego te athletas[51] putem deſiderare, qui gladiatores[52] contemſeris? in quibus ipſe Pompeius confitetur ſe & operam
12 & oleum[53] perdidiſſe. Reliquae ſunt venationes binae per dies quinque magnificae; nemo negat[54]. Sed quae poteſt homini eſſe polito[55] delectatio, cum aut homo imbecillus a valentiſſima[56] beſtia laniatur[57], aut praeclara[58] beſtia venabulo[59] transuerberatur? Quae tamen, ſi videnda ſint[60], ſaepe vidiſti: neque nos, qui haec ſpectamus, quid-
13 quam noui vidimus. Extremus elephantorum dies fuit[61]: in quo[62] admiratio magna vulgi atque turbae[63], delectatio[64] nulla extitit: quin etiam miſericordia[65] quaedam conſecuta eſt atque opinio eiusmodi, eſſe quandam illi belluae[66] cum ge-
14 nere humano ſocietatem. His ego tamen diebus, ludis ſcenicis[67], ne forte videar tibi non modo bea-

48. etiam. cum etiam Senatores quidam oſce & foede ſatis loquantur. 49. vsque adeò non ames. 50. in via, quae Graeca appellatur. 51. luctatores. 52. in quibus ſpectandis maior poſſet eſſe delectatio. 53. oleo inungebantur luctatores, vnde prouerbium. 54. nemo autem negat, has venationes fuiſſe magnificas. 55. galanten Manne; eleganter docto. 56. robuſtiſſima. 57. diſcerpitur. 58. ein ſonderliches vor andern. 59. mit dem Fangeiſen. 60. ſi omnino merentur ſpectationem. 61. vltimo die producti fuerunt elephanti. 62. die. 63. plebis. 64. autem. 65. Mitleiden. 66. elephanto. 67. cum agerentur ludi ſcenici.

68. felix.

Digitized by Google

beatus[68], ſed liber[69] omnino fuiſſe; dirupti[70] paene me in iudicio Galli Caninii, familiaris tui. quod ſi tam facilem[71] populum haberem, quam Aeſopus habuit[72], libenter mehercule artem[73] deſinerem, tecumque & cum ſimilibus noſtri viverem. Nam me cum antea taedebat, cum & aetas & ambitio me hortabantur, & licebat deni- 15
que quem nolebam, non defendere[74], tum vero hoc tempore vita nulla eſt[75]: neque enim fructum[76] vllum laboris ex his exſpecto, & cogor nonnunquam homines non optime de me meritos rogatu[77] eorum, qui bene meriti ſunt[78], defendere. Itaque quaero cauſſas omnes aliquan- 16
do[79] viuendi arbitratu meo: teque, & ſtatim rationem[80] otii tui & laudo vehementer & probo: quodque nos minus[81] interuiſis, hoc[82] fero animo aequiore, quod ſi Romae eſſes, tamen neque[83] nos lepore[84] tuo, neque te, ſi qui[85] eſt in me, meo[86] frui liceret, propter moleſtiſſimas occupationes meas: quibus[87] ſi me relaxaro[88] (nam vt plane exſoluam[89] non poſtulo) te ipſum, qui multos annos nihil aliud commentaris[90], docebo pro-

68. felix. 69. ab omnibus negotiis. 70. clamando, ich habe mich faſt zu Tode geſchrien. 71. propenſum, geneigt. 72. illum. 73. ab arte forenſi. 74. licuiſſet mihi, illum non defendere, quem nolebam defendere. 75. iniucunda mihi. 76. vtilitatem. 77. auf derer Bitten. 78. de me. 79. tandem aliquando. 80. Beſchaffenheit. 81. non ita ſaepe vt antea. 82. deſto. 83. neque liceret, vt nos frueremur. 84. angenehme vnd luſtige Conuerſation. 85. lepor. 86. lepore. 87. a quibus moleſtiis. 88. liberauero. 89. me ab illis moleſtiis. 90. agis.

91. iucun-

17 profecto, quid ſit humaniter[91] viuere. Tu modo
iſtam imbecillitatem valetudinis tuae ſuſtenta &
tuere[92], vt facis: vt noſtras villas obire[93], & me-
18 cum ſimul lecticula[94] concurſare[95] poſſis. Haec
ad te pluribus verbis ſcripſi, quam ſoleo, non[96]
otii abundantia, ſed amoris[97] erga te, quod[98] me
quadam epiſtola ſubinuitaras[99], ſi memoria te-
nes[100]; vt aliquid ad te huiuſmodi ſcriberem, quo
19 minus te praetermiſiſſe ludos poeniteret. Quod
ſi adſecutus ſum, gaudeo: ſin minus, hoc[1] me ta-
men conſolor, quod poſthac ad ludos venies,
noſque viſes: neque in epiſtolis relinques meis
ſpem aliquam delectationis tuae[2]. Vale.

91. iucunde ſimul & honeſte. 92. cura. 93. inuiſere. 94. in einer kleinen Sänffte. 95. modo huc modo illuc currere & ire. 96. ex. 97. abundantia. 98. quoniam. 99. videbaris veluti inuitare. 100. ſiquidem eius adhuc recordaris. 1. in eo. 2. non exſpectabis, donec ego tibi aliquid in litteris meis perſcribam de eiuſmodi ludis, ſed ipſe venies.

## II.

## M. T. C. M. MARIO S. D.

*Emtionis negotium, ſibi mandatum, poſt iocos (nam & ipſe inter heredes bonorum erat quae emi volebat Marius) diligenter ſe curaturum dicit. Deinde reſpondet gratulationi de Planco Burſa, qui, Cicerone accuſante, damnatus fuerat, quo iudicio quantum laetetur, ſignificat, & Marium quoque gaudere iubet.*

MAndatum tuum curabo diligenter. Sed homo acutus[1] ei mandaſti[2] potiſſimum, cui expedi-



1. ironia iocoſa. 2. mandatum hoc dediſti.



Digitized by Google

pediret[3], illud vaenire quam plurimo[4]. ſed eo[5]
vidiſti multum, quod praefiniſti[6], quo ne pluris
emerem. Quod ſi mihi permiſiſſes, qui meus 2
amor in te[7] eſt, confeciſſem[8] cum coheredibus[9].
nunc, quum tuum pretium noui, licitatorem po-
tius adponam[10], quam illud minoris vaeneat[11]:
ſed de ioco ſatis eſt. Tuum negotium agam, ſicu-
ti debeo, diligenter. De Burſa[12] te gaudere cer- 3
to ſcio: ſed nimis verecunde mihi gratularis. pu-
tas enim, vt ſcribis, propter hominis ſordes[13] mi-
nus me magnam illam laetitiam putare[14]. Credas 4
mihi velim, magis me iudicio hoc, quam morte
inimici[15] laetatum[16]. Primum enim iudicio ma-
lo, quam gladio[17]: deinde gloria[18] potius amici,
quam calamitate. Inprimisque me delectauit, 5
tantum ſtudium[19] bonorum[20] in[21] me exſtitiſſe[22]
contra incredibilem contentionem[23] clariſſimi &
potentiſſimi viri[24]: poſtremo, (vix veriſimile
fortaſſe videatur) oderam multo peius hunc[25],
quam illum ipſum Clodium: illum[26] enim oppu-
gnaram, hunc[27] defenderam: & ille, cum omnis 6
respub. in meo capite diſcrimen eſſet habitura[28],

magnum

3. cui vtile eſſet. 4. vt illud vaeneat maximo pretio. 5. in eo. 6. quod mihi ſummam pecuniae praeſcripſiſti. 7. pro meo amore in te. 8. rem totam. 9. Mit-Erben. 10. ſubornabo licitatorem, qui pretium augeat, ne illud vendatur vilius. 11. vendatur. 12. Planco Burſa. 13. vitia huius hominis. 14. aeſtimare. 15. huius mei. 16. fuiſſe. 17. ego malo laetari, quod hoſtem ſuperauerim iudicio, quam gladio. 18 gaudeo. 19. fauorem. 20. hominum. 21. erga. 22. fuiſſe. 23 defenſionem. 24. Pompeii. 25. Burſam. 26. Clodium accuſaueram. 27. Burſam. 28. cum tota reſp. verſaretur in periculo, niſi ego ſaluus manſiſſem.



Digitized by Google

magnum quiddam ſpectauit[29], nec ſua quidem ſponte, ſed eorum auxilio, qui, me ſtante[30], ſta-
5 re[31] non poterant: hic ſimiolus[32] animi cauſſa[33], me, in quem inueheretur[34], delegerat, perſuaſeratque nonnullis inuidis[35] meis, ſe in me emiſſa-
7 rium[36] ſemper fore. Quamobrem valde iubeo gaudere te. magna res geſta eſt. nunquam vlli fortiores ciues fuerunt, quam[37] qui auſi ſunt eum contra tantas opes eius[38], a quo ipſi lecti[39] iudices erant, condemnare: quod feciſſent nun-
8 quam, niſi iis dolori[40] meus fuiſſet dolor. Nos heic multitudine[41] & celebritate iudiciorum, & nouis legibus ita diſtinemur[42], vt quotidie vota faciamus, ne intercaletur[43], vt quamprimum te videre poſſimus. Vale.

29. ſo hatte er ſich etwas ſonderliches auserſehen. 30. quamdiu ego ſaluus manerem. 31. ſalui eſſe. 32. dieſes Aeffgen. 33. aus Wolluſt, vnd gleich als vor Narrenpoſſen, oder zum Spaſs. 34. quem accuſaret, quem adgrederetur dictis contumelioſis. 35. inimicis. 36. Spion, er wolte auf alle meine Actiones genau achtung geben. 37. illi. 38. Pompeii. 39. ſelecti. 40. niſi ipſi iudices ſenſiſſent dolorem ob meum dolorem. 41. propter multitudinem. 42. occupati ſumus. 43. ne menſis aut aliud tempus iſtis iudiciis deſtinatum prolongetur.

## III.

## M. CICERO M. MARIO S. D.

*Vt diſceſſum ſuum a ciuili bello poſt pugnam Pharſalicam excuſaret, quem vituperatores reprehendebant; totam cauſſam belli recenſet, vt appareat, quibus adductus rationibus a continuando bello abſtinuerit. Scripta poſt bellum Africanum.*

Per-

PErſaepe mihi cogitanti[1] de communibus miſeriis[2], in quibus tot annos verſamur[3], &, vt video[4], verſabimur[5], ſolet in mentem venire illius temporis[6], quo proxime[7] fuimus vna[8], quin etiam ipſum diem[9] memoria[10] teneo. Nam a. 2
d. III idus Maias[11], Lentulo & Marcello conſulibus[12], cum in Pompeianum[13] veſperi veniſſem, tu mihi ſollicito[14] animo praeſto fuiſti[15]. Solli- 3
citum autem te habebat[16] cogitatio cum officii[17], tum etiam periculi mei. Si manerem in Italia, verebare[18], ne officio deeſſem[19]: ſi proficiſcerer ad bellum[20], periculum te meum commouebat[21].
Quo tempore vidiſti profecto me quoque ita 4
conturbatum[22], vt non explicarem[23], quid eſſet optimum[24] factu: pudori tamen malui famaeque cedere[25], quam ſalutis meae rationem ducere[26].
Cuius me mei facti[27] poenituit: non tam propter 5
periculum meum, quam propter vitia[28] multa, quae

III.

1. Mihi venit in mentem. 2. de miſerrimo ſtatu reip. 3. in quibus ſumus iam per tot annos. 4. veluti proſpicio. 5. manebimus. 6. recordatio. 7. ohnlängſt. 8. ſimul eramus, da wir beyſammen waren. 9. noſtri colloquii. 10. in memoria. 11. die XVI. Maii. 12. cum Marcellus & Lentulus eſſent Conſules. 13. praedium meum. 14. ſorgenuollen. 15. veniſti ad me. 16. curam ingentem in animo tuo faciebat. 17. meiner Obligation gegen Pompeium. 18. tu metuebas. 19. ne non ſatisfacerem meo officio erga remp. 20. contra Caeſarem. 21. in quod poſſem incidere. 22. eſſe. 23. vt non poſſem videre. 24. vtiliſſimum. 25. malui tamen obſequi modeſtiae meae & bonae famae. 26. quam conſiderare ſalutem meam. 27. profectionis ad bellum. 28. Mängel.

6 quae ibi[29] offendi[30], quo[31] veneram. Primum[32]
neque[33] magnas copias[34], neque bellicoſas; dein-
de extra ducem[35], paucoſque praeterea (de prin-
cipibus[36] loquor) reliqui[37] primum in ipſo bello
rapaces[38], deinde in oratione[39] ita crudeles, vt
ipſam victoriam horrerem[40]: maximum autem
aes alienum ampliſſimorum virorum[41]. quid
7 quaeris[42]? nihil boni praeter cauſſam[43]. Quae[44]
cum vidiſſem, deſperans victoriam[45], primum
coepi ſuadere pacem, cuius fueram ſemper[46]
auctor: deinde cum ab ea ſententia[47] Pompeius
valde abhorreret[48], ſuadere inſtitui[49], vt bellum
8 duceret[50]. Hoc[51] interdum probabat[52]: & in
ea ſententia videbatur fore, & fuiſſet fortaſſe[53],
niſi quadam ex pugna[54] coepiſſet ſuis militibus
9 confidere[55]. Ex eo tempore[56] vir ille ſummus[57],
nullus

29. in caſtris Pompeii. 30. inueni. 31. ad quae. 32. ibi vidi. 33. paruo numero. 34. militum. 35. excepto duce Pompeio. 36. von den Generals-Perſonen. 37. erant autem. 38. Raubbegierig. 39. ſermonibus ſuis. 40. vt ego putarem, victoriam ipſorum crudeliſſimam fore, cum horrore mentis meae. 41. videbam autem etiam aes alienum (groſſe Schulden) quibus grauati erant ampliſſimi viri. 42. plura, quid multis verbis opus eſt? 43. vidi in totis caſtris Pompeii. 44. omnia vitia. 45. iam incipiebam deſperare de victoria. 46. quam antea ſemper ſuaſeram. 47. mea, de pace. 48. diſſentiret, er wolte durchaus nichts vom Friede weder hören noch wiſſen. 49. coepi. 50. produceret, aufſchieben, verzögern, auff die lange Banck ſchieben. 51. conſilium. 52. laudabat, er lieſſe ſichs gefallen. 53. in ea ſententia. 54. felici. 55. fiduciam ponere in ſuis. 56. von derſelben Zeit an. 57. Pompeius.

58. nihil

nullus imperator fuit[58]. Signa[59] tirone & colle-
ctitio exercitu[60] cum legionibus[61] robuſtiſſimis
contulit. : victus turpiſſime[62], amiſſis etiam ca-
ſtris[63], ſolus fugit[64]. Hunc ego belli mihi finem 10
feci[65]: nec putaui, cum integri pares non fuiſſe-
mus[66], fractos ſuperiores fore[67]: diſceſſi[68] ab
eo bello, in quo aut in acie cadendum fuit[69], aut
in aliquas inſidias incidendum, aut deueniendum
in victoris manus, aut ad Iubam[70] confugiendum,
aut capiendus tanquam exſilio locus[71], aut con-
ſciſcenda mors voluntaria[72]. Certe nihil fuit
praeterea[73], ſi te victori nolles, aut non auderes
committere[74]. Ex omnibus autem iis, quae dixi 11
incommodis, nihil tolerabilius[75] exſilio[76], prae-
ſertim innocenti[77], vbi nulla adiuncta eſt turpitu-
do[78]. addo etiam, cum ea vrbe careas[79], in qua
nihil ſit, quod videre poſſis ſine dolore[80]. Ego 12
cum

58. nihil amplius fecit, quod dignum eſſet imperatore. 59. ſigna contulit, id eſt, pugnauit, cum. 60. da er doch nur iunges, vngeübtes vnd zuſammengerafftes Volck hatte. 61. Regimenter. 62. Pompeius. 63. poſtquam etiam amiſerat ſua caſtra. 64 aufugit. 65. ego ſemper putaui, hunc fore finem belli; vel: itaque ego etiam deſii Pompeium ſequi in bello. 66. cum nos, in ſaluo ſtatu rerum noſtrarum, pares Caeſari non fuiſſemus. 67. nos fore victores, poſtquam eſſemus tam grauiter debilitati. 68. igitur. 69. me oportuiſſet mori in acie. 70. regem Mauritaniae. 71. aut eligere locum aliquem, tanquam exilium voluntarium. 72. aut me ipſum interficere. 73. reliquum, praeter haec enarrata incommoda. 74. tradere. 75. videbatur. 76. quam exilium. 77. mihi, qui eram innocens. 78. cum in tali exilio nulla turpitudo ſit. 79. praeſertim, cum tantummodo cogaris carere illo vrbe. 80. ohne Betrübniſs vnd Jammer.



Digitized by Google

cum meis[81] (ſi quidquam nunc cuiusquam[82] eſt)
etiam in meis[83], eſſe malui. quae acciderunt[84],
omnia dixi futura[85]. Veni domum[86], non quod
optima viuendi conditio eſſet[87], ſed tamen[88], ſi
eſſet aliqua forma[89] reipublicae, tanquam in pa-
tria vt eſſem[90]: ſi nulla[91], tanquam in exſilio[92].
13 Mortem mihi cur conſciſcerem[93], cauſſa[94] nulla
viſa eſt: cur optarem[95], multae[96] cauſſae. Ve-
tus eſt enim[97], VBI NON SIS, QVI FVERIS,
14 NON ESSE, CVR VELIS VIVERE[98]. Sed
tamen vacare culpa[99] magnum eſt ſolatium:
praeſertim cum habeam duas res, quibus me ſu-
ſtentem[100], optimarum artium ſcientiam, & ma-
ximam rerum gloriam: quarum altera[1] mihi vi-
uo[2] nunquam eripietur; altera[3] ne mortuo qui-
15 dem[4]. Haec ad te ſcripſi verboſius[5], & tibi mo-
leſtus[6] fui, quod[7] te cum[8] mei, tum[9] reipublicae
16 cognoui amantiſſimum[10]. Notum tibi omne[11]
conſi-

81. propinquis & amicis. 82. ſi modo aliquis dicere poteſt, ſe habere quidpiam in ſua poteſtate. 83. bonis, praediis. 84. poſt victoriam Caeſaris. 85. euentura eſſe. 86. redii Romam. 87. quoniam mihi liceret in domo mea commodiſſime viuere. 88. ideo veni Romam. 89. ſi modo aliquis ordo maneret in rep. 90. vt ita viuere poſſem, velut in mea patria. 91. eſſet forma reip. 92. viuere poſſem. 93. cur autem me ipſum interficerem. 94. cauſſa mihi. 95. cur autem mortem. 96 mihi fuerunt. 97. prouerbium. 98. quando tu non es amplius in aliquo loco illud, quod olim fuiſti, cauſſam nullam habes, cur ibi velis diutius viuere. 99. liberum eſſe a culpa. 100. conſoler, nitar. 1. illa ſcientia. 2. quamdiu viuam. 3. hac gloria. 4. mihi eripi non poterit, etiamſi mortuus fuero. 5. prolixius. 6. hac prolixitate. 7. quoniam. 8. tam. 9. quam. 10. eſſe. 11. totum.

12. vt

Digitized by Google

cõſilium meum eſſe volui, vt primum ſcires, m
nunquam voluiſſe, plus quemquam poſſe[12], qua
vniuerſam rempublicam[13]: poſtea autem quan 17
alicuius[15] culpa[16] tantum valeret vnus[17], vt o ti
non poſſet[18], me voluiſſe pacem: amiſſo er-
citu[19] & eo duce[20], in quo ſpes fuerat vn , me
voluiſſe etiam reliquis omnibus[21]; poſtqu n non
potuerim[22], mihi ipſi finem feciſſe belli. Nunc 18
autem ſi haec ciuitas[23] eſt, ciuem eſſe me; non[24],
exſulem[25] eſſe non incommodiore loc , quam ſi
Rhodum[26], aut Mitylenas[27] contuliſſ n. Haec 19
tecum coram malueram[28]: ſed quia ngius fie-
bat[29], volui per litteras eadem[30], vt haberes, quid
diceres[31], ſi quando in vituperatores meos inci-
diſſes[32]. Sunt enim[33], qui cum meus interitus ni- 20
hil fuerit reipub. profuturus[34], criminis loco pu-
tent eſſe[35], quod viuam[36]: quibus ego certo ſcio
non videri ſatis multos periſſe[37]; qui ſi me au-
diſ-

12. vt quisquam ciuis plus valeret. 13. quam vniuerſa reſp. valet. 14. poſteaquam antea. 15. Pompeii. 16. per culpam. 17. Caeſar. 18. vt Caeſari non poſſemus reſiſtere. 19. poſtquam amiſſus erat Pompeii exercitus 20. & poſtquam ille Dux amiſſus erat. 21 pacem reddere, cum reliqui omnes aufugiſſent. 22. ipſos perſuadere ad pacem. 23. recte conſtituta eſt. 24. iſta ciuitas eſt. 25. me velle potius. 26. in inſulam. 27. inſulam in mari mediterraneo. 28. colloqui. 29. es würde mir zu lange. 30. tibi exponere, ſeu dicere. 31. dicere poſſes. 32. ad eos forte venires, qui hoc factum meum vituperant. 33. aliqui. 34. nullam vtilitatem attuliſſet. 35. mihi opprobrant, obiiciunt, als ein ſonderliches Verbrechen. 36. daſs ich mir nicht auch habe laſſen den Hals brechen. 37. ego vero certo ſcio, quod his hominibus nondum ſatis multi videantur interfecti eſſe.

diſſent[38], quamuis iniqua pace[39], honeſte tamen
viuerent[40]: armis enim inferiores, non cauſſa
21 fuiſſent[41]. Habes epiſtolam verboſiorem for-
taſſe, quam velles. quod tibi ita videri putabo,
niſi mihi longiorem[42] remiſeris. Ego, ſi quae
volo, expediero[43], breui tempore te, vt ſpero.
videbo.

38. cum tamen interfecti viuerent, ſi me audire voluiſſent. 39. quamuis conditiones pacis aequae non eſſent. 40. viuere potuiſſent. 41. etenim armis quidem ſuperati fuiſſent, non autem bonitate cauſſae. 42. epiſtolam. 43. effecero, verrichten.

## IV.

## M. T. C. M. MARIO S. D.

*Praemonet Marium de aduentu ſuo in Pompeianum. Eodem anno.*

A. D. IX kalendas[1] Iulias in Cumanum[2] veni
cum Libone tuo[3], vel noſtro[4] potius[5]: in
Pompeianum[6] ſtatim cogito[7]. ſed faciam te ante
2 certiorem[8]. Te cum[9] ſemper valere cupio, tum[10]
3 certe, dum hic ſumus. Quare ſi quid conſtitu-
tum[11] cum podagra habes, fac vt in alium diem
differas[12]. Cura igitur, vt valeas, & me hoc bi-
duo[13], aut triduo exſpecta.

V. CI-

IV.

1. die XXIII Iunii. 2. praedium, non procul ab vrbe Cumis in Campania Italica. 3. amico. 4. amico; 5. vt rectius dicam. 6. in villam tuam prope oppidum Pompeios. 7. proficiſci. 8. aduentum meum tibi prius indicabo. 9. non ſolum. 10. ſed nunc etiam inprimis. 11. ſi cum podagra tua aliquid conſtituiſti. 12. hanc conſtitutionem vel curam. 13. intra hos duos aut tres dies.

V. 1. pla-

Digitized by Google

## V.

# CICERO CAESARI IMPER. S. D.

*C. Trebatium Teſtam, iuriſconſultum, familiarem ſuum, Caeſari Galliarum proconſuli, diligentiſſime commendat.*

Vide quam[1] mihi perſuaſerim, te me eſſe alte-
rum[2], non modo in iis rebus, quae ad me
ipſum[3], ſed etiam in iis, quae ad meos pertinent. 2
C. Trebatium cogitaram[4], quocunque exirem[5],
mecum ducere[6], vt eum meis omnibus ſtudiis,
beneficiis[7] quam ornatiſſimum domum reduce-
rem. Sed poſteaquam & Pompeii commoratio[8] 3
diuturnior erat, quam putaram: & mea quaedàm
tibi non ignota dubitatio aut impedire profectio-
nem meam videbatur, aut certe tardare; vide
quid mihi ſumſerim[9]. Coepi velle[10], ea Treba- 4
tium exſpectare a[11] te, quae ſperaſſet a me. ne-
que mehercule minus ei prolixe[12] de tua volun-
tate[13] promiſi, quam eram ſolitus de mea[14] pol-
liceri. Caſus vero mirificus quidam interuenit, 5
qua-

V.

1. plane, quam vehementer. 2. du ſeyeſt mein ander Ich, mihi amiciſſimum. 3. pertinent. 4. in animo habebam. 5. profecturus eſſem, tanquam legatus Pompeii. 6. tanquam comitem itineris. 7. & beneficiis meis. 8. dum Pompeius diutius Romae commoratur, quam ego putaueram. 9. arrogauerim, was ich mir heraus genommen habe. 10. optare. 11. vt Trebatius exſpectaret a te illa beneficia. 12. neque minus prolixe, id eſt, ſatis prolixe. 13. erga ipſum beneuola. 14. voluntate.



Digitized by Google

quaſi[15] vel teſtis opinionis meae, vel ſponſor[16]
humanitatis tuae. Nam cum de hoc ipſo Treba-
tio cum Balbo noſtro loquerer accuratius domi[17]
meae, litterae mihi dantur a te: quibus in extre-
mis[18] ſcriptum erat, *M. Orfium, quem mihi com-
mendas, vel regem Galliae faciam*[19], *vel Leptae de-
lega*[20]: *ſi vis tu*[21], *ad me alium mitte, quem or-*
6 *nem*[22]. Suſtulimus manus[23] & ego & Balbus:
tanta fuit opportunitas[24], vt illud neſcio quod
7 non fortuitum, ſed diuinum videretur. Mitto
igitur ad te Trebatium: atque ita mitto, vt initio
mea ſponte, poſt autem, inuitatu[25] tuo mitten-
8 dum[26] duxerim[27]. Hunc, mi Caeſar, ſic velim
omni tua comitate complectare[28], vt omnia, quae
per me poſſis adduci[29], vt in meos conferre ve-
9 lis, in vnum hunc conferas. de quo tibi homine
haec ſpondeo, non illo vetere verbo meo[30],
quod, cum ad te de Milone ſcripſiſſem, iure luſi-
ſti[31]: ſed more Romano[32], quomodo homines
non inepti loquuntur, probiorem[33] hominem,
meliorem virum, pudentiorem[34] eſſe neminem.

Acce-

15. & is caſus erat quaſi. 16. qui certum me redderet de tua humanitate. 17. in domo. 18. in quarum clauſula ſeu fine. 19. locupletiſſimum faciam, qualis eſt rex Galliae. 20. vel potes eum delegarè Leptae tuo creditori, & hac delegatione debitum tuum ſoluere. 21. ſi tibi hoc placet. 22. beneficiis. 23. quod ſignum eſt admirationis. 24. harum litterarum. 25. auf deine beſchehene Einladung. 26. eſſe. 27. putauerim. 28. ames. 29. perſuaderi. 30. loquendi formula. 31. deriſiſti. 32. grauiter & ſine ioco. 33. *probiorem.* hoc erat illud verbum, quod riſerat Caeſar. 34. alii legunt: *prudentiorem.*

35. hnc.

Digitized by Google

Accedit[35] etiam, quod familiam ducit[36], in iure ciuili ſingularis memoria, ſumma ſcientia. Huic 10
ego neque tribunatum, neque praefecturam, neque vllius beneficii[27] certum nomen peto[38]: beneuolentiam tuam, & liberalitatem peto: neque impedio[39], quo minus, ſi tibi ita placuerit, etiam hiſce eum ornes gloriolae inſignibus[40]. totum 11
denique hominem tibi ita trado de manu[41] (vt aiunt) in manum tuam iſtam & victoria & fide praeſtantem[42]. Sumus enim putidiuſculi quam per te vix licet[43]: verum, vt video, licebit[44]. cura vt valeas, & me, vt amas, ama. Vale.

35. huc. 36. quod caput totius rei & praecipuum eſt. 37. officii ſeu magiſtratus. 38. vt tu ei tribuas. 39. ich bin auch nicht darwider. 40. ornamentis & titulis honorum. 41. mea. 42. quae manus tua praeſtans eſt ob victorias impetratas & fidem. 43. alii legunt: *pudentiuſculi*, id eſt verecundiores; vt ſenſus ſit: paulo verecundiores ſumus in petendo, quam id licet per tuam humanitatem. 44. ſed licebit tamen mihi eſſe verecundo.

## VI.

## M. CICERO TREBATIO S. D.

*Trebatium deſiderium vrbis impatienter ferentem, hortatur vt maneat in prouincia, laboretque, vt conſequatur, cuius cauſſa profectus fuerat.*

IN omnibus meis epiſtolis, quas ad Caeſarem, aut ad Balbum mitto, legitima[1] quaedam eſt acceſſio[2] commendationis tuae, nec ea vulgaris[3].

ſed

VI.

1. Billigmäſſig. 2. ein Beyſatz, additamentum. 3. acceſſio eſt.

4. ſingu.

ſed cum aliquo inſigni[4] indicio meae erga te be-
2 neuolentiae. Tu modo ineptias iſtas[5], & deſi-
deria vrbis[6], & vrbanitatis[7] depone: & quo
conſilio profectus es, id aſſiduitate & virtute[8]
3 conſequere[9]. Hoc tibi tam[10] ignoſcemus nos
amici, quam ignouerunt Medeae, *quae Corinthum
arcem altam habebant matronae opulentae optima-
tes*[11]: quibus illa manibus gypſatiſſimis[12] perſau-
ſit, *ne ſibi vitio illae verterent*[13], *quod*[14] *abeſſet a*
4 *patria. Nam multi ſuam rem bene geſſere & pu-
blicam*[15] *patria procul*[16]. *multi qui domi aetatem*[17]
*agerent, propterea ſunt improbati*[18]. quo in nume-
5 ro tu certe fuiſſes, niſi te extruſiſſemus[19]. Sed
plura ſcribemus alias[20]. Tu qui ceteris[21] cauere
didiciſti, in Britannia ne ab eſſedariis[22] decipia-
ris, caueto: &, quando[23] Medeam agere[24] coe-
pi, illud[25] ſemper memento: *Qui ipſe ſibi ſapiens
prodeſſe non quit, nequidquam*[26] *ſapit*. Cura vt
valeas. VII. M.

4. ſingulari. 5. quas ſpectare Romae deſideras, vtpote ludos, ſpectacula &c. 6. Romae. 7. eorum quae lepide & iucunde aguntur Romae. 8. tua. 9. ſtude potius conſequi. 10. perinde, non ſecus. 11. quam matronae opulentae & primariae, quae habitabant altam arcem Corinthum, ignouerunt Medeae videntur eſſe verſus ex Ennii Medea. 12. candidiſſimis, quibus matronis Medea, geſtibus per manus fucatas expreſſis, perſuadere conata fuerat. 13. ſie möchten ihr es nicht übel nehmen. 14. quoniam ipſa. 15. rem. 16. procul a patria. 17. ſuam. 18. propter hanc manſionem ſuam in domo ſunt improbati. 19. niſi curaſſemus, vt tu exires Roma licet inuitus. 20. alio tempore. 21. in ceteris rebus. 22. Fuhrleute. eſſedariorum in Britannia magna erat multitudo. 23. quoniam. 24. Medeae perſonam repraeſentare. 25. Ennii verbum. 26. fruſtra ille.

VII. 1. hac

Digitized by Google

## VII.

# M. CICERO TREBATIO.

*Studium ſuum in commendando ſignificat, monet vt Caeſari operam det, ab eoque exſpectet omnia.*

EGo te commendare non deſiſto: ſed quid proficiam [1] ex te ſcire cupio. Spem maximam habeo in Balbo, ad quem de te diligentiſſime & ſaepiſſime ſcribo. Illud ſoleo mirari, non me toties accipere tuas litteras, quoties a Q. mihi fratre adferuntur [2]. In Britannia nihil eſſe audio neque auri neque argenti. Id ſi ita eſt, eſſedum [3] aliquod ſuadeo capias [4], & ad nos quamprimum recurras. ſin autem ſine Britannia tamen adſequi, quod volumus, poſſumus; perfice vt ſis in familiaribus [5] Caeſaris. multum te in eo [6] frater adiuuabit meus, multum [7] Balbus: ſed, mihi crede, tuus pudor [8] & labor plurimum [9]. Imperatorem [10] liberaliſſimum, aetatem [11] opportuniſſimam, commendationem certe ſingularem habes: vt [12] tibi vnum [13] timendum ſit, ne ipſe tibi defuiſſe videare [14]. Vale.

VIII.

VII.

1. hac mea commendatione. 2. litterae. 3. ein Wagen. 4. vt capias. 5. inter familiares. 6. in ea re. 7. etiam te adiuuabit. 8. modeſtia. 9. te adiuuabunt. 10. Caeſarem. 11. aetas tua opportuniſſima eſt ad agendum aliquid. 12. adeo vt. 13. hoc. 14. ne videaris tuae fortunae ipſemet obſtitiſſe.

VIII.

Digitized by Google

## VIII.

## CICERO TREBATIO.

*Ex Caeſaris litteris & ſua reſponſione narrat; & modeſte reprehendit Trebatium, quod tribunatum recuſauerit.*

SCripſit ad me Caeſar perhumaniter, nondum te ſibi ſatis eſſe familiarem[1] propter occupationes ſuas, ſed certe fore[2]: cui quidem ego reſcripſi[3], quam mihi gratum eſſet futurum, ſi quam plurimum in te ſtudii, officii, liberalitatis ſuae contuliſſet.
2 Sed ex tuis litteris cognoui, praeproperam[4] quandam feſtinationem tuam; & ſimul ſum admiratus, cur tribunatus[5] commoda[6], demto praeſertim labore[7] militiae, contemſeris.
3 Querar cum Vacerra & Manilio: nam Cornelio nihil audeo dicere, cuius tu periculo[8] ſtultus es, quum te ab eo ſapere didiciſſe profiteris[9]. quin[10] tu vrges iſtam occaſionem & facultatem, qua[11] melior nunquam reperietur.
4 Quod ſcribis de illo Preciano iureconſulto, ego te ei non deſino commendare. ſcribit enim ipſe mihi, te ſibi gratias agere debere. De eo quid ſit, cura vt ſciam. ego veſtras litteras Britannicas[12] exſpecto. Vale.

IX.

VIII.

1. Nondum te potuiſſe ad familiaritatem ſuam peruenire. 2. te ſuum familiarem. 3. reſpondi. 4. allzu-eilfertig. 5. commoda ex officio tribuni militaris redundantia. 6. auantage. 7. praeſertim poſtquam tu exemtus es a laboribus militaribus. 8. auf deſſen Gefahr. 9. quum tu profiteris ac dicis, quod didiceris ſapientiam ab eo. 10. quin imo potius tu vrgere debes. 11. occaſione. 12. ex Britannia.



Digitized by Google

## IX.

# CICERO TREBATIO. S. D.

*Litterarum officium a Trebatio requirit: monet ne reditum in vrbem praepropere cupiat.*

IAmdiu ignoro quid agas. nihil enim ſcribis: neque ego ad te his[1] duobus menſibus ſcripſeram: quia cum[2] Q. fratre meo non eras, quo[3] mitterem[4], aut cui darem, neſciebam. Cupio ſcire quid agas, & vbi ſis hiematurus[5]. Equidem 2
velim[6] cum Caeſare: ſed ad eum propter eius[7] nihil ſum auſus ſcribere: ad Balbum tamen ſcripſi. Tu tibi deeſſe[8] noli, ſerius potius ad nos, dum 3
plenior[9]. quod huc[10] properes[11], nihil eſt[12], praeſertim Vacerra mortuo[13]. ſed tibi conſilium non deeſt. Quid conſtitueris, cupio ſcire. Cn. 4
Octauius an Cn. Cornelius quidem[14], tuus familiaris ſummo genere natus[15], terrae filius[16], is me, quia ſcit tuum familiarem eſſe[17], crebro ad coenam inuitat: adhuc[18] non potuit perducere[19]: ſed mihi tamen gratum eſt. Vale. X.

IX.

1. in. 2. ſimul cum Quinto, apud. 3. quorſum. 4. mittere deberem epiſtolas. 5. wo dein Winter-Quartier ſeyn werde. 6. cupio vt hiemare poſſis cum Caeſare. 7. *heic deeſt aliquid.* alii addunt & ſupplent, *occupationes*; alii: *luctum*, ex obitu Iuliae filiae Caeſaris, quae coniux erat Pompeii. 8. dir ſelbſt in Lichten ſtehen. commoda tua negligere. 9. ego volo magis, vt ſerius ad nos venias, dum modo plenior, ditior, redeas. 10. Romam. 11. vſque adeo feſtines. 12. fruſtra eſt. 13. poſtquam Vacerra mortuus eſt. 14. per iocum fingit Cicero, ſe huius obſcuri hominis nomen non ſatis certo ſcire. 15. ironia. 16. obſcurus & ignobilis homo. 17. me. 18. hactenus vero. 19. me perſuadere.

X. 1. exi-

Digitized by Google

## X.

# M. CICERO TREBATIO S. D.

*Per iocum agitat, quod ſcripſerat Trebatius, ſe Caeſari valde iuriſconſultum videri: & timiditatis arguit, qui in Britanniam nauigare recuſauerit: & vt de fructu commendationis ad Caeſarem, & omnibus rebus ſuis ſcribat plura, admonet.*

LEgi tuas litteras, ex quibus intellexi te Caeſari noſtro valde [1] iureconſultum videri. eſt quod [2] gaudeas, te in iſta loca veniſſe, vbi aliquid ſape-
2 re [3] viderere. Quod ſi in Britanniam quoque profectus eſſes; profecto nemo in illa tanta inſu-
3 la peritior te [4] fuiſſet. Verumtamen (rideamus [5] licet; ſum enim a te inuitatus [6]) ſubinuideo [7] tibi, vltro te etiam arceſſitum [8] ab eo, ad quem ceteri, non propter eius ſuperbiam, ſed propter occu-
4 pationem, adſpirare [9] non poſſunt. Sed tu in iſta epiſtola nihil mihi ſcripſiſti de tuis rebus, quae mehercule mihi non minori curae ſunt, quam meae.
5 Valde metuo, ne frigeas in hibernis [10]. quamobrem camino luculento [11] vtendum [12] cenſeo: idem & Mucio & Manilio placebat [13], praeſertim qui ſagis [14]

X.

1. eximium. 2. habes vero cauſſam gaudendi. 3. ſapiens eſſe, aliquid intelligere. 4. quam tu. 5. iocemur, dum id licet. 6. ad iocandum, tu dediſti mihi occaſionem iocandi. 7. paululum inuideo tibi. 8. fuiſſe. 9. peruenire. 10. im Winter-Quartier. 11. igne in camino accenſo, calefacto. 12. eſſe tibi. 13. eadem ſententia erat etiam Mutii.

14. prae-

Digitized by Google

ſagis[14] non abundares. quamquam vos nunc iſtic[15] ſatis calere[16] audio: quo quidem nuntio valde mehercule de te[17] timueram. Sed tu in re 6
militari multo es cautior, quam in aduocationibus[18]: qui neque in Oceano natare[19] volueris ſtudioſiſſimus homo natandi; neque ſpectare eſſedarios, quem antea ne Andabatam[20] quidem defraudare poteramus. Sed iam ſatis iocati ſumus.
Ego de te ad Caeſarem quam diligenter ſcripſe- 7
rim tute[21] ſcis: quam ſaepe[22], ego[23]. Sed mehercule iam intermiſeram, ne viderer liberaliſſimi hominis meique amantiſſimi voluntati erga me diffidere. Sed tamen his[24] litteris, quas proxime 8
dedi[25], putaui eſſe hominem[26] commonendum: id feci. quid profecerim, facias me velim certiorem, & ſimul de toto ſtatu tuo conſiliisque omnibus. Scire enim cupio quid agas, quid ex- 9
ſpectes, quam longum iſtum tuum diſceſſum a nobis futurum putes. Sic enim tibi perſuadeas ve- 10
lim, vnum mihi eſſe ſolatium[27], quare facilius poſſem pati te eſſe ſine nobis[28], ſi tibi id eſſe emolumento[29] ſciam: ſin autem id non eſt, nihil duo-

bus

14. praeſertim ideo, quoniam tu non haberes multas veſtes militares, quae villoſae ſunt, & frigus prohibere poſſunt. 15. vbi tu nunc es. 16. ſchwitzen, propter metum aut nauigationis aut hoſtium. 17. de tua ſalute. 18. Proceſs-Sachen. 19. nauigare. 20. cum tamen te antea non potuerimus abſtrahere a ſpectandis pugnis ludicris Andabatarum. Andabatae autem pugnabant in equis, ita vt ipſorum oculi eſſent tecti. 21. tu ipſe. 22. ſcripſerim. 23. ſcio. 24. in his. 25. ſcripſi. 26. Caeſarem. 27. quod vnum hoc me conſoletur. 28. abeſſe a nobis. 29. vtile.



Digitized by Google

bus nobis eſt ſtultius[30]; me[31], qui te non Romam
11 attraham: te[32], qui non huc aduoles[33]. Vna me-
hercule noſtra vel ſeuera vel iocoſa congreſſio[34]
pluris erit[35], quam non modo hoſtes, ſed etiam
12 fratres noſtri Haedui[36]. Quare omnibus de re-
bus, fac vt quamprimum ſciam;

*aut conſolando, aut conſilio, aut re iuuero*[37].

30. nos ſane ambo ſumus ſtultiſſimi homines. 31. ego quidem ſum ſtultus. 32. tu vero etiam es ſtultus. 33. celeriter venias. 34. confabulatio. 35. aeſtimanda. 36. Haedui populus Galliae, qui ſe fratres populi Romani adpellabant, & ideo in magnis honoribus habebantur. 37. ex Terentii Heautont. 1. 1. 34.

## XI.

## CICERO TREBATIO.

*Iocatur primum de interregnis: deinde ſuadet, ſi è re ſua ſit, maneat apud Caeſarem: ſin minus, Romam ſe recipiat.*

NIſi ante Roma[1] profectus eſſes, hunc eam certe relinqueres. quis enim tot interregnis[2] iureconſultum deſiderat? ego omnibus, vnde petitur[3], hoc conſilii[4] dederim, vt a ſingulis interre-

XI.

1. ex Roma. 2. interregnum erat, quando, finito Conſulatu, comitia habenda, & noui conſules eligendi erant. ſpatium igitur illud inter depoſitionem veterum Conſulum & electionem nouorum, appellabatur interregnum; qualia plura interdum fiebant. 3. a quibus petitur aduocatio. 4. conſilium.

5. qui

Digitized by Google

interregibus[5] binas aduocationes[6] poſtulent. Sa- 2
tiſne tibi videor abs te ius ciuile didiciſſe? Sed
heus tu, quid agis? ecquid fit[7]? video enim te
iam iocari per litteras. Haec ſigna meliora ſunt,
quam in meo Tuſculano[8]: ſed quid ſit, ſcire cu-
pio. Conſuli quidem te a Caeſare ſcribis; ſed ego 3
tibi ab illo conſuli mallem[9]. quod ſi aut fit, aut
futurum putas, perfer iſtam militiam[10], & per-
mane. ego enim deſiderium tui ſpe[11] tuorum
commodorum[12] conſolabor: ſin autem iſta ſunt
inaniora[13], recipe te ad nos[14]. Nam aut erit hoic 4
aliquid aliquando: aut ſi minus, vna mehercule
collocutio noſtra pluris erit, quam omnes Sama-
robriuae[15]. Denique ſi cito te retuleris[16], ſermo 5
nullus[17] erit: ſi fruſtra diutius abfueris, non mo-
do Laberium[18], ſed etiam ſodalem noſtrum Va-
lerium[19] pertimeſco: mira enim perſona induci
poteſt Britannici iureconſulti[20]. Haec ego non 6
rideo[21]

5. qui interregni tempore gubernant rempublicam. 6. a binis interregibus. aduocatio autem erat mora & ſpatium, quod aduocatus poſtulabat, deliberaturus cum amicis, num velit cauſſam iure experiri, nec ne. 7. agitur apud vos. 8. praedio. antiquitas eſt in vocabulo *ſignum*, quod & ſignificat ein Zeichen, indicium, & ſtatuam ſiue imaginem; quae poſterior ſignificatio ad Tuſculanum pertinet. 9. ſed ego magis cuperem, vt Caeſar tibi conſuleret & auxilium ferret. 10. conſtans mane in iſta militia, in qua nunc es. 11. per ſpem. 12. emolumentorum, auantages. 13. quod ſi vero tua ſpes apud Caeſarem inanis eſt. 14. redi ad nos. 15. vrbs Ambianorum, hodie dicta *Amiens* in prouincia Galliae *Picardie*. 16. redieris Romam. 17. non homines loquentur de reditu tuo. 18. poëtam ſatyricum & mordacem. 19 hominem ſatyricum & iocoſum. 20. mirifice enim in eorum ſatyros induci poterit perſona iureconſulti Britannici, qualis tu vis haberi.

 21. ſcri-

Digitized by Google

rideo [21], quamuis tu rideas: ſed de re ſeueriſſima tecum, vt ſoleo, iocor. Remoto ioco [22], tibi hoc amiciſſimo [23] animo praecipio; vt, ſi iſtic [24] mea [25] commendatione tuam dignitatem obtinebis, perferas noſtri deſiderium [26], honeſtatem [27], & facultates [28] tuas augeas: ſin autem iſta frigebunt [29], re-
7 cipias te ad nos. Omnia tamen, quae vis & tua [30] virtute profecto [31], & noſtro ſummo erga te ſtudio conſequere [32]. Vale.

21. ſcribo per iocum. 22. raillerie a part, auſſer Schertz. 23. ex. 24. apud Caeſarem. 25. per meam. 26. noli deſiderium mei habere. 27. honorem. 28. opes, diuitias. 29. ſpes tua fruſtra erit. 30. per tuam. 31. ſane. 32. poteris conſequi.

## XII.
## CICERO TREBATIO.

*Per iocum exagitat Epicureos. & ipſum Trebatium, quem Epicureum factum eſſe Panſa narrauerat.*

Mirabar quid eſſet [1], quod tu mihi litteras mittere intermiſiſſes. Indicauit mihi Panſa meus,
2 Epicureum [2] te eſſe factum. O caſtra praeclara [3]! quid tu feciſſes, ſi te Tarentum [4], & non Samarobriuam [5] miſiſſem? Iam tum mihi non placebas, cum idem intuebare [6], quod & Seius familiaris
3 miliaris meus [7]. Sed quonam modo ius ciuile defendes, cum omnia tua cauſſa [8] facias, non [9] ciuium?

XII.

1. ex qua cauſſa. 2. ſectae philoſophorum Epicureorum addictum. 3. in quae tu te contuliſti. 4. vrbem voluptuoſam. 5. quae vrbs ſita ſub coelo aſpero. 6. ſpectabas. 7. intuebatur. 8. propter tua ſolius commoda. 9. non vero propter commoda ciuium.



Digitized by Google

ciuium? vbi porro illa erit formula fiduciae[10],
VT INTER BONOS BENE AGIER[11] OPOR-
TET? quis enim eſt bonus, qui facit nihil, niſi ſua
cauſſa[12]? Quod ius ſtatues communi diuidun- 4
do[13], cum commune nihil poſſit eſſe apud eos,
qui omnia voluptate ſua[14] metiuntur[15]? Quo- 5
modo autem tibi placebit Iouem lapidem iura-
re[16], cum ſcias Iouem iratum eſſe nemini poſſe?
Quid porro fiet populo Vlubrano[17], ſi tu ſtatue-
ris πολιτεύεσθαι[18] non oportere? Quare ſi plane 6
a nobis[19] deficis, moleſte fero: ſin Panſae[20] ad-
ſentari commodum eſt[21], ignoſco. modo ſcribe
aliquando ad nos quid agas, & a nobis quid fieri
aut curari velis.

10. ex lege fiduciaria illa formula, qua ſignificamus bonam fidem. 11. agi. 12. an vero is bonus dicendus eſt, qui nihil facit, niſi ſua cauſſa? 13. de diuiſione rerum communium. 14. ex ſua. 15. iudicant, faciunt. 16. Feſtus in voce *Lapidem* de hoc more iurandi ſic commentatur: *Lapidem ſilicem tenebant iuraturi per Iouem, haec verba dicentes: ſi ſciens fallo, tum me Dieſpiter, ſalva vrbe arceque, bonis eiiciat, vti ego hunc lapidem.* 17. Vlubrae Latii oppidum. 18. rempublicam adminiſtrare. 19. a noſtra philoſophia Stoica. 20. qui Epicureus quidem eſt, ſed ſimul tamen ſectator virtutis. 21. tibi placet.

## XIII.

## M. CICERO TREBATIO S. D.

*Intermiſſi litterarum officii excuſationem adfert, quam non accipiente Trebatio, liberius pro more iocatur.*

ADeone me iniuſtum eſſe exiſtimaſti, vt tibi iraſcerer, quod[1] parum mihi conſtans, & nimium

XIII.
1. ideo quod.

mium cupidus decedendi[2] viderere, ob eamque cauſſam me arbitrarere litteras ad te iamdiu non
2 miſiſſe? Mihi perturbatio animi tui, quam primis[3]
litteris perſpiciebam, moleſtiam attulit: neque alia vlla fuit cauſſa intermiſſionis litterarum[4], niſi
3 quod vbi eſſes, plane neſciebam. Heic[5] tu me etiam inſimulas[6], nec ſatisfactionem meam accipis. Audi, Teſta[7] mi, vtrum ſuperiorem[8] te pecunia facit, an[9] quod te imperator[10] conſulit? moriar[11], ni (quae tua gloria eſt) puto te malle[12] a Caeſare conſuli, quam inaurari[13]: ſi vero vtrumque eſt, quis te[14] feret praeter me, qui omnia ferre
4 poſſum? Sed, vt ad rem redeam, te iſtic inuitum non eſſe, vehementer gaudeo: &, vt[15] illud erat moleſtum, ſic hoc eſt iucundum. Tantum metuo, ne artificium tuum tibi parum proſit[16].
5 Nam, vt audio, iſtic

*Non ex iure manu conſertum, ſed mage ferro*
*Rem repetunt*[17].

6 Et tu ſoles ad vim faciundam adhiberi? Neque eſt quod illam exceptionem interdicto pertimeſcas[18], quod

2. ex tua prouincia. 3. in prioribus. 4. mearum. 5. tam vero. 6. accuſas. 7. cognomen Trebatii. 8. alii, & fortaſſe rectius, legunt, *ſuperbiorem*. 9. an id te facit ſuperbiorem. 10. Caeſar. 11. formula iurandi. 12. niſi, pro tua ambitione, perſuadeor, te longe pluris id aeſtimare, quod Caeſar te conſulit, quam ſi ipſe te inauraret. 13. diuitiis cumulari. 14. tam ſuperbum hominem. 15. quemadmodum. 16. parum vtilitatis adferat. 17. eſt verſus Ennii. ex iure manu conſertum petere, eſt formula veterum Ictorum, & ſignificat, rem ſuam petere actione forenſi. 18. neque cauſſam habes pertimeſcendi, ac ſi illam exceptionem interdictum aliquod prohibeat.

19. te

Digitized by Google

quod tu prior in omnibus armatis non veneris. Scio enim non eſſe procacem in laceſſendo[19]. Sed vt ego quoque te aliquid admoneam de no- 7
ſtris cautionibus; Treuiros[20] vites[21] cenſeo: audio capitales[22] eſſe: mallem auro, argento, aere[23] eſſent. ſed alias[24] iocabimur. Tu ad me 8
de iſtis rebus omnibus ſcribas velim quam diligentiſſime. ad d. IV nonas Martias[25].

19. te non facile ſolere aliquem procaciter laceſſere. 20 Galliae populos. 21. vt vites, euites, caueas. 22. bellicoſos, periculoſos. 23. mallem vt Treuiri eſſent auro, argento, aere, qui tam periculoſi non ſunt, & ex quibus poſſes accipere diuitias. luſus eſt in vocabulo *Treuiros*; quod ſignificat & iſtos populos, & triumuiros Romae, qui curam habebant monetae publicae, Triumuiri ſeu Treuiri monetales, qui hoc modo notantur in nummis: III-VIR A. A. A. F. F. id eſt: *Triumuir Auro, Argento, Aere, Flando, Feriundo.* 24. alio tempore. 25. die IV. Martii.

## XIV.

## CICERO TREBATIO.

*Familiariter & iocoſe Trebatium, qui litteras nullas miſerat, obiurgat.*

CHryſippus Vettius, Cyri architecti libertus, facit, vt te non immemorem[1] putarem mei: ſalutem enim verbis tuis[2] mihi nuntiarat. Valde iam 2
lautus[3] es, qui grauere[4] litteras ad me dare homini praeſertim prope domeſtico[5]. Quod ſi ſcribere 3
oblitus

XIV.

1. vt putarem, te non eſſe prorſus immemorem mei. 2. tuo nomine, von deinetwegen. 3. ſuperbus, faſtidioſus. 4. cui moleſtum & graue eſt. 5. praeſertim cum habeas Chryſippum in domo tua.



Digitized by Google

oblitus es, minus multi iam te aduocato, cauſſa cadent [6]: ſin noſtri oblitus es, dabo operam, vt iſtuc [7] veniam ante, quam plane ex animo tuo effluo [8]: ſin aeſtiuorum timor [9] te debilitat [10], aliquid excogi-
4 ta [11], vt feciſti de Britannia [12]. Illud quidem perlibenter audiui ex eodem Chryſippo, te eſſe Caeſari familiarem: ſed mehercule mallem [13], id quod erat aequius, de tuis rebus [14] ex tuis litteris quam ſaepiſſime cognoſcere [15]. quod certe ita fieret, ſi tu maluiſſes beneuolentiae [16], quam litium [17] iura
5 perdiſcere. Sed haec iocati ſumus & tuo more [18] & nonnihil etiam noſtro [19]. Te valde amamus, noſque a te amari cum volumus, tum etiam confidimus [20].

6. iam non multi aduocati cauſſam & lites ſuas perdent, quam hactenus factum eſt. 7. vbi es. 8. excidam, antequam prorſus obliuiſcaris mei. 9. timor bellorum proxima aeſtate gerendorum. 10. firmum reddidit, vt ſcribere non poſſis. 11. aliud. 12. ne haberes neceſſe in Britanniam proficiſci. 13. magis optarem. 14. de ſtatu rerum tuarum. 15. aliquid accipere, vernehmen. 16. amicitiae colendae. 17. fori, eorum quae tractantur in foro, coram iudicibus. 18. quemadmodum tu ſoles iocari interdum. 19. & quadamtenus etiam iocati ſumus more noſtro. 20. certo ſperamus.

## XV.

## CICERO TREBATIO.

*Suum abſentis Trebatii deſiderium declarat, & de C. Matii familiaritate gratulatur.*

QVam ſint moroſi [1], qui amant, vel [2] ex hoc intelligi poteſt: moleſte ferebam antea, te inuitum

tum

XV.

1. verdrieslich, illi qui. 2. ſaltem, ad minimum.

3. mor-

Digitized by Google

tum iſtic eſſe: pungit[3] me rurſus, quod ſcribis te eſſe iſtic libenter. Neque enim mea commenda- 2
tione te non delectari facile patiebar[4]: & nunc angor, quidquam tibi ſine me eſſe iucundum. ſed hoc tamen malo[5], ferre nos deſiderium[6], quam te non ea, quae ſpero conſequi[7]. Quod vero in C. 3
Matii, ſuauiſſimi doctiſſimique hominis, familiaritatem veniſti, non dici poteſt quam valde gaudeam: qui, fac, vt te quam maxime diligat[8]. mihi 4
crede, nihil ex iſta prouincia potes, quod iucundius ſit[9], deportare[10]. Cura vt valeas.

3. mordet, vexat. 4. nam aegre ferebam. 5. magis cupio. 6. tui. 7. quam vt tu non conſequaris ea. 8. fac igitur, vt is te diligat quam maxime. 9. mihi. 10. Romam.

## XVI.

## CICERO TREBATIO S. D.

*Ita laudat Trebatii ſapientiam in vitando bellorum diſcrimine, vt timiditatis ſimul arguat, & alia per iocum adiungat.*

IN Equo Troiano[1] ſcis eſſe in extremo[2], ſero ſapiunt[3]. tu tamen, mi vetule[4], non ſero, primas illas rabioſulas ſat fatuas dediſti[5]: deinde, quod in Britannia non nimis φιλοθέωρον[6] te praebuiſti, plane non reprehendo[7]. Nunc vero in hibernis inie- 2
ctus[8]

XVI.

1. quod nomen tragoediae eſt a Liuio Andronico factae. 2. circa finem. 3. nempe Phryges. eſt prouerbium. 4. blanditiae amatoriae. 5. primae illae litterae tuae impatientiſſimum & fere rabioſum ac ſtultum tuum deſiderium videndae vrbis indicabant. 6. ſpectandi cupidum. 7. vitupero.

 8. quaſi

Digitized by Google

ctus[8] mihi videris. itaque te commouere non cu-
ras[9]: vsquequaque ſapere oportet[10]: id erit te-
3 lum[11] acerrimum. Ego ſi foris[12] coenitarem[13],
Cn. Octauio familiari tuo non defuiſſem[14]: cui ta-
men dixi, cum me aliquoties inuitaret, oro te[15],
quis tu es? ſed mehercules extra iocum, homo bel-
4 lus[16] eſt. vellem eum tecum abduxiſſet. Quid
agatis, & ecquid[17] in Italiam venturi ſitis hac hie-
me, fac plane[18] ſciam[19]. Balbus mihi confirmauit
te diuitem futurum: id vtrum Romano more[20]
locutus ſit, bene nummatum[21] te futurum, an, quo-
modo Stoici dicunt, omnes eſſe diuites, qui caelo
5 & terra frui poſſunt, poſtea[22] videro[23]. Qui
iſtinc[24] veniunt, ſuperbiam tuam accuſant: quod
negent te percunctantibus reſpondere[25]. ſed
tamen eſt quod gaudeas[26]; conſtat enim inter
omnes[27], neminem te vno[28] Samarobriuae[29] iu-
ris peritiorem eſſe.

8. quaſi in hybernis agere, cum hoc aeſtiuo tempore ſis otioſus. 9. cupis. 10. ſemper te oportet igitur ſtudere. 11. quaſi telum, quod te vrgeat. 12. extra domum meam. 13. frequenter coenare ſolerem. 14. ſane veniſſem ad Cn. 15. quaeſo. 16. artig, galant. 17. an. 18. accurate. 19. vt id. 20. id eſt, ſincero. 21. diuitem. 22. quando redieris. 23. videbo, cognoſcam. 24. ex locis veſtris ad nos. 25. quoniam dicunt, te non ſolere reſponſa dare te conſulentibus. 26. habes cauſſam gaudendi. 27. omnes enim certo ſciunt. 28. praeter te vnum. 29. in vrbe.

## XVII.

## CICERO TREBATIO S. D.

*Vrbis deſiderium quod depoſuerit, gratulatur, & vt Caeſaris amicitiam faciat pluris, monet, quam fructuoſam fore pollicetur.*

Ex

Digitized by Google

EX tuis litteris & Quinto fratri[1] gratias egi, &
te aliquando collaudare poſſum, quod[2] iam
videris certa aliqua in ſententia conſtitiſſe. Nam 2
primorum menſium litteris tuis[3] vehementer
commouebar, quod[4] mihi interdum (pace tua[5]
dixerim) leuis[6] in vrbis vrbanitatisque[7] deſide-
rio, interdum piger, interdum timidus in labore
militari, ſaepe autem etiam, quod a te alieniſſi-
mus[8] & ſubimpudens[9] videbare. tanquam enim 3
ſyngrapham[10] ad imperatorem, non epiſtolam
attuliſſes, ſic pecunia ablata[11] domum redire pro-
perabas, nec tibi in mentem veniebat, eos ipſos,
qui cum ſyngraphis veniſſent Alexandream[12],
nummum adhuc nullum auferre potuiſſe. Ego 4
ſi mei commodi rationem ducerem[13], te mecum
eſſe maxime vellem: non enim mediocri adficie-
bar vel voluptate ex conſuetudine[14] noſtra, vel
vtilitate ex conſilio atque opera tua. Sed cum te 5
ex adoleſcentia tua in amicitiam & fidem meam
contuliſſes, ſemper te non modo tuendum mihi,
ſed etiam augendum[15] atque ornandum[16] puta-
vi. Itaque quoad[17] opinatus ſum me in prouin- 6
ciam[18]

XVII.

1. meo. 2. quia. 3. in litteris, quas dediſti ſuperioribus menſibus. 4. quoniam. 5. mit deiner Erlaubniſs, mit permiſſion zu ſagen. 6. leichtſinnig. 7. rerum vrbanarum. 8. longe alios mores nunc habere, quam olim habuiſti. 9. paullo impudentior. 10. Quittung, Anweiſung. 11. cum pecunia. 12. vrbem Aegypti. 13. ſi meum ſolummodo commodum reſpicerem. 14. conuerſatione. 15. honorandum. 16. beneficiis. 17. quamdiu in ea opinione fui.

18. Hiſpa-

Digitized by Google

ciam [18] exiturum [19], quae ad te vltro attulerim [20],
7 meminiſſe te credo. Poſteaquam mea mutata
ratio [21] eſt, cum viderim me a Caeſare honorifi-
centiſſime tractari, & vnice diligi, hominisque [22]
liberalitatem incredibilem & ſingularem fidem
noſſem; ſic ei te commendaui & tradidi [23], vt gra-
8 viſſime diligentiſſimeque potui. quod ille [24] ita
& accepit, & mihi ſaepe litteris ſignificauit, & tibi
& verbis & re oſtendit, mea [25] commendatione
9 ſeſe valde eſſe commotum. Hunc tu virum na-
ctus [26], ſi me aut ſapere aliquid, aut velle tua cauſ-
ſa [27] putas, ne dimiſeris [28]: & ſi quae te forte res
aliquando offenderit [29], cum ille aut occupatione,
aut difficultate tardior tibi erit viſus [30], perferto [31],
& vltima exſpectato: quae ego tibi & iucunda,
10 & honeſta praeſtabo [32]. Pluribus te hortari non
debeo: tantum [33] moneo, neque amicitiae con-
firmandae clariſſimi ac liberaliſſimi viri [34], neque
vberioris prouinciae, neque aetatis magis ido-
neum tempus, ſi hoc amiſeris, te eſſe nullum vn-
quam reperturum. hoc, quemadmodum vos [35]
ſcribere ſoletis in veſtris libris, idem Q. Cornelio
videba-

18. Hiſpaniam. 19. eſſe. 20. quibus beneficiis te vltro affecerim. 21. ſtatus, mens, conditio rerum mearum. 22. Caeſaris. 23. quaſi de mea manu in ipſius manum. 24. Caeſar. 25. per meam. 26. poſtquam tu itaque nactus es Caeſarem patronum. 27. aut tuum commodum reſpicere velle. 28. cura, ne eius patrocinium amittas. 29. & quamuis tibi aliqua in eo moleſta videantur, 30. ad te iuuandum. 31. hanc moram debes aequo animo perferre. 32. ego enim fidem tibi do ac confirmo, haec vltima tibi fore iucunda & honeſta, reputirlich. 33. hoc tantummodo. 34. Caeſaris. 35. vos Iureconſulti.

36. quo-

Digitized by Google

videbatur. In Britanniam te profectum non eſſe 11
gaudeo: quod[36] & labore caruiſti, & ego te de
rebus illis non audiam[37]. Vbi ſis hibernaturus,
& qua ſpe aut conditione, perſcribas ad me ve-
lim. Vale.

36. quoniam & nullum laborem ſuſtuliſti, aut perferre neceſſe habuiſti. 37. & ego audire ex te nolo tam grandiloquas narrationes.

## XVIII.

## CICERO TREBATIO S. D.

*Laudat conſtantiam Trebatii, qui permanere in provincia apud Caeſarem conſtituerat. Iocatur in eius parſimonia quia ſcripſerat in palimpſeſto.*

ACcepi a te aliquot epiſtolas vno tempore, quas
tu diuerſis temporibus dederas[1], in quibus me
cetera delectarunt. Significabant[2] enim te iſtam 2
militiam iam firmo animo ferre, & eſſe fortem vi-
rum, & conſtantem: quae ego paulliſper in te ita[3]
deſideraui, non vt imbecillitate animi tui, ſed ma-
gis vt deſiderio noſtri te aeſtuare[4] putarem. Qua- 3
re perge, vt coepiſti: forti animo iſtam tolera mili-
tiam. Multa, mihi crede, adſequere[5]: ego enim
renouabo commendationem[6], ſed tempore[7]. Sic 4
habeto[8], non tibi maiori eſſe curae[9], vt iſte tuus a
me diſceſſus quam fructuoſiſſimus[10] tibi ſit, quam
mihi.

XVIII.

1. ſcripſeras. 2. litterae tuae. 3. hoc modo, hoc ſenſu. 4. flagrare. 5. poteris adſequi. 6. tui apud Caeſarem. 7. opportuno. 8. ita tibi perſuadeas. 9. te non magis curare. 10. vtiliſſimus, honeſtiſſimus.

11. quo

Digitized by Google

mihi. Itaque quando [11] veſtrae [12] cautiones infir-
mae ſunt, Graeculam [13] tibi miſi cautionem [14] chi-
5 rographi [15] mei. Tu me velim de ratione [16] Gal-
lici belli certiorem facias. Ego enim ignauiſſimo
6 cuique [17] maximam fidem habeo. Sed vt ad epi-
ſtolas tuas redeam, cetera belle [18]: illud miror:
quis ſolet eodem exemplo [19] plures [20] dare, qui
7 ſua manu ſcribit? Nam quod in palimpſeſto [21],
laudo equidem parſimoniam [22]: ſed miror quid
in illa chartula fuerit, quod delere malueris, quam
haec ſcribere: niſi forte tuas formulas [23]. non
enim puto te meas epiſtolas delere, vt reponas [24]
tuas [25]. An [26] hoc ſignificas, nihil fieri [27], frige-
re [28] te, ne chartam quidem tibi ſuppeditare [29].
8 Iam iſta tua culpa eſt, qui verecundiam tecum ex-
9 tuleris, & non heic nobiſcum reliqueris [30]. Ego
te Balbo, cum ad vos proficiſcetur, more Roma-
no [31] commendabo. tu, ſi interuallum longius [32]
erit mearum litterarum, ne ſis admiratus. eram
10 enim abſuturus menſe Aprili. Has litteras ſcripſi
in Pomptino [33], cum ad villam Metrilii Philemo-
nis diuertiſſem: ex qua [34] iam audieram fremi-
tum clientium [35] meorum, quos quidem tu mihi
conci-

11. quoniam. 12. iuridicae. 13. Graece ſcriptam. 14. commendationem. 15. manu mea ſcriptam. 16. ſtatu. 17. etiam ignauiſſimo homini. 18. bene ſe habent. 19. in einerley Copie. 20. epiſtolas ſcribere. 21. Pergamen, Eſelshaut. 22. tuam. 23. iuridicas ſcripſeris, & poſtea deleueris. 24. in palimpſeſto. 25. epiſtolas. 26. an vero forte. 27. apud vos. 28. nihil agere. 29. ſupereſſe. 30. illam. 31. grauiſſime, diligentiſſime. 32. ſi diutius ad te non ſcripſero. 33. in agro iuxta paludes Pomptinas. 34. villa. 35. Vlubranorum.

36. tra-

conciliaſti[36]. Nam Vlubris[37] honoris mei cauſſa vim[38] maximam ranunculorum[39] ſe commoſſe[40] conſtabat[41]. Cura vt valeas. VI. idus April[42]. de Pomptino. 11

Epiſtolam tuam, quam accepi ab L. Arruncio, 12
conſcidi innocentem[43]: nihil enim habebat[44], quod non vel in concione[45] recte[46] legi poſſet[47]: ſed & Arruncius ita te mandaſſe[48] aiebat, & tu adſcripſeras. Verum illud eſto[49]. nihil te ad me 13
poſtea ſcripſiſſe demiror[50], praeſertim tam nouis rebus.

36. tradidiſti, amicos feciſti. 37. in vrbe. 38. copiam, multitudinem. 39. Fröſche, ranarum clamantium; quia paludes multae erant circa Vlubras. 40. commouiſſe clamore ſuo. 41. certum erat. 42. d. VIII. Aprilis. 43. zerriſſen, quamuis illa non merebatur conſciſſionem. 44. nihil in ea continebatur. 45. in publico etiam conventu populi. 46. iure, ohne Bedencken. 47. potuiſſet. 48. vt illam epiſtolam conſcinderem. 49. es mag drumb ſeyn. 50. exiſtentibus, praeſertim cum tot res nouae hactenus acciderint.

## XIX.

## CICERO TREBATIO S. D.

*Antonio poſt Caeſaris necem rempub. turbante, Cicero deſperans libertatem, in Graeciam abire conſtituit. In quo itinere Topicorum librum ſcripſit, eumque Trebatio miſit ab Rhegio, vbi & hae litterae ſunt datae, de vſu & interpretatione eius libri docentes.*

VIde quanti apud me ſis[1], etſi iure id quidem[2]. non enim amore te vinco[3]. verumtamen quod

XIX.

1. in quanta exiſtimatione ſis. 2. vnd zwar mit raiſon. 3. tu enim me magis amas, quam ego te.

4. quo-

quod praeſenti tibi prope ſubnegarem [4], non tri-
2 buerem certe; id abſenti debere [5] non potui. Itaque vt primum Velia [6] nauigare coepi, inſtitui Topica Ariſtotelica [7] conſcribere ab ipſa vrbe [8] commonitus amantiſſima [9] tui. Eum librum tibi miſi Rhegio [10], ſcriptum [11] quam planiſſime res
3 illa ſcribi potuit. Sin tibi quaedam videbuntur obſcuriora, cogitare debebis, nullam artem litteris [12] ſine interprete, & ſine aliqua exercitatione
4 percipi poſſe. Non longe abieris [13]. num ius ciuile veſtrum ex libris cognoſci poteſt? qui quanquam plurimi ſunt, doctorem [14] tamen vſumque [15]
5 deſiderant. Quanquam tu, ſi attente leges, ſi ſaepius, per te omnia conſequere [16], vt certe intelligas: vt vero etiam ipſi tibi loci [17] propoſita quaeſtione [18] occurrant, exercitatione conſeque-
6 re [19]. In qua [20] quidem nos te continebimus, ſi & ſalui redierimus, & ſalua iſta offenderimus [21]. V. kal. Sextil [22]. Rhegio.

XX.

4. quodammodo negarem. 5. ad id obligatus eſſe non potui tibi abſenti. 6. ex vrbe Velia maritima. 7. librum de Locis Topicis ad methodum Ariſtotelicam. 8. Velia. 9. quae te valde amat. 10. ex vrbe Rhegio Italiae, prope fretum Siculum. 11. ita. 12. ex ſola lectione. 13. ſi exempla deſideras, ea non longe debes quaerere. 14. qui illud voce ſua explicet. 15. exercitationem. 16. conſequi poteris. 17. topici. 18. argumento, materia dicendi. 19. id poteris demum conſequi. 20. exercitatione. 21. & inueniemus ſaluam rempub. 22. die XXVIII. Iulii.



Digitized by Google

## XX.

# CICERO TREBATIO S. D.

*De Velienſium in Trebatium amore ſignificat: & ne paternas poſſeſſiones vendat, perfugium temporibus futuras, admonet. Scripta ante ſuperiorem, vt dies adſcripta oſtendit.*

AMabilior mihi Velia fuit, quod[1] te ab ea[2] ſenſi
amari. Sed quid ego dicam te[3], quem quis
non amat? Rufio, medius fidius, tuus ita deſide-
rabatur, vt ſi eſſet vnus e nobis[4]. Sed ego te non 2
reprehendo, qui illum ad aedificationem tuam
traduxeris[5]; quanquam enim Velia non eſt vi-
lior, quam Lupercal[6]: tamen iſthuc malo[7], quam
haec omnia. Tu, ſi me audies[8], quem ſoles[9], has 3
paternas[10] poſſeſſiones tenebis[11] (neſcio quid
enim Velienſes verebantur) neque Haletem[12] no-
bilem[13] amnem relinques, nec Papirianam do-
mum deſeres: quamquam illa quidem habet lu-
cum[14], a quo etiam aduenae teneri[15] ſolent:
quem tamen ſi excideris, multum proſpexeris[16].
Sed in primis opportunum videtur, his praeſertim 4
tempo-

XX.

1. quoniam. 2. vrbe. 3. amari ab hac vrbe. 4. non aliter ac ſi vnus ex noſtris familiaribus eſſet. 5. euocaueris Romam. 6. Lupercal erat nomen loci in vrbe Roma, ſub monte Palatino. 7. magis tamen cupio, dicis, eſſe in Lupercali, quam Velienſes poſſeſſiones retinere. 8. ſi meum conſilium ſequeris. 9. ſequi, audire. 10. a patre tuo acceptas poſſeſſiones, Güter. 11. retinebis potius. 12. qui praeterfluit Veliam. 13. celebrem. 14. ſyluulam. 15. quo delectari. 16. ſo kanſtu dir einen treflichen Proſpect machen.



Digitized by Google

temporibus, habere perſugium, primum[17] eorum vrbem, quibus[18] carus ſis: deinde tuam domum, tuosque agros, eaque[19] remoto[20], ſalubri, amoenoque loco: idque etiam mea intereſſe[21], mi
6 Trebati, arbitror. Sed valebis[22], meaque negotia videbis: meque diis iuuantibus[23] ante brumam[24] exſpectabis. Ego a Sexto Fabio Niconis diſcipulo librum abſtuli Νίκωνος περὶ πολυφαγίας[25]. O medicum ſuauem, meque docilem[26]
6 ad hanc diſciplinam[27]. Sed Baſſus noſter me de hoc libro celauit[28]: te quidem non videtur[29]. Ventus increbreſcit[30]. cura vt valeas. XIII kal. Sextil[31]. Velia.

17. primum quidem, habere perſugium in vrbem eorum. 18. apud quos. 19. & haec omnia. 20. in remoto & ſeparato ab hominibus. 21. es liegt auch mir etwas hieran. 22. valeas. 23. mit göttlicher Hülffe. 24. ante diem primum hyemis. 25. Niconis de edacitate, von der Vielfräſſigkeit. 26. & a me docilem. 27. multum edendi. 28. nihil mihi dixit de hoc libro. 29. is videtur autem te non celaſſe de hoc libro, ſed tibi omnino aliquid dixiſſe de eo. 30. augetur, fit fortior ac vehementior. 31. die xx. Iulii.

## XXI.
## CICERO TREBATIO S. D.

*Silii, amici ſui, cauſſam Trebatio commendat, vt ad eum veniat & adiuuet.*

Silii cauſſam te docui[1]. is poſtea fuit apud me, cum ei dicerem tibi videri ſponſionem[2] illam nos ſine periculo facere poſſe, *Si bonorum Tur-*

*pilias*

XXI.
1. Tibi iamdudum indicaui. 2. Cautionem.

3. iuxta

Digitized by Google

*piliae poſſeſſionem Q. Caepio Praetor ex*[3] *edicto ſuo mihi dedit*, negare aiebat Seruium, tabulas[4] teſtamenti eſſe eas, quas inſtituiſſet is, qui factionem[5] teſtamenti non habuerit: hoc idem Offilium dicere. tecum ſe locutum[6] negabat, meque rogauit, vt ſe, & cauſſam ſuam tibi commendarem. Nec vir melior, mi Teſta, nec mihi amicior 2
P. Silio[7] quisquam eſt, te tamen excepto[8]. Gra- 3
tiſſimum igitur mihi feceris, ſi ad eum vltro veneris, eique pollicitus eris[9]. Sed, ſi me amas, quamprimum[10]; hoc te vehementer etiam atque etiam rogo.

3. iuxta ſuum. 4. die Acten des Teſtaments. 5. Aufrichtung, Verfertigung. 6. eſſe. 7. quam P. Silius. 8. ſi te vnum excipio. 9. tuum auxilium. 10. hoc facies.

## XXII.

## CICERO TREBATIO.

*De furto quaeſtionem, inter ſcyphos natam, probat auctoritate iuriſconſultorum.*

ILluſeras[1] heri inter ſcyphos[2], quod[3] dixeram controuerſiam eſſe, poſſetne heres, quod furtum antea factum eſſet, furti recte agere[4]. Ita- 2
que etſi domum[5] bene potus[6] ſeroque redieram; tamen id caput[7], vbi haec controuerſia eſt, notaui, & deſcriptum tibi miſi: vt ſcires id, quod tu ne-

XXII.

1. deriſeras me. 2. inter pocula, inter compotandum. 3. quoniam. 4. poſſetne haeres iure intendere actionem furti, quod factum eſſet, antequam ipſe impetraſſet haereditatem. 5. in domum meam. 6. potatus, wohlberauſchet oder bezechet. 7. titulum illum in Iure. 8. in

tu neminem ſenſiſſe[8] dicebas, Sex. Aelium, M.
3 Manilium, M. Brutum ſenſiſſe[9]. Ego tamen Scaevolae & Teſtae[10] adſentior.

8. in qua ſententia tu putabas neminem fuiſſe. 9. cenſuiſſe, iudicaſſe. 10. Iureconſultis.

## XXIII.

## CICERO M. FABIO GALLO S. D.

*Signa quaedam & ſtatuas Ciceroni, potius tabulas pictas cupienti, Gallus emerat. Ex illis emtionibus nullam a ſe deſiderari Cicero reſcribit: ſimul gratum ſibi eſſe ſignificat, quod domum proximam velit conducere. Anno incerto.*

TAntum quod[1] ex Arpinati[2] veneram, cum mihi a te litterae redditae ſunt: ab eodemque[3] accepi Auiani litteras. in quibus hoc erat liberaliſſimum[4], nomina ſe facturum[5], cum veniſſet,
2 qua[6] ego vellem die. Fac quaeſo, qui ego ſum, eſſe te[7]. eſtne aut tui pudoris, aut noſtri[8], primum rogare de die[9]: deinde plus annua poſtu-
3 lare[10]? Sed eſſent, mi Galle, omnia facilia, ſi & ea[11] mercatus eſſes, quae ego deſiderabam, &
4 ad eam ſummam[12], quam volueram. Ac tamen iſta ipſa, quae te emiſſe ſcribis, non ſolum rata[13] mihi

XXIII.

1. Nur den Augenblick, da ich. 2. agro. 3. qui mihi tuas reddidit litteras. 4. indicium liberalitatis ipſius. 5. rationes expenſarum & acceptarum, er wolte Abrechnung mit mir halten. 6. quacunque. 7. finge, te eſſe in mei loco. 8. an vero te decet aut me. 9. aliquo certo. 10. ſolutionem poſtulare vltra annum, quod eſſet contra exiſtimationem meam. 11. ſigna. 12. pecuniae. 13. placent, probo tuam emtionem.

14. vſum

Digitized by Google

mihi erunt, ſed etiam grata. Plane enim intelli-
go, te non modo ſtudio, ſed etiam amore vſum[14],
quae te delectarint hominem (vt ego ſemper iu-
dicaui) in omni iudicio elegantiſſimum, quae me
digna[15] putaris, coëmiſſe. Sed velim maneat 5
Damaſippus in ſententia[16]. prorſus enim ex iſtis
emtionibus[17] nullam deſidero. tu autem ignarus
inſtituti[18] mei, quanti ego genus omnino ſigno-
rum[19] omnium non aeſtimo, tanti iſta quatuor
aut quinque ſumſiſti[20]. Bacchas iſtas[21] cum Mu- 6
ſis Metelli comparas? quid ſimile[22]? primum
ipſas ego Muſas[23] nunquam tanti putaſſem[24]: at-
que id feciſſem Muſis omnibus approbantibus[25].
ſed tamen[26] erat aptum[27] bibliothecae ſtudiiſque
noſtris congruens: Bacchis[28] vero vbi eſt apud
me locus? At[29] pulcellae[30] ſunt. noui[31] optime, 7
& ſaepe vidi. nominatim[32] tibi ſigna mihi nota
mandaſſem[33], ſi probaſſem[34]. Ea enim ſigna ego
emere ſoleo, quae ad ſimilitudinem gymnaſio-
rum[35] exornent mihi in palaeſtra[36] locum. Mar- 8
tis

14. vſum fuiſſe & coëmiſſe. 15. decere. 16. ſua, quippe quem ſcribis velle coëmere haec ſigna. 17. ſignorum ſeu ſtatuarum ſeu imaginum. 18. conſuetudinis, moris. 19. imaginum. 20. coëmiſti. 21. iſtas imagines Baccharum, id eſt, ebriarum & bacchantium mulierum. 22. eſt inter Bacchas & Muſas? 23. Muſarum imagines. 24. aeſtimaſſem. 25. mit Bewilligung. 26. dicis, obiicis. 27. hoc ſignum. 28. mulieribus bacchantibus. 29. inquis, aber gleichwohl. 30. nett vnd artig. 31. eas. 32. ausdrücklich. 33. vt coëmeres. 34. ſi illa mihi placuiſſent. 35. quae ſimilitudinem (eine Aehnligkeit, Rapport, Vergleichung) aliquam haberent cum gymnaſiis, ſeu aedificiis publicis, in quibus iuventus exercebatur. 36. in loco, vbi iuuentus exercetur.



Digitized by Google

tis vero ſignum quo mihi pacis auctori[37]? gau-
deo nullum Saturni ſignum[38] fuiſſe[39]. Haec
enim duo ſigna putarem mihi aes alienum[40] attu-
9 liſſe[41]. Mercurii mallem aliquod fuiſſet[42]; feli-
cius, puto cum Auiano[43] tranſigere[44] poſſemus.
10 Quod tibi deſtinaras trapezophoron[45], ſi te dele-
ctat, habebis: ſin autem ſententiam mutaſti, ego
11 habebo ſcilicet[46]. Iſta quidem ſumma[47], nae
ego multo libentius emerim diuerſorium Tarra-
12 cinae[48], ne ſemper hoſpiti moleſtus ſim. Omni-
no liberti mei video eſſe culpam[49], cui plane res
certas[50] mandaram: itemque[51] Iunii, quem puto
13 tibi notum eſſe, Auiani familiarem. Exhedria[52]
quaedam mihi noua ſunt inſtituta in porticula[53]
Tuſculani[54]. ea[55] volebam tabellis[56] ornare.
etenim ſi quid generis iſtiusmodi[57] me delectat,
pictura delectat. ſed tamen ſi iſta mihi ſunt haben-
da[58], certiorem velim me facias, vbi ſint, quando
14 accerſantur[59], quo genere vecturae[60]. Si enim
Damaſippus in ſententia non manebit, aliquem
pſeudo-

37. quomodo veró Martis ſignum ad me pertineát, qui auctor & ſuaſor pacis ſemper fui? 38. ſtatuam, imaginem. 39. adfuiſſe. 40. Schulden. 41. feciſſe, attraxiſſe, allatura fuiſſet. 42. adfuiſſet ſignum. 43. ſtatuario. 44. handeln, tractiren, contrahiren. 45. imaginem trapezophori, τϱαπέζα, *menſa*, & φέϱω, *fero*. 46. Ironia. 47. vor ſo viel Geld. 48. in oppido Tarracina. 49. video, liberti mei omnem culpam eſſe. 50. de hac coëmtione ſignorum. 51. culpam. 52. Catheder, diſputir-Stüle oder Bäncke. 53. parua porticu. 54. praedii mei. 55. exedria. 56. imaginibus. 57. imaginum. 58. ſi me oportet haec ſigna abs te coëmta retinere. 59. accerſiri poſſint. 60. Fuhren.

61. ſigni-

Digitized by Google

pſeudodamaſippum[61] vel cum iactura[62] reperie-
mus. Quod ad me de domo ſcribis iterum, iam 15
id ego proficiſcens mandabam meae[63] Tulliae:
ea[64] enim ipſa hora acceperam tuas litteras. ege-
ram etiam cum tuo Nicia, quod is vtitur[65], vt ſcis,
familiariter Caſſio. Vt redii autem, prius, quam 16
tuas legi has proximas litteras, quaeſiui de mea
Tullia, quid egiſſet: per Liciniam ſe egiſſe dice-
bat[66]. Sed opinor Caſſium vti non ita multum 17
ſorore[67]: eam porro negare ſe audere[68], cum
vir[69] abeſſet (eſt enim profectus in Hiſpaniam
Dexius) illo & abſente & inſciente migrare[70].
Eſt mihi gratiſſimum, tanti a te aeſtimatam con- 18
ſuetudinem vitae, victusque noſtri, primum vt
eam domum ſumeres[71], vt non modo prope
me, ſed plane mecum habitare poſſes: deinde vt
migrare[72] tantopere feſtines. Sed ne viuam[73], ſi 19
tibi concedo, vt eius rei tu cupidior ſis, quam ego
ſum. Itaque omnia experiar. video enim quid
mea interſit, quid vtriusque noſtrum[74]: ſi quid
egero, faciam vt ſcias. Tu & ad omnia reſcri- 20
bes: & quando te exſpectem facies me, ſi tibi
videbitur[75], certiorem. Vale.

XXIV.

61. ſimilem Damaſippo emtorem ſtatuarum. 62. auch mit meinem Schaden vnd Verluſt. 63. filiae. 64. in. 65. familiariſſime conuerſatur. 66. mea Tullia. 67. non frequenter ſolere conuerſari cum ſua ſorore. 68. eam porro dicere, ſe non audere migrare. 69. ſuus. 70. ex domo. 71. emeres. 72. in hanc domum. 73. ich will nicht leben, formula iurandi. 74. interſit. 75. placebit.

## XXIV.

## CICERO M. FABIO GALLO S. D.

*Exponit quam iniuſte ſibi Tigellius iraſcatur. Caeſare quartum conſule ſine collega.*

AMoris quidem tui, quoquo [1] me verti, veſtigia, vel proxime de Tigellio [2] perſpexi. ſenſi enim ex litteris tuis valde te laboraſſe. Amo igitur vo-
2 luntatem [3]. Sed pauca [4] de re. Cipius, opinor, olim [5], Non omnibus dormio [6]: ſic ego non omnibus, mi Galle, ſeruio: etſi quae eſt haec ſeruitus? olim cum regnare [7] exiſtimabamur, non tam ab vllis, quam hoc tempore obſeruor [8] a familiariſſimis
3 Caeſaris omnibus, praeter iſtum [9]. Id ego in lucris pono [10], non ferre hominem peſtilentiorem patria ſua [11]: eumque addictum iam tum [puto eſſe] Calui
4 Licinii Hipponacteo praeconio [12]. At vide quid [13] ſuccenſeat [14]. Phameae cauſſam ſuſceperam [15], ipſius quidem cauſſa: erat enim mihi ſane familiaris.

XXIV.

1. quorſumcunque. 2. in negotio, quod habui nuper cum Tigellio, qui me accuſauit. 3. tuam. 4. dicam. 5. dicebat. 6. in quorundam quidem gratiam ſimulo, ac ſi dormirem, aber nicht allen Leuten zu gefallen. 7. aliquid eſſem in republica. 8. non tam egregie ab vllis honoratus ſum, quam nunc obſeruor & color. 9. Tigellium. 10. das halte ich vor meinen groſſen Vortheil. 11. quod non amplius cogar tolerare hominem, qui peſtilentior ſit quam patria ſua Sardinia. 12. eumque iam addictum infamiae & notatum eſſe carmine ſatyrico Calvi Licinii, non aliter ac Hipponax Anthermum & Bupalum ſatyrice praedicauit, ſiue traduxit. 13. cur ille mihi. 14. iraſcatur. 15. defendendam.

16. der

ris. Is ad me venit, dixitque iudicem ſibi operam 5
dare[16] conſtituiſſe eo ipſo die, quo de P. Sextio in conſilium iri neceſſe erat[17]: reſpondi nullo modo me facere[18] poſſe: quem[19] vellet alium diem ſi ſumſiſſet, me ei non defuturum[20]. Ille autem qui 6
ſciret, ſe nepotem bellum tibicinem[21] habere, & ſat bonum vnctorem[22], diſceſſit a me, vt mihi videbatur, iratior. habes Sardos venales[23], alium alio nequiorem[24]. Cognoſti meam cauſſam, & 7
iſtius Salaconis[25] iniquitatem. Catonem[26] tuum mihi mitte: cupio enim legere[27]: me adhuc non legiſſe turpe vtrique noſtrum eſt[28].

16. der Richter wolle ihn anhören, Gerichts-Termin halten. 17. quo die tamen neceſſe erat, vt deliberatio fieret de P. Sextio. 18. hoc, ſeu pati dilationem iudicii de P. Sextio. 19. quemcunque. 20. ſo wolte ich ihm gerne dienen. 21. qui tibias ſcite caneret in comoediis. 22. qui vngeret homines in balneo. 23. prouerbium, quod notat homines viles & contemtos. 24. immer ein Schalck über den andern. 25. ſalacis hominis, luxurioſi, in pauperie ſuperbientis. 26. librum tuum de laudibus Catonis. 27. hunc librum. 28. mihi turpe eſt, quod librum hunc nondum legerim, & tibi turpe, quod mihi illum legendum nondum miſeris.

## XXV.

## CICERO M. FABIO GALLO S. D.

*Epiſtolam conſciſſam non eſſe nuntiat: & monitus, ne incautius de Caeſare loquatur, gratias agit: & vt pergat ſtilum exercere hortatur. Eodem anno.*

QVod epiſtolam[1] conſciſſam[2] doles, noli laborа-

XXV.

1. tuam. 2. diſcerptam a me fuiſſe.



Digitized by Google

borare[3]: ſalua eſt, domo petes[4] cum libebit[5].
2 Quod autem me mones, valde gratum eſt, idque vt ſemper facias, rogo. Videris enim mihi vereri, ne, ſi iſtum[6] habuerimus, rideamus γέλω-
3 τα Σαρδόνιον[7]. Sed heus tu manum de tabula[8]: magiſter[9] adeſt citius, quam putaramus. Ve-
4 reor, ne in catonium Catoninos[10]. Mi Galle, caue putes[11] quidquam melius[12], quam epiſtolae tuae partem, ab eo loco, *Cetera labuntur*. Secreto hoc audi[13], tecum habeto[14], ne Apellae quidem liberto tuo dixeris. praeter duos nos, loquitur iſto modo nemo. bene, malene[15] vide-
5 ro[16]; ſed quidquid eſt, noſtrum[17] eſt. Vrge igitur, nec tranſuerſum vnguem (quod aiunt) a ſtilo[18]: is enim eſt dicendi opifex[19], atque equidem aliquantum iam etiam noctis adſumo[20]. Vale.

3. noli ideo eſſe ſollicitus. 4. potes enim illam ex domo mea repetere. 5. quandocunque tibi placebit. 6. Tigellium. 7. riſum Sardonium, id eſt, riſum cum dolore & amaritudine coniunctum. 8. prouerbium. 9. Caeſar. 10. vereor, ne Caeſar detrudat laudatores & amicos Catonis in catonicum, ſeu locum inferiorem, id eſt, mortem, ad inferos, a κάτω, *infra*. 11. noli putare. 12. ſcriptum fuiſſe a te. 13. das will ich dir ins Ohr ſagen. 14. du magſt es bey dir behalten. 15. hoc dictum ſit. 16. deliberabo. 17. nos ſolemus ſoli ita loqui. 18. tuo diſcede. 19. ſtylus enim moderatur verba noſtra. 20. ad ſcribendum.

## XXVI.

## CICERO GALLO S. D.

*Herbas in augurali coena laute conditas ſibi morbum attuliſſe narrat.*

Cum

CUm decimum[1] iam diem grauiter ex inteſtinis[2] laborarem, neque iis, qui mea opera[3] vti volebant, probarem[4] me non valere, quia febrim non haberem; fugi[5] in Tuſculanum, cum quidem biduum[6] ita ieiunus fuiſſem, vt ne aquam quidem guſtarem. Itaque confectus[7] languore & fame, 2
magis tuum officium[8] deſideraui[9], quam abs te requiri putaui meum[10]. Ego autem cum omnes 3
morbos reformido, tum[11] quo Epicurum tuum Stoici male accipiunt[12], quia dicat[13], δυσουρικὰ καὶ δυσεντερικὰ πάθη[14] ſibi moleſta eſſe: quorum alterum morbum edacitatis eſſe putant, alterum etiam turpioris intemperantiae. Sane δυσεντερίαν[15] 4
pertimueram. Sed viſa eſt mihi vel loci mutatio, vel animi etiam relaxatio[16], vel ipſa fortaſſe iam ſeneſcentis[17] morbi remiſſio profuiſſe[18].
Attamen ne mirere[19], vnde hoc acciderit, quo- 5
modoue commiſerim[20]; lex ſumtuaria[21], quae videtur λιτότητα[22] attuliſſe, ea mihi fraudi fuit[23], nam dum volunt iſti lauti[24] terra nata[25], quae lege[26]

XXVI.

1. in decimum. 2. an der Colica, oder Reiſſen im Leib. 3. ſtudio, in foro. 4. perſuadere poſſem. 5. contuli me. 6. per duos dies. 7. defatigatus. 8. erga me. 9. vermiſſet. 10. officium erga te. 11. tum praeſertim illum morbum. 12. vituperant. 13. Epicurus. 14. veſicae & viſcerum paſſiones ſeu morbos. 15. dolorem inteſtinorum. 16. a curis grauioribus. 17. abnehmend. 18. vtilis mihi fuiſſe. 19. ne debeas mirari. 20. ego id fecerim. 21. die Policey-Ordnung, in qua conſtitutum erat, quomodo conuiuia deberent inſtitui, ne ſumtus nimii fierent. 22. tenuitatem, frugalitatem, Sparſamkeit. 23. ea me decepit. 24. die Leckermäuler. 25. ea, quae naſcuntur e terra, Erd- oder Gartenfrüchte.

26. per

lege[26] excepta ſunt, in honorem adducere[27],
fungos, heluellas[28], herbas omnes ita condiunt[29],
6 vt nihil poſſit eſſe ſuauius. In eas[30] cum inci-
diſſem in coena augurali[31] apud Lentulum, tanta
me διάῤῥοια[32] arripuit, vt hodie primum[33] videa-
7 tur coepiſſe conſiſtere. Ita ego, qui me oſtreis[34]
& murenis[35] facile abſtinebam, a beta[36] & a ma-
lua[37] deceptus ſum[38]. Poſthac igitur erimus cau-
8 tiores. Tu tamen cum audiſſes[39] ab Anitio (vi-
dit enim me nauſeantem[40]) non modo mitten-
di[41] cauſſam iuſtam habuiſti, ſed etiam viſendi[42].
9 Ego heic cogito commorari, quoad[43] me refi-
ciam[44]: nam & vires & corpus[45] amiſi. Sed
ſi morbum depulero, facile vt ſpero illa[46] re-
vocabo.

26. per legem. 27. zu Ehren vnd zum Staat auffſetzen. 28. oluſcula minuta. 29. einmachen, condiren, confituriren. 30. herbas conditas. 31. quam dabat Lentulus, augur factus. 32. Durchläuff. 33. demum. 34. Auſtern. 35. Neunaugen, Brücken, Lampreten. 36. Kohl. 37. Pappeln. 38. ita, vt plus iſtarum herbarum ederem, quam ſtomacho meo prodeſſet. 39. de morbo meo. 40. daſs ich einen Eckel vor dem Eſſen hatte. 41. ad me. 42. mei. 43. donec. 44. melius valebo. 45. craſſius. 46. & vires & craſſitiem corporis mei.

## XXVII.

## CICERO GALLO S. D.

*Gallus, alius forte quam Fabius, Ciceronem litteris accuſauerat, quem viciſſim litteris repungit.*

Miror, cur me accuſes, cum tibi id facere[1] non liceat; quod[2] ſi liceret, tamen non debebas[3].

Ego

XXVII.

1. me accuſare. 2. tibi. 3. me accuſare.

4. ego

*Ego enim te in conſulatu obſeruaram*[4]. & ais fore, vt te Caeſar reſtituat. multa tu quidem dicis, ſed tibi nemo credit. Tribunatum plebei[5] dicis 2
te mea cauſſa[6] petiſſe: vtinam ſemper eſſes tribunus, interceſſorem[7] non quaereres. negas[8] me audere, quod ſentiam, dicere: quaſi tibi, cum impudenter me rogares, parum fortiter[9] reſponderim. Haec tibi ſcripſi[10], vt iſto ipſo in genere[11], 3
in quo aliquid poſſe vis[12], te nihil eſſe[13] cognoſceres. Quod ſi humaniter mecum queſtus eſſes, libenter tibi me & facile purgaſſem[14]. non enim mihi ingrata[15] ſunt, quae feciſti: ſed quae ſcripſiſti moleſta[16]. Me autem, propter quem[17] ceteri 4
liberi ſunt, tibi liberum non viſum[18] demiror. Nam ſi falſa fuerunt[19], quae tu ad me, vt ais, detuliſti[20], quid ego tibi debeo? ſin vera[21], tu es optimus teſtis, quid mihi populus Rom. debeat.

4. ego enim te colueram & amaueram, cum ego conſul eſſem. 5. plebis. 6. propter me. 7. eum qui te impedire poſſet. 8. dicis, me non audere id dicere. 9. animoſe. 10. ideo. 11. eben hierinne. 12. in quo cupis & oſtendis te aliquid quaſi poſſe efficere. 13. valere, poſſe. 14. excuſare voluiſſem. 15. iniucunda. 16. ſed ea mihi fuerunt moleſta, quae tu ſcripſiſti. 17. per cuius operam. 18. fuiſſe. 19. ea. 20. mihi narraſti. 21. illa fuerunt.

## XXVIII.

## M. CICERO CVRIO S. D.

*Probat Curii conſilium, quo, deſperata republica, in Graeciam ſe contulerat. Addit propter eandem cauſſam & ſe in bibliothecam abdi. nullam enim ſpem reliquam eſſe, aliquando melius fore.*

Memi-

Digitized by Google

MEmini[1] cum mihi deſipere[2] videbare, quod iſtic potius viueres, quam nobiſcum. erat enim multo domicilium huius vrbis (cum quidem haec vrbs[3]) aptius humanitati & ſuauitati tuae,
2 quam tota Peloponneſus, nedum[4] Patrae[5]. Nunc contra & vidiſſe[6] mihi multum videris, cum[7], prope deſperatis his rebus[8], te in Graeciam contuliſti, & hoc tempore non ſolum ſapiens[9], qui hinc abiis[10], ſed etiam beatus[11]. quamquam quis,
3 qui aliquid ſapiat, nunc eſſe beatus poteſt? Sed quod tu, cui licebat[12], pedibus[13] es conſecutus, vt ibi eſſes, vbi nec Pelopidarum[14], noſti cetera: nos idem propemodum conſequimur alia ratio-
4 ne. Cum enim ſalutationi nos dedimus amicorum[15], quae fit ex hoc[16] etiam frequentius quam ſolebat, quod quaſi auem albam[17] videntur bene ſentientem ciuem videre; abdo[18] me in biblio-
5 thecam. Itaque opera[19] efficio tanta, quanta fortaſſe tu ſenties. Intellexi enim ex tuo ſermone quodam, cum moeſtitiam meam & deſperationem accuſares domi tuae[20], dicere te, ex meis libris

animum

XXVIII.

1. Ego recordor illius temporis. 2. ſtulte agere. 3. libera adhuc eſſet & reſpublica. 4. geſchweige denn. 5. vrbs Peloponneſi. 6. prouidiſſe. 7. quando, poſtquam. 8. dum reſpublica deſperata eſt. 9. mihi videris. 10. quod ex Roma aufugiſti. 11. felix. 12. hoc facere. 13. per tuos pedes & fugam. 14. *ſupple*: nomen nec facta audias. Per Pelopidas autem intelligit Cicero oppreſſores reip. & malos ciues. 15. dum admittimus eos, qui nos ſalutant. 16. inde. 17. ſeu raram. 18. occulto, recipio me ſolum. 19. libros. 20. in domo tua.

Digitized by Google

13. te

animum meum deſiderare[21]. Sed mehercule & tum rempub. lugebam, quae non ſolum ſuis[22] erga me, ſed etiam meis erga ſe beneficiis erat mihi carior; & hoc tempore, quamquam me non ratio[23] ſolum conſolatur, quae plurimum debet valere; ſed etiam dies[24], quae ſtultis quoque mederi ſolet; tamen doleo, ita rem communem[25] eſſe dilapſam, vt ne ſpes quidem, melius aliquando fore, relinquatur. 6
Nec vero nunc quidem culpa in eo[26] eſt, in cuius poteſtate omnia ſunt (niſi forte id ipſum eſſe non debuit[27]) ſed alia caſu[28], alia etiam noſtra culpa[29] ſic acciderunt, vt de praeteritis non ſit querendum. 7
Reliquam ſpem nullam video. quare ad prima redeo; Sapienter haec reliquiſti, ſi conſilio[30]: feliciter[31], ſi caſu[32]. 8

21. te non amplius videre animum meum priſtinum & libere ſentientem de ſtatu reipublicae. 22. beneficiis. 23. ſana, philoſophia. 24. longum tempus. 25. publicam. 26. Caeſare. 27. niſi forte ipſe etiam ſummam poteſtatem accipere non debuit. 28. fortuito, zufälliger Weiſe. 29. per noſtram culpam, qui ſequuti ſumus Pompeium. 30. reliquiſti Romam, mit gutem Bedacht. 31. reliquiſti haec. 32. fortuito.

## XXIX.
## CVRIVS M. CICERONI SVO S.

Curius laudat Ciceronis erga ſe beneficia, eumque rogat vt Ser. Sulpicii ſe ſucceſſori commendet.

*SI vales bene eſt. Sum enim* χρήσει μὲν[1] *tuus,* κτήσει δὲ[2] *Attici noſtri. ergo fructus[3] eſt tuus,* *manci-*

XXIX.

1. quoad vſum & fructum quidem. 2. ſed quoad plenam poſſeſſionem. 3. amicitiae.

4. plena

Digitized by Google

*mancipium[4] illius. quod[5] quidem, ſi inter ſenes coëmtionales[6] venale proſcripſerit[7], egerit non*
2 *multum[8]. At illa noſtra praedicatio[9] quanti eſt[10]? nos quod ſimus, quod habeamus, quod homines[11]*
3 *exiſtimemur, id omne abs te habere. Quare, Cicero mi, perſeuera[12] conſtanter nos conſeruare, & Sulpicii ſucceſſori nos de meliore nota[13] commenda, quo facilius tuis praeceptis obtemperare poſſimus, teque ad ver[14] lubentes videre, & noſtra[15] deſige-*
4 *re[16] deportareque tuto poſſimus. Sed, amice magne, noli hanc epiſtolam Attico oſtendere: ſine eum errare[17], & putare, me virum bonum eſſe, nec ſolere duo[18] parietes de eadem fidelia dealbare[19]. Ergo, patrone mi, bene vale, Tironemque meum ſaluta noſtris verbis. Dat. a. d. IIII. kal. Nouemb[20].*

4. plena vero poſſeſſio amicitiae meae debetur Attico. 5. mancipium. 6. ſenes ſerui non facile emebantur, itaque adiungebantur illis meliores, vt illi ſimul cum his poſſent vendi. 7. venale expoſuerit. 8. ſo würde er nicht viel damit ausrichten, oder dauon kriegen. 9. laus. 10. aeſtimanda. 11. prudentes. 12. perge. 13. quam optime. 14. circa tempus vernale. 15. noſtras res. 16. colligeres in locum tutum ponere. 17. permitte, vt Atticus maneat in errore. 18. duos. 19. prouerbium: id eſt, duas res vno modo facere. 20. die XXIX. octobris.

## XXX.

## CICERO CVRIO S. D.

*Oſtendit quam miſere agatur cum republica, cum Caeſar Caninium ad aliquot horas conſulem creauerit: & de litteris commendaticiis ad Acilium ſignificat.*

Ego

Digitized by Google

EGo vero iam te nec hortor, nec rogo, vt domum redeas: quin hinc[1] ipſe euolare[2] cupio, & aliquo[3] peruenire[4], vbi nec Pelopidarum[5] nomen, nec facta audiam. Incredibile eſt, quam 2
turpiter mihi facere videar, qui his rebus interſim[6]. Nae tu videris multo ante prouidiſſe, quid[7] impenderet tum[8], cum hinc profugiſti. quamquam enim haec etiam auditu acerba ſunt[9], tamen audire[10] tolerabilius eſt, quam videre. In 3
campo[11] certo non fuiſti, cum H. II[12]. comitiis quaeſtoriis inſtitutis[13], ſella Q. Maximi, quem illi[14] conſulem eſſe dicebant, poſita eſſent: quo mortuo nuntiato[15], ſella ſublata eſt. Ille autem, 4
qui comitiis tributis eſſet auſpicatus[16], centuriata[17] habuit, conſulem H. VII[18]. renuntiauit, qui vsque ad kal. Ianuarias eſſet, quae erant futurae mane poſtridie. Ita Caninio conſule ſcito nemi- 5
nem prandiſſe[19]. nihil tamen eo conſule mali fa-

ctum

XXX.

1. ex Roma. 2. celeriter abire. 3. in aliquem locum. 4. me conferre. 5. vide antecedentem Epiſt. XXVIII. 3. 6. quod tam malis & corruptis rebus adhuc interſim. 7. quanta mala impenderent. 8. illo tempore. 9. es iſt vnangenehm vnd verdrieslich zu hören. 10. talia. 11. Martio, vbi comitia habebantur ad eligendos magiſtratus. 12. hora ſecunda. 13. cum comitia inſtituta eſſent ad eligendum quaeſtorem. 14. Caeſariani. 15. cum vero nuntiaretur, illum eſſe mortuum. 16. Caeſar autem, qui auſpicia comitiorum fecerat per ſolennia ſacra, ad eligendos in tributis comitiis quaeſtores. tributa autem erant comitia, quando populus diſtinguebatur in tribus. 17. comitia, ad eligendum nouum conſulem, dum populus diuidebatur in centurias. 18. hora ſeptima. 19. ita tu ſcias, quod nemo prandium ſumſerit, quamdiu Caninius conſul fuit.



Digitized by Google

ctum eſt[20]. fuit enim mirifica vigilantia[21], qui ſuo
toto conſulatu ſomnum non viderit[22]. Haec tibi
ridicula videntur: non enim ades[23]: quae ſi vi-
6 deres, lacrymas non teneres. Quid[24] ſi cetera
ſcribam? ſunt enim innumerabilia generis eiuſ-
dem: quae quidem ego non ferrem[25], niſi me in
philoſophiae portum contuliſſem, & niſi haberem
ſocium ſtudiorum meorum Atticum noſtrum. cu-
ius[26] quum proprium te eſſe ſcribis mancipio[27]
& nexu[28], meum[29] autem vſu & fructu; conten-
tus iſto ſum. Id enim cuiusque eſt proprium,
quo quiſque fruitur atque vtitur. ſed haec alias[30]
7 pluribus[31]. Acilius, qui in Graeciam cum legio-
nibus miſſus eſt, maximo meo beneficio eſt[32]. bis
enim eſt a me iudicio capitis, rebus ſaluis[33], de-
fenſus: & eſt homo non ingratus, meque vehe-
8 menter obſeruat[34]. Ad eum de te diligentiſſime
ſcripſi, eamque epiſtolam cum hac coniunxi:
quam ille quomodo acceperit, & quid tibi pollici-
tus ſit, velim ad me ſcribas.

20. nulla tamen calamitas accidit reipublicae, quamdiu Caninius conſul fuit. 21. noui conſulis. 22. non dormiuerit; nam a meridie creatus fuit, mane poſtridie a magiſtratu ſeu conſulatu abiturus. 23. Romae. 24. fiet. 25. tolerare non poſſem. 26. Attici. 27. quoad plenam poſſeſſionem. 28. quoad nexum amicitiae firmiſſimum. 29. mancipium. 30. alio tempore. 31. explicabimus. 32. ornatus, adfectus. 33. ita vt res eius ſaluae manerent. 34. colit.

## XXXI.

## CICERO CVRIO S. D.

*Inuitat ad mutua officia, &, vt in urbem reuertatur veteris vrbanitatis tuendae cauſſa, rogat.*

Facile

Digitized by Google

Facile perſpexi ex tuis litteris, quod ſemper
ſtudui[1], & [2] me a te plurimi[3] fieri, & [4] te intel-
ligere quam mihi carus eſſes. Quod quando[5] 2
vterque noſtrum conſecutus[6] eſt, reliquum eſt vt
officiis certemus inter nos[7], quibus aequo ani-
mo[8] vel vincam te, vel vincar abs te. Acilio non 3
fuiſſe neceſſe meas dari litteras facile patior[9].
Sulpicii[10] tibi operam intelligo ex tuis litteris, non
multum opus fuiſſe, propter tuas[11] res, ita contra-
ctas[12], vt[13], quemadmodum ſcribis, nec caput
nec pedes[14]. Equidem vellem vti pedes habe-
rent[15], vt aliquando redires[16]. Vides enim ex- 4
aruiſſe iam veterem vrbanitatem[17], vt Pompo-
nius[18] noſter ſuo iure[19] poſſit dicere, *niſi nos pauci
retineamus gloriam antiquam Atticam*[20]. Ergo 5
is tibi[21], nos ei ſuccedimus[22]. Veni igitur quaeſo,
ne ta-

XXXI.

1. operam dedi vt conſequerer. 2. non ſolum. 3. valde amari. 4. ſed etiam. 5. poſtquam, quia. 6. impetrauit. 7. vt contendamus, ſtudeamus, vt alter alterum vincat benefaciendo. 8. in quibus officiis libenter. 9. das kan ich gar wohl geſchehen laſſen. 10. intelligo ex tuis litteris, Sulpicii operam non multum tibi opus fuiſſe. 11. tua negotia, ſtatum rerum tuarum. 12. intricatas & implicatas. 13. vt haec negotia. 14. vt nec initium habeant nec finem. 15. illae bene procederent. 16. Romam. 17. quod antiqua illa vrbanitas (Manierligkeit im Schertzen, gelehrte Schrauberey, lepor, facetiae) iam deſierit. 18. Atticus. 19. mit allem Recht. 20. vrbanitatem illam, propter quam Athenae olim in maxima laude fuerunt. 21. tu habes primum locum, Atticus ſecundum. 22. ego autem ſuccedo Attico, & occupo locum tertium.



Digitized by Google

ne tamen ſemen vrbanitatis vna cum repub. intereat[23]. Vale.

23. ne tam egregium ſemen iocorum pereat ſimul cum republica; igitur veni, vt hoc ſemen conſeruetur. *haec omnia dicit Cicero per iocum.*

## XXXII.

## CICERO VOLVMNIO S. D.

*Ex Cilicia P. Volumnio ſcribit de dictis, de iudiciis, de repub. de Dolabella nondum genero.*

QVod ſine praenomine[1] familiariter[2], vt debebas, ad me epiſtolam miſiſti, primum addubitaui num a Volumnio ſenatore eſſet[3], quo cum mihi eſt magnus vſus[4]. deinde εὐτραπελίας[5] litterarum fecit, vt intelligerem tuas eſſe.
2 Quibus in litteris omnia mihi periucunda fuerunt, praeter illud, quod parum diligenter poſſeſſio ſalinarum[6] mearum a te procuratore[7] defenditur. Ais enim, vt[8] ego diſceſſerim, omnia omnium dicta[9],
3 in his etiam Seſtiana[10], in me conferri. Quid? tu id pateris? nonne defendis[11]? non reſiſtis[12]? equidem ſperabam ita notata[13] me reliquiſſe genera dictorum[14] meorum, vt cognoſci ſua ſpon-
4 te poſſent. Sed quando[15] tanta faex[16] eſt in vrbe, vt ni-

XXXII.

1. tuo. 2. pro familiaritate noſtra. 3. ſcripta illa epiſtola. 4. conuerſatio, amicitia. 5. vrbanitas& lepor. 6. iocorum. ioci enim *ſales* dicuntur. 7. quem ego procuratorem & defenſorem iocorum meorum conſtitueram. 8. poſtquam ego in prouinciam ex vrbe Roma diſceſſerim. 9. iocoſa mihi attribui. 10. quae Seſtius dixit. 11. me. 12. illis hominibus. 13. ſignata. 14. iocorum. 15. quoniam, poſtquam. 16. plebeia turba. 17. dici

Digitized by Google

vt nihil[17] tam ἀκύθηρον[18], quod non alicui venu-
ſtum eſſe videatur; pugna[19], ſi me amas, niſi acu-
ta ἀμφιβολία[20], niſi elegans ὑπερβολὴ[21], niſi πα-
ράγραμμα[22] bellum[23], niſi ridiculum παρὰ προσ-
δοκίαν[24], niſi cetera, quae ſunt a me in ſecundo
libro[25] de Oratore per[26] Antonii perſonam diſpu-
tata de ridiculis[27], ἔντεχνα[28], & arguta appare-
bunt, vt ſacramento[29] contendas mea non eſſe[30].
Nam de iudiciis quod quereris, multo laboro mi- 5
nus[31], trahantur per me pedibus omnes rei[32]: ſit
vel Selius tam eloquens, vt poſſit probare ſe libe-
rum[33], non laboro[34]. Vrbanitatis poſſeſſio- 6
nem[35], amabo[36], quibusuis interdictis defenda-
mus: in qua te vnum metuo: contemno ceteros.
Derideri te putas: nunc demum intelligo te ſa-
pere[37]. Sed mehercules, extra iocum, valde 7
mihi tuae litterae facetae, elegantesque viſae ſunt.
Illa[38] quamuis ridicula eſſent, ſicut erant, mihi
tamen riſum non mouerunt. Cupio enim no- 8
ſtrum illum amicum[39] in tribunatu[40] quam plu-
rimum habere grauitatis, id cum ipſius cauſſa (eſt
mihi,

17. dici poſſit. 18. inuenuſtum. alii legunt ἄκυρον, id eſt, ineptum. 19. tu contra haec debes pugnare. 20. ambiguitas. 21. hyperbole. 22. agnominatio. 23. elegans. 24. prater exſpectationem. 25. a me ſcripto. 26. ſub perſona. 27. iocis. 28. artificioſa. 29. daſs du auch ſo gar mit einem cörperlichen Eyde verſichern könneſt. 30. hos iocos mihi non oportere adſcribi. 31. id ego non valde curo. 32. per me licet, vt omnes res trahantur pedibus ad ſupplicium. 33. hominem eſſe. 34. neque enim hoc ego curo. 35. quam habemus. 36. quaeſo. 37. quando putas, te a me derideri. 38. de quibus ſcribis. 39. Curionem. 40. ſuo.



Digitized by Google

mihi, vt ſcis, in amoribus[41]) tum mehercule etiam reipublicae[42], quam quidem, quamuis in[43] me
9 ingrata ſit, tamen amare non deſinam. Tu mi Volumni, quum inſtituiſti[44], & mihi vides eſſe gratum, ſcribe ad me quam ſaepiſſime de rebus vrbanis[45], de republica. Iucundus eſt mihi ſermo
10 litterarum tuarum. Praeterea Dolabellam, quem ego perſpicio & iudico cupidiſſimum eſſe atque amantiſſimum mei, cohortare & confirma, redde plane meum[46]: non mehercule quo quidquam deſit[47], ſed quia valde cupio, non videor nimium laborare[48].

41. nam ego amo illum. 42. cauſſa. 43. quamuis reſpublica non ſit grata erga me. 44. quomodo coepiſti. 45. de iis, quae aguntur in vrbe. 46. fac, vt ille plane mihi deditus ſit. 47. ac ſi quidquam deſit, aut ego deſiderem in eius amore. 48. ſollicitus eſſe poſſe.

## XXXIII.

## M. CICERO VOLVMNIO S. D.

*Dicit, adflicta republica ſe cum Hirtio, Caſſio & Dolabella declamationes exercere, & Volumnium ad eadem ſtudia inuitat. nam ſibi deliberatum eſſe in litteras ſe abdere, Caeſare permittente.*

QVod declamationibus noſtris cares[1], damni nihil facis[2]. Quod Hirtio inuideres[3], niſi eum amares, non erat cauſſa inuidendi: niſi forte ipſius eloquentiae magis, quam[4] quod me audiret,

XXXIII.

1. Quod ego meas orationes ad te non miſi. 2. in eo nullum habes damnum. 3. quoniam is a me accepit artem dicendi. 4. quam ideo, quod is me magiſtrum audiret. 5. vale-

Digitized by Google

dicere inuideres. Nos enim plane, mi ſuauiſſime 2
Volumni, aut nihil ſumus[5], aut nobis quidem
ipſis diſplicemus: gregalibus illis, quibus te plaudente
vigebamus, amiſſis[6]: vt etiam, ſi quando
aliquid dignum noſtro nomine emiſimus, ingemiſcamus,
quod haec *pennigero, non armigero
in corpore tela exerceantur*[7], vt ait Philoctetes
apud Accium[8], abiecta gloria[9]. Sed tamen 3
omnia mihi erunt, ſi tu veneris[10], hilariora:
quamquam venies, vt ipſe intelligis, in maximarum
quaſi concurſum occupationum: quas ſi,
vt volumus, exceperimus[11], ego vero multam
ſalutem[12] & foro dicam & curiae, viuamque
tecum multum[13], & cum communibus noſtris
amatoribus[14]. nam & Caſſius tuus, & Dolabella 4
noſter; vel potius vterque noſter, ſtudiis iiſdem
tenentur[15], & meis aequiſſimis vtuntur auribus[16].
Opus eſt huc limatulo[17] & polito tuo iudicio, & 5
illis interioribus[18] litteris meis, quibus ſaepe verecundiorem[19]
me in loquendo facis. Mihi enim 6
iudica-

5. valemus. 6. poſtquam ſocii ſtudiorum noſtrorum amiſſi ſunt, quibus ego florui, cum tuo applauſu. 7. quod haec tela exerceantur, in corpore auis pennigero, non in corpore hominis armigeri. *id eſt*; quod ſtudium meum eloquentiae non exerceatur in rep. tuenda, & in cauſſis agendis, ſed in tam vili declamationum genere. 8. Poëtam. 9. poſtquam omnis gloria eloquentiae nunc abiecta eſt. 10. Romam. 11. ſuperauerimus; quemadmodum ictus ſolet excipi. 12. valedicam, nuntium mittam foro & curiae. 13. ſaepius. 14. amicis. 15. eadem amant ſtudia eloquentiae. 16. & ego audio libenter eorum declamationes. 17. ausgearbeitet, elaborato quaſi per limam. 18. reconditis philoſophiae litteris. 19. modeſtiorem, mehr retiré alſs ſonſten.



Digitized by Google

iudicatum[20] eſt, ſi modo hoc Caeſar aut patie-
tur, aut volet, deponere illam iam perſonam[21],
in qua me ſaepe illi ipſi probaui[22]; ac me totum
in litteras[23] abdere, tecumque & cum ceteris ea-
7 rum[24] ſtudioſis honeſtiſſimo otio perfrui. Tu,
vellem, ne veritus eſſes, ne perinuitus[25] legerem
tuas litteras, ſi mihi, quemadmodum ſcribis, lon-
giores forte miſiſſes. ac velim poſthac ſic ſta-
tuas[26], tuas mihi litteras longiſſimas quasque gra-
tiſſimas fore.

M. COE-

20. ego enim decreui. 21. oratoris. 22. in qua perſona ego illi ſaepe placui. 23. philoſophiam. 24. litterarum. 25. gar vngern. 26. ita credas.

LIBER VIII.

# M. COELII EPISTOLARVM LIBER AD M. T. CICERONEM OCTAVVS.

## I.

## M. COELIVS M. CICERONI S. D.

*Commentarium mittit rerum vrbanarum, & excuſat ſe quod alteri negotium illius colligendi dederit. Addit de comitiis Transpadanorum eſſe rumorem, de ſucceſſione autem Galliarum nihil relatum: de Pompeio cupere ſe aliquid cognoſcere: de Caeſare varia diſſipari; aliaque nonnulla. Huic epiſtolae reſpondit ea, quae lib. II. eſt octaua.*

QVod tibi decedens[1] pollicitus ſum, me omnes res vrbanas[2] diligentiſſime tibi perſcripturum; data opera[3] paraui[4], qui ſic omnia perſequeretur[5] vt verear, ne tibi nimium arguta[6] haec ſedulitas videatur. Tametſi tu, ſcio, 2
quam[7] ſis curioſus, & quam omnibus peregrinantibus[8] gratum ſit minimarum quoque rerum, quae domi, gerantur, fieri certiores: tamen in hoc

LIBER VIII.

I.

1. Te comitans abeuntem in prouinciam. 2. omnia ea, quae agerentur in vrbe. 3. dato ſtudio. 4. aliquem. 5. perſcriberet. 6. gar zu klug. 7. quam valde. 8. iis, qui abſint a Roma.



Digitized by Google

hoc te deprecor[9], ne meum hoc officium arro-
gantiae condemnes[10], quod hunc laborem alteri
delegaui[11]: non quin mihi ſuauiſſimum ſit & oc-
cupato[12], & ad litteras ſcribendas, vt tu noſti, pi-
3 gerrimo, tuae memoriae dare operam[13]. Sed id
ipſum volumen, quod tibi miſi, facile, vt ego ar-
bitror, me excuſat. neſcio cuius otii eſſet[14] non
modo perſcribere haec, ſed omnino animaduer-
tere[15]: omnia enim ſunt ibi[16] S. C. edicta, fabu-
lae[17], rumores: quod exemplum[18] ſi forte minus
te delectarit, ne moleſtiam tibi cum impenſa mea[19]
4 exhibeam, fac me certiorem. Si quid in repub.
maius[20] actum erit, quod iſti operarii[21] minus[22]
commode perſequi poſſint: & quemadmodum
actum ſit, & quae exiſtimatio ſecuta[23], quaeque de
5 eo ſpes eſt, diligenter tibi perſcribemus. Vt nunc
eſt[24], nulla magnopere exſpectatio eſt[25]. nam &
illi rumores de comitiis Transpadanorum[26], Cu-
marum tenus caluerunt[27]. Romam cum veniſ-
ſem, ne tenuiſſimam quidem auditionem de ea re
6 accepi[28]. Praeterea Marcellus quod adhuc nihil
retu-

9. precor. 10. accuſes. 11. tradidi. 12. qui occupatus ſum variis negotiis. 13. colere tui memoriam. 14. neſcio, quantum otium ille opus haberet, qui vellet haec. 15. paucis notare. 16. in iſto volumine. 17. ſermones vulgi. 18. Copey. 19. auff meine Koſten. 20. grauius. 21. ſcribae. 22. non ſatis. 23. ſit, quid homines exiſtimarint de iis actis. 24. nach itziger der Sachen Beſchaffenheit. 25. ſpes supereſt. 26. de habendis comitiis in coloniis Transpadanorum, quibus Caeſar ſpem ciuitatis fecerat, & nunc dare laborabat. 27. illi rumores peruenerunt vſque ad Cumas, non autem vſque Romam. 28. ne verbulum quidem audiui de his comitiis.

29. ad

Digitized by Google

retulit[29] de ſucceſſione prouinciarum Galliarum:
& in kalend. Iun. vt mihi ipſe dixit, eam diſtulit
relationem: ſane quam[30] eos ſermones expreſ-
ſit[31], qui de eo tum fuerant, cum Romae nos eſſe-
mus. Tu, ſi Pompeium, vt volebas, offendiſti, 7
qui tibi viſus ſit[32], & quam orationem[33] habuerit
tecum, quamque oſtenderit voluntatem (ſolet
enim aliud ſentire & loqui, neque tantum valere
ingenio[34], vt non appareat, quid cupiat) fac mihi
perſcribas. Quod[35] ad Caeſarem, crebri & non 8
belli[36] de eo rumores, ſed ſuſurratores[37] dunta-
xat veniunt: alius equitem[38] perdidiſſe[39], quod,
opinor, certe factum eſt: alius ſeptimam legio-
nem vapulaſſe[40], ipſum apud Bellouacos[41] cir-
cumſederi interclusum ab reliquo exercitu, neque
adhuc certi quidquam eſt, neque haec incerta ta-
men vulgo iactantur[42], ſed inter paucos, quos tu
noſti, plane[43], ſecreto narrantur: at Domitius[44],
cum manus ad os appoſuit[45]. Te ad IX kalend. 9
Iun[46]. ſubroſtrani[47] (quod illorum capiti ſit[48])
diſſipa-

29. ad Senatum, in Senatu propoſuit. 30. omnino. 31. aperuit, declarauit. 32. fac mihi perſcribas, qualis ille tibi viſus ſit. 33. de iis rebus, colloquium. 34. neque tamen Pompeius tam callidus eſt ad diſſimulationem. 35. attinet. 36. non boni. 37. heimlich Gemurmel. 38. equitatum. 39. dicit, Caeſarem perdidiſſe. 40. ab hoſte, hätte vom Feind Schläge bekommen. 41. populum Galliae. 42. neque hi ſermones ſunt tantum in ore plebis. 43. bene. 44. quam libenter haec narrat. 45. quod ſignum eſt taciturnitatis. 46. diem XXIV. Maii. 47. ciues otioſi, qui ambulant ſub roſtris, cupidi rerum nouarum, die müſſige Pflaſtertretter. 48. quod in ipſorum capita cadat. eſt formula interpretationis.

49. dixe-

Digitized by Google

diſſiparant[49] periiſſe: & te, vrbe ac foro toto maximus rumor fuit[50], a Q. Pompeio in itinere oc-
10 ciſum[51]. Ego, qui ſcirem Q. Pompeium Baulis[52] embaeneticam[53] facere, & vsque eo[54], vt ego miſererer eius eſuriei[55]; non ſum commotus; & hoc mendacio, ſi qua pericula tibi impenderent,
11 vt defungeremur optaui[56]. Plancus quidem tuus Rauennae[57] eſt, & magno congiario[58] donatus a Caeſare, nec beatus[59] nec bene inſtructus[60] eſt. Tui politici libri[61] omnibus vigent[62]. Vale.

49. dixerant. 50. ita, vt fuit. 51. fuiſſe. 52. villa Campaniae. 53. embaenetica, eſt deſcenſio in balnea, quaſi ab ἐμβαίνω, alii legunt *empeneticam*, id eſt, artem eſuriendi, a πεινᾷν, eſurire. alii *epibaticam*, ab ἐπιβαίνω, Lambinus *ſchoenobaticam*, Seiltäntzerey, ſchoenobates enim ſignificat, ein Seiltäntzer. 54. adeo. 55. eſuriei, quam Pompeius oſtendit. 56. & optaui, vt per hoc mendacium omne iam ſuperaſſemus periculum. 57. in vrbe Italiae Rauenna. 58. congiarium erat donum ab imperatore datum. 59. felix per hoc munus. 60. nec ditior factus eſt. 61. ſex libri de republica a te ſcripti. 62. ab omnibus laudantur, omnibus placent.

## II.

## COELIVS CICERONI S. D.

*Nuntiat de abſoluto Meſſalla, eiusque defenſore Hortenſio a populo male accepto. Addit de republica, & de ſuis in aedilitate competitoribus.*

CErte, inquam, abſolutus eſt[1]: me repraeſentante[2]

II.

1. Marcus Valerius Meſſalla, qui accuſatus fuerat crimine ambitus.

2. dum

Digitized by Google

tante [2] pronuntiatum [3] eſt, & quidem omnibus ordinibus [4], ſed & ſingulis in vno quoque ordine ſententiis [5]. Vide modo, inquis? Non mehercu- 2
les: nihil enim vnquam tam praeter opinionem, tam quod videretur omnibus indignum, accidit. quin ego cum pro amicitia [6] validiſſime fauerem ei [7], & me iam ad dolendum [8] praeparaſſem; poſtquam factum [9] eſt, obſtupui, & mihi viſus ſum captus [10] eſſe. Quid alios putas [11]? clamoribus ſci- 3
licet maximis iudices corripuerunt [12]: & oſtenderunt plane eſſe [13] quod ferri [14] non poſſet. itaque relictus lege Licinia [15], maiore eſſe periculo videtur. Acceſſit huc, quod poſtridie eius abſo- 4
lutionis, in theatrum Curionis Hortenſius introiit: puto vt ſuum gaudium gauderemus [16]. Heic tibi [17] *ſtrepitus, fremitus, clamor, tonitruum, & rudentum ſibilus.* Hoc magis animaduerſum eſt, quod 5
intactus a ſibilo peruenerat Hortenſius ad ſenectutem [18]. Sed tum ita [19], vt in totam vitam cuiuis ſatis eſſet [20], & poeniteret eum iam viciſſe [21]. De 6
repub.

2. dum ego rem repraeſentaui. 3. ſententia pronuntiata eſt. 4. ab ordinibus. 5. ſed ita etiam, vt ſinguli ordines ferrent ſuam ſententiam. 6. noſtra. 7. Meſſallae. 8. calamitatem eius. 9. facta eſt eius abſolutio. 10. quaſi ex me ipſo raptus, mente captus. 11. quid putas alios, nempe aduerſarios Meſſallae, feciſſe? 12. illi corripuerunt ſeu reprehenderunt iudices. 13. eam rem. 14. tolerari. 15. non damnatus, ſed abſolutus per legem a Licinio latam. 16. vt gauderemus ſimul de ſuo gaudio. 17. auditus fuiſſet. 18. hoc etiam magis cognitum eſt, quod Hortenſius factus eſt ſenex, nunquam ab auditoribus exſibilatus. 19. res erat comparata. 20. daſs ſich einer ſein Lebenlang darmit behelffen konte. 21. quod Hortenſius, defenſor Meſſallae, viciſſet.

22. Hitze.

Digitized by Google

repub. quid tibi ſcribam, nihil habeo. Marcelli
impetus[22] reſederunt[23] non inertia[24], ſed (vt mi-
hi videbatur) conſilio[25]. de comitiis conſulari-
7 bus[26] incertiſſima eſt exiſtimatio. Ego incidi in
competitorem nobilem, & nobilem agentem[27].
Nam M. Octauius Cn. filius, & C. Hirrus mecum
petit. hoc ideo ſcripſi, quod[28] ſcio te acriter[29],
propter Hirrum, nuntium noſtrorum comitio-
8 rum[30] exſpectaturum. Tu tamen, ſimul ac me
deſignatum[31] audieris, vt tibi curae ſit, quod ad
pantheras[32] attinet, rogo, ſyngrapham[33] Sittia-
nam tibi commendo. Commentarium rerum
vrbanarum[34] primum dedi L. Caſtrinio Paeto, ſe-
cundum[35] ei, qui has litteras tibi dedit.

22. Hitze. 23. imminuti fuerunt. 24. ex quadam. 25. mit gutem Bedacht. 26. quae inſtituta fuerunt ad conſules eligendos. 27. & talem competitorem, qui ſe iactat & vendidat, nobilem. 28. quoniam. 29. vehementer. 30. de noſtris comitiis. 31. aedilem. 32. Pantherthier, in ludis ſeu muneribus aedilitiis producendos. 33. die Obligation, Handſchrifft. 34. relationem, narrationem primam meam de rebus in vrbe Roma actis. 35. commentarium.

## III.

## COELIVS CICERONI S. D.

*Suum in ſcribendo officium, ſuumque Ciceronis deſiderium ſignificat, nec non de ſuis comitiis & competitoribus: etiam de Milonis rebus. Tandem ſuam cum Cicerone amicitiam in aliquo illius libro memorari cupit.*

Eſtne

Estne? vici[1], & tibi ſaepe, quod negaras diſce-
dens curaturum[2], litteras mitto? eſt[3]: ſi qui-
dem perferuntur[4], quas do[5]. atque hoc eo dili-
gentius factito[6], quod[7], cum otioſus ſum, plane
vbi delectem otiolum meum[8], non[9] habeo. Tu 2
cum Romae eras, hoc mihi certum ac iucundiſſi-
mum vacanti[10] negotium erat, tecum id otii tem-
pus conſumere[11]: idque non mediocriter deſi-
dero[12]: vt non modo mihi ſolus eſſe[13], ſed Ro-
mae, te profecto, ſolitudo videatur facta. & qui
(quae mea negligentia eſt) multos ſaepe dies ad
te, cum heic eras, non accedebam, nunc quoti-
die non eſſe[14] te, ad quem curſitem[15], diſcrucior[16].
Maxime vero, vt te dies noctesque quaeram, 3
competitor[17] Hirrus curat. Quomodo illum
putas auguratus tuum competitorem dolere[18]?
& diſſimulare, me certiorem, quam ſe candida-
tum[19]? de quo vt, quem[20] optas, quam primum
nuntium accipias, tua[21], medius fidius, magis,
quam mea cauſſa cupio. Nam mea[22], ſi fio[23], 4
forſi-

IIII.

1. an ego vici opinionem tuam? 2. quod diſcedens dixeres me non curaturum ſiue facturum eſſe. 3. omnino ita eſt. 4. illae meae litterae. 5. perferendas. 6. ſaepe facio. 7. quia. 8. in quo tranſigere poſſim ſuauiter meum otium. 9. nihil. 10. mihi otioſo, non occupato. 11. tranſigere. 12. vehementer opto. 13. videar; ſed videatur etiam ſolitudo facta eſſe Romae, poſtquam tu inde profectus es. 14. adeſſe. 15. ſaepe curram. 16. angor, vexor. 17. meus in aedilitate. 18. quomodo putas illum dolere, qui fuit competitor tuus in auguratu? 19. & quomodo putas illum diſſimulare, quod ego certior candidatus ſim, quam ipſe eſt? 20. nuntium. 21. cauſſa. 22. bona. 23. aedilis.

24. in

Digitized by Google

forſitan cum locupletiore referam[24]: ſed hoc vſ-
que eo[25] ſuaue eſt, quod ſi acciderit, tota vita[26]
riſus nobis deeſſe non poterit. ſed tanti[27]? ſed
mehercule[28]. non multum[29] M. Octauius eorum
odia, quae Hirrum premunt, quae permulta ſunt,
5 ſubleuat. Quod ad Philotimi liberti officium &
bona Milonis attinet, dedimus operam, vt & Phi-
lotimus quam honeſtiſſime[30] Miloni abſenti eiuſ-
que neceſſariis[31] ſatisfaceret, & ſecundum[32] eius
fidem & ſedulitatem exiſtimatio tua conſeruare-
6 tur. Illud nunc a te peto, ſi eris, vt ſpero, otio-
ſus, aliquid ad nos, vt intelligamus nos tibi curae
7 eſſe[33], *σύνταγμα*[34] conſcribas. Quei[35] tibi iſtuc[36],
inquis, in mentem venit homini non inepto? ali-
quid ex tam multis tuis monimentis exſtare[37],
quod noſtrae amicitiae memoriam poſteris quo-
8 que prodat[38], velim. Cuiusmodi velim, puto,
quaeris[39]. tu aptius, qui omnem noſti diſcipli-
nam[40], quod[41] maxime conueniat, excogitabis:
gene-

24. in tabulas, in cenſum, in comparationem, & mihi ditiſſimus videbor. haec interpretatio, ſeu potius haec lectio huius loci, obſcura eſt. longe autem conuenientior illa, quam habet Dionyſius Lambinus: *nam me, ſi fio, forſitan non locupletiorem referam*. id eſt: licet enim fiam aedilis, tamen inde non ero locupletior. 25. potiſſimum ideo. 26. per totam vitam. 27. ſed, inquis, tune id tantanti putas? 28. omnino. 29. parum certe. 30. mit möglichſter Reputation. 31. amicis. 32. iuxta. 33. te gerere curam rerum mearum. 34. aliquam ordinationem, & librum plenum tuarum praeceptionum; a *συντάσσω*. 35. quomodo. 36 iſtud. 37. velim, cupio, vt aliquis ex tuis libris exſtet. 38. indicet. 39. puto, tu interrogabis, qualem ego librum velim abs te ſcribi. 40. eruditionem. 41. quod genus librorum. 42. in

Digitized by Google

genere[42] tamen, quod & ad nos pertineat[43], & διδασκαλίαν[44] quandam, vt verſetur inter manus[45], habeat. Vale.

42. in ſuo tamen genere. 43. quod conueniat cum moribus & dignitate mea. 44. inſtructionem. 45. vt illud in manibus aliorum hominum diu verſari poſſit.

## IV.

## M. COELIVS M. CICERONI S. D.

*Eſt varii argumenti. Scribit enim de damnatione Meſſallae & Seruii tr. pl. deſignati: de C. Marcello coſ. deſignato, de Dolabella xv viro creato, Lentulo repulſo, de Curione, de comitiis, de actis in ſenatu, de Caeſaris animo erga Pompeium, de ſuis tandem rebus, quas commendat.*

INuideo tibi. tam multa quotidie, quae mirere,
iſtoc[1] perferuntur. primum illud, abſolutum[2]
Meſſallam, deinde eundem condemnatum[3]. C.
Marcellum conſulem factum[4]: M. Claudium a
repulſa[5] poſtulatum[6] a Galliis duobus: P. Dola-
bellam quindecimuirum[7] factum. Hoc tibi non 2
inuideo, caruiſſe te pulcerrimo ſpectaculo[8]: &
Lentuli Cruris repulſi vultum non vidiſſe[9]. At
qua ſpe, quam certa opinione deſcenderat[10]?
quam

IV.

1. iſthuc ad vos. 2. fuiſſe a iudicio. 3. fuiſſe. 4. eſſe. 5. poſtquam repulſus eſt a petitione conſulatus. 6. accuſatum fuiſſe. 7. nomen magiſtratus, ein Funffzehner. 8. quod pulcerrimam rem non videris. 9. & quod non videris iratum vultum Lentuli Cruris, qui repulſus fuerat a quindecimuiratu. 10. in campum Martium ille venerat.



Digitized by Google

quam ipſo diffidente Dolabella [11]? & hercules, niſi noſtri equites [12] acutius vidiſſent, paene con-
3 cedente aduerſario [13], ſuperaſſet [14]. Illud te non arbitror miratum [15], Seruium deſignatum tribunum pl. condemnatum [16]: cuius locum C. Curio petiit. ſane quam [17] incutit multis [18], qui eum facilitatemque [19] eius non norunt, magnum metum.
4 Sed, vt ſpero & volo, & vt ſe fert ipſe [20], bonos & ſenatum malet [21]. totus vt nunc eſt, hoc ſcaturit [22]. Huius autem voluntatis [23] initium & cauſſa eſt, quod eum non mediocriter Caeſar, qui ſolet infimorum hominum amicitias ſibi qualibet impen-
5 ſa [24] adiungere [25], valde contemſit. Qua in re mihi videtur illud perquam venuſte cecidiſſe [26], quod a reliquis quoque vsque eo eſt animaduerſum [27], vt Curio, qui nihil conſilio facit [28], ratione & inſidiis [29] vſus videretur in euitandis conſiliis, qui ſe intenderant [30] aduerſarios in eius tribunatum: Laelios, & Antonios, & id genus valentes [31] dico [32].
6 Has ego tibi litteras eo maiore miſi interuallo [33], quod [34]

11. quam vehementer ipſe Dolabella diffidebat de ſucceſſu ſpei ſuae? 12. ordo equeſtris; niſi equites omnia proſpexiſſent & curaſſent. 13. dum Dolabella id concedebat. 14. Lentulus factus eſſet xv vir. 15. fuiſſe. 16. fuiſſe. 17. omnino. 18. hominibus. 19. humanitatem. 20. wie er ſich anitzo auffühhad vnd beträget. 21. ſequi, quam malorum conſilia. 22. in mente habet. 23. quae aduerſa eſt Caeſari. 24. es koſte auch was es wolle. 25. conciliare. 26. das kam überaus artig. 27. obſeruatum. 28. qui omnia temere facit. 29. calliditate. 30. in euitandis conſiliis eorum, qui ſe oſtenderant aduerſarios contra eius tribunatum. 31. potentes. 32. intelligo. 33. intra tam longam temporis moram.

34. quia.

Digitized by Google

quod[34] comitiorum dilationes occupatiorem me
habebant[35]: & exſpectare indies exitum coge-
bant[36]: vt confectis omnibus[37] te facerem cer-
tiorem. Ad kal. Sext.[38] vsque exſpectaui. Prae- 7
toris morae quaedam inciderunt[39]. Mea porro
comitia[40], quem euentum ſint habitura, neſcio:
opinionem quidem, quod ad Hirrum attinet, in-
credibilem aedil. pl[41]. comitiis nacta ſunt. Nam 8
M. Coelium Vinicianum mentio illa fatua[42], quam
deriſeramus olim, & promulgatio[43] de dictatore,
ſubito deiecit[44]: & deiectum magno clamore
inſecuta eſt[45]. Inde Hirrum cuncti, an non fa-
ciendum[46], flagitare[47]. ſpero te celeriter & de
nobis, quod ſperaſti, & de illo, quod vix ſperare
auſus es, auditurum. De repub. iam noui quid- 9
quam exſpectare deſideramus. Sed cum ſenatus
habitus eſſet ad Apollinis[48] ad d. XI kal. Sext[49].
& referretur[50] de ſtipendio Cn. Pompeii; mentio
facta eſt de legione ea, quam expenſam[51] tulit C.
Caeſari

34. quia. 35. quia ego nunc maiores habebam occupationes, quam alio tempore, dum comitia differebantur. 36. & quia hae dilationes me indies cogebant exſpectare euentum. 37. negotiis. 38. circa Kal. Auguſti. 39. morae quaedam & dilationes factae ſunt in electione Praetoris. 40. comitia illa, in quibus ego cupio fieri aedilis. 41. mea comitia nacta quidem ſunt incredibilem opinionem in comitiis aedilium plebis, cum competitor eſſet Hirrus, quem opinabantur repulſum iri. 42. commemoratio illa ſtulta, quam rectius tacuiſſet. 43. legis de dictatore creando. 44. de ſpe ſua. 45. & cum deiectus eſſet, magnus clamor ſecutus eſt. 46. eſſe aedilem. 47. coeperunt. 48. aedem ſeu templum. 49. die XXII. Iulii. 50. proponeretur in Senatu. 51. Ausgaben. expenſam ferre, eſt, pecuniam dare, & id ſcribere in tabulas, in die Ausgaben-Rechnung bringen.



Digitized by Google

Caeſari Pompeius, quo numero eſſet[52], quo appeteretur[53]: cum ex Gallia coactus eſſet dicere Pompeius ſe legionem abducturum[54]: ſed non ſtatim ſub mentionem, & conuicium obtrectato-
10 rum[55]. Inde interrogatus de ſucceſſione C. Caeſaris, de qua, hoc eſt de prouinciis, placitum eſt[56], vt quam primum ad vrbem[57] reuerteretur Cn. Pompeius, vt coram eo[58] de ſucceſſione prouin-
11 ciarum ageretur. Nam Ariminum[59] ad exercitum Pompeius erat iturus, & ſtatim iit: puto idib. Sext. de ea re factum iri[60]. profecto aut tranſigeretur[61] aliquid, aut turpiter intercederetur[62].
12 Nam in diſputando coniecit[63] illam vocem Cn. Pompeius, omnes oportere ſenatui dicto audientes[64] eſſe. ego tamen ſic nihil exſpecto, quo modo Paullum conſulem deſignatum primum
13 ſententiam dicentem[65]. Saepius te admoneo de ſyngrapha Sittiana: cupio enim te intelligere, eam rem ad me valde pertinere[66]. Item de pantheris, vt Cibyratas[67] arceſſas[68], curesque vt mihi ve-
14 hantur[69]. Praeterea nuntiatum[70] nobis, & pro certo iam habetur, regem Alexandrinum mortuum[71].

52. quantus numerus eſſet militum. 53. quo fine illa legio peteretur a Caeſare. 54. abducere velle. 55. ſed non coactus eſt ſtatim id dicere poſt mentionem & contumeliam obtrectatorum in Caeſarem. 56. decretum eſt a Senatu. 57. Romam. 58. in eius praeſentia. 59. vrbem Italiae. 60. decretum. 61. decernetur. 62. impediretur illud decretum. 63. emiſit. 64. obſequi. 65. quam id, vt Paulus ſententiam ſuam primus dicat. 66. eius rei plurimum mea intereſſe. 67. pantheras ex Cibyra, quae ſita eſt in Cilicia; alia etiam in Phrygia. 68. venire iubeas. 69. advehantur Romam. 70. eſt. 71. eſſe.

Digitized by Google

tuum[71]. quid mihi ſuadeas, quo modo regnum illud ſeſe habeat[72], quis procuret[73], diligenter mihi perſcribas. kal. Sextil.

71. eſſe. 72. quis ſtatus ſit eius regni. 73. quis curam eius nunc gerat.

## V.

## COELIVS CICERONI S. D.

*Metuere ſe Ciceroni ſignificat ex Parthici belli fama, ob paucitatem copiarum eius. Addit de ſucceſſione prouinciarum, eiusque tarditate. Scripta paullo poſt ſuperiorem: vtrique etiam vna reſpondet Cicero, quae eſt lib. II. decima.*

QVa tu cura ſis[1], quod ad pacem prouinciae
tuae finitimarumque regionum attinet, ne-
ſcio. ego quidem vehementer animi pendeo[2].
Nam ſi hoc more moderari poſſemus[3], & pro[4] 2
viribus copiarum tuarum belli quoque exiſteret
magnitudo; & [5] quantum gloriae triumphoque
opus eſſet, adſequeremur, periculoſamque & gra-
vem illam dimicationem euitaremus; nihil tam
eſſet optandum[6]. Nunc ſi Parthus mouet ali- 3
quid[7], ſcio non mediocrem fore contentionem:
tuus porro exercitus vix vnum ſaltum [8] tueri pot-
eſt. Hanc autem nemo ducit rationem[9]: ſed 4
omnia

V.

1. quae cura te nunc habeat ſollicitum. 2. ſollicitus ſum. 3. ſi poſſemus hanc rem pro more ſolito apud Senatum efficere. 4. ac ſi bellum etiam tam exiguum eſſet, quam exiguae ſunt tuae copiae. 5. tunc adſequeremur & tantum, quantum. 6. hoc ſane cumprimis eſſet optandum. 7. aliquod bellum excitat. 8. ſyluam. 9. das bedencket aber niemand.



10. pro-

omnia deſiderantur ab eo[10] (tanquam nihil dene-
gatum ſit ei, quo minus quam paratiſſimus eſſet[11])
5 qui publico negotio praepoſitus eſt. Accedit huc,
quod ſucceſſionem futuram propter Galliarum
controuerſiam[12] non video. tametſi hac de re
puto te conſtitutum, quid facturus eſſes, habere[13]:
tamen quo maturius conſtitueres, cum hunc
euentum prouidebam, viſum[14] eſt, vt te facerem
6 certiorem. Noſti enim haec tralaticia[15]: de Gal-
liis conſtituetur[16]; erit[17] qui intercedat[18]; dein-
de alius exiſtet, qui, niſi libere liceat de omnibus
prouinciis[19] decernere ſenatui, reliquas impe-
diat. ſic multum ac diu ludetur[20], atque ita diu,
7 vt plus biennium in his tricis[21] moretur[22]. Si quid
noui de repub. quod tibi ſcriberem, haberem, vſus
eſſem mea conſuetudine, vt diligenter, & quid
actum eſſet, & quid ex eo futurum ſperarem, per-
ſcriberem[23]. Sane tanquam in quodam incili[24]
8 iam omnia adhaeſerunt. Marcellus idem illud
de prouinciis vrget: neque adhuc frequentem ſe-
9 natum efficere potuit[25]. Quod ſi, hoc anno prae-
terito,

10. proconſule. 11. quaſi proconſul neceſſario omnia habeat parata ad gerendum magnum bellum. 12. propter ea, quae Caeſar deſiderat de retinendo adhuc imperio in Gallia. 13. te iam certum conſilium cepiſſe. 14. placuit mihi. 15. vſitatas voces hominum. 16. aliquid decernetur de ſucceſſione in imperio prouinciarum Gallicarum, quod Caeſar ſibi prorogari poſtulat. 17. aliquis. 18. der dawider proteſtiret. 19. de ſucceſſione proconſulum in omnibus prouinciis. 20. fruſtra tempus conſumetur. 21. impedimentis, negotiis intricatis. 22. moror, in ſignificatione paſſiua. 23. tibi illud. 24. in foſſa, quae facta eſt in via, & currus impedit. 25. neque adhuc efficere potuit, vt frequens Senatus conueniret. 26. acceſ

terito, Curio tribunus & eadem actio de prouinciis introiuit[26], quam facile tunc ſit omnia impedire, & quam hoc Caeſari, qui ſua cauſſa remp. non curet, ſuperet[27], non te fallit[28].

26. acceſſit. 27. reliquum ſit, quam graue hoc negotium Caeſari relinquatur. 28. tu probe intelligis.

## VI.

## COELIVS CICERONI S. D.

*Scribit de Appio a Dolabella accuſato: de Ciceronis officio, ne parum reconciliatus Appio videatur: de adfinitate cum Dolabella iungenda: de repub.*

NOn dubito, quin perlatum[1] ad te ſit, Appium
a Dolabella reum factum[2]: ſane non ea, qua
exiſtimaueram, inuidia[3]. Neque enim ſtulte[4] 2
Appius, qui ſimulatque Dolabella acceſſit ad tri-
bunal, introierat in vrbem, triumphique poſtu-
lationem abiecerat: quo facto retudit[5] ſermo-
nes[6], paratiorque[7] viſus eſt, quam ſperauerat ac-
cuſator. Is nunc in te maximam ſpem habet. 3
Scio tibi eum non eſſe odio[8]. quam[9] velis eum
obligare[10] in tua manu[11] eſt: cum quo[12] ſimul-
tas[13] tibi non fuiſſet, liberius tibi de tota re eſſet.
Nunc ſi ad illam ſummam veritatem[14] legitimum 4
ius

VI.

1. nuntiatum tibi. 2. fuiſſe accuſatum. 3. ea tamen inuidia non ſecuta eſt Appium. 4. agere ſolet. 5. refutauit. 6. hominum, vel Dolabellae. 7. ad defenſionem ſui. 8. ſcio enim, quod tu non ſoleas odiſſe Appium. 9. quam vehementer. 10. beneficio tibi obſtringere, adiungere. 11. poteſtate. 12. Appio. 13. alter Groll. 14. ſi ad ſummum ius, examinaueris ius legitimum, quod in aequitate conſiſtit.



Digitized by Google

ſius exegeris, cauendum tibi erit, ne parum ſimpliciter[15] & candide poſuiſſe[16] inimicitias[17] videaris.
5 In hanc partem porro tutum tibi erit, ſi quid volueris, gratificari[18]. nemo enim neceſſitudine[19] & amicitia te deterritum[20] ab officio[21]
6 dicet. Illud mihi occurrit[22], quod inter poſtulationem & nominis delationem[23] vxor[24] a Dolabella diſceſſit. Quid mihi diſcedens mandaris, memini. quid ego tibi ſcripſerim, te non arbitror oblitum[25]. non eſt iam tempus plura narrandi.
7 Vnum illud monere te poſſum, ſi res tibi non diſplicebit, tamen hoc tempore nihil de tua voluntate[26] oſtendas: & exſpectes, quemadmodum ex-
8 eat[27] ex hac cauſſa[28]. Denique inuidioſum tibi ſit[29], ſi emanarit[30]. Porro ſignificatio vlla ſi interceſſerit, clarius, quam deceat aut expediat, fiat. neque ille tacere eam rem poterit, quae ſuae ſpei tam opportuna acciderit, quaeque in negotio conficiendo tanto illuſtrior[31] erit: cum praeſertim is ſit, qui ſi pernicioſum ſciret eſſe loqui de
9 hac re, vix tamen ſe contineret. Pompeius dicitur valde pro Appio laborare: vt etiam putent
10 alterutrum de filiis ad te miſſurum[32]. Heic nos omnes

15. aufrichtig. 16. depoſuiſſe. 17. priſtinas tuas cum Appio. 18. Appio gratam rem facere. 19. propter cognationem. 20. fuiſſe. 21. quod Appio debes praeſtare. 22. in mentem venit. 23. interea temporis, dum Dolabella poſtulat & accuſat Appium, ac nomen eius defert ad iudices. 24. Dolabellae. 25. eſſe. 26. Intention. 27. Appius. 28. accuſatione. 29. inuidiam tibi id poſſit excitare. 30. in vulgus, wenn es ſolte vnter die Leute kommen. 31. eminentior. 32. Pompeium miſſurum eſſe ad te vnum ex filiis ſuis, einen von beyden. 33. Ap-

omnes abſoluimus[33]: & hercule conſepta omnia foeda & inhoneſta ſunt[34]. conſules autem habemus ſumma diligentia[35]: adhuc[36] ſenatusconſultum, niſi de feriis Latinis[37], nullum facere potuerunt. Curioni noſtro tribunatus conglaciat[38]. 11
ſed dici non poteſt, quo modo heic omnia iaceant[39]. Niſi ego cum tabernariis[40] & aquariis[41] pugnarem[42], veternus[43] ciuitatem occupaſſet[44]. Si Parthi vos nihil calfaciunt[45], nos heic frigore frigeſcimus. Tamen quoquo modo heic omnia 12
iaceant, potuit ſine Parthis[46]. Bibulus in Amano[47] neſcio quid cohorticularum[48] amiſit. hoc ſic nuntiatum eſt. Quod tibi ſupra ſcripſi, Curio- 13
nem valde frigere[49], iam calet[50]. nam feruentiſſime concerpitur[51]. leuiſſime[52] enim, quia de intercalando non obtinuerat[53], transfugit ad populum, & pro Caeſare loqui coepit: legemque viariam[54],

33. Appium. 34. omnia ea, quae tanquam turpia & inhoneſta poſſent Appio obiici, iam munita ſunt, ne poſſint valere ad eum damnandum. 35. praediti. 36. praeterea, noch biſs dato. 37. quae agi ſolebant ex more veteri in monte Albano. 38. Curio tribunus noſter iam otioſus & quaſi frigidus eſt. 39. otioſa. 40. qui in tabernis vendebant neceſſaria. 41. qui curam aquarum habent. 42. aliquid agerem, tanquam aedilis. 43. ein langer fauler Schlaaf. 44. iamdudum. 45. vobis nihil negotii faceſſunt. 46. potuiſſet hoc eſſe, etiam ſi Parthi bellum non mouerent. 47. monte. 48. pauculas cohortes. 49. otioſum eſſe. 50. tandem aliquid incipit agere. 51. quaſi per negotia varia. 52. leichtſinnig, ex animi leuitate. 53. quia non obtinuerat id, quod valuerat de intercalando, id eſt, de die in gratiam Caeſaris producenda.



Digitized by Google

viariam [54], non diſſimilem agrariae Rulli [55], & ali-
mentariam [56], quae iubet aediles metiri [57], iacta-
vit [58]. hoc nondum fecerat [59], cum priorem par-
14 tem epiſtolae ſcripſi. Amabo te [60], ſi quid, quod
opus fuerit, Appio facies, ponito me in gratiam [61].
De Dolabella [62] integrum tibi reſerues, ſuadeo.
& huic rei, de qua loquor, & dignitati tuae, aequi-
tatisque opinioni hoc ita facere [63] expedit [64].
Turpe tibi erit pantheras Graecas [65] me non ha-
bere [66].

54. de viis muniendis. 55. quae lex non diſſimilis eſt ei legi, quam Rullus tulit de agris a ſe ſolo diuidundis. 56. quae iubet, frumentum diuidi plebi per aediles. 57. diuidi. 58. ſibi voluit concedi; er machte ein groſs Weſen dauon. 59. Curio. 60. quaeſo. 61. fac vt illud mihi nón ſit inuidioſum. 62. de filiae tuae matrimonio cum Dolabella vt nondum aliquid decernas. 63. vt ita tu facias. 64. vtile eſt. 65. in Graecia Aſiatica captas. 66. turpe tibi erit, ſi per tuam curam non accipiam pantheras.

## VII.

## COELIVS CICERONI S.

*Quia pridie ſcripſerat, breuiter noua quaedam adnuntiat de nuptiis Cornificii & filiae Oreſtillae, de Paullae diuortio, de Ocellae adulteriis.*

QUam cito tu iſtinc [1] decedere cupias, neſcio.
ego quidem eo magis [2], quo adhuc felicius
rem geſſiſti. Dum iſtic eris, de belli Parthici pe-
riculo cruciabor [3], ne hunc riſum meum metus
2 aliqui perturbent. Breuiores has litteras prope-
ranti

VII.

1. ex prouincia. 2. ſcire cupio. 3. ſollicitus ero.
4. ſcri-

Digitized by Google

ranti publicanorum tabellario ſubito [4] dedi. tuo liberto pluribus verbis ſcriptas pridie dederam. res autem nouae nullae ſane acciderunt, niſi haec vis [5] tibi ſcribi, quae certe vis [6]. Cornificius ado- 3
leſcens Oreſtillae filiam ſibi deſpondit. Paulla Valeria, ſoror Triarii, diuortium ſine cauſſa, quo die vir [7] e prouincia venturus erat, fecit. nuptura eſt D. Bruto. nondum retulerat [8]. multa in hoc genere incredibilia te abſente acciderunt. Ser. Ocella nemini perſuaſiſſet ſe moechum [9] eſſe, niſi 4
triduo [10] his deprehenſus eſſet [11]. quaeris, vbi? vbi hercule ego minime vellem [12]. relinquo tibi, quod ab aliis quaeras [13]; neque enim diſplicet mihi, imperatorem [14] ſingulos percontari, cum qua [15] ſit aliquis deprehenſus [16].

4. ſcriptas. 5. deſideras. 6. cupis. 7. maritus eius. 8. dotem. 9. adulterum. 10. intra tres dies. 11. in adulterio. 12. eum fuiſſe deprehenſum. 13. interroges de hoc negotio. 14. qualis tu es. 15. foemina. 16. in adulterio.

## VIII.

## M. COELIVS M. CICERONI S. D.

*Varia de iudiciis, deinde de SC. & de ſuis tandem rebus ſcribit.*

ETſi de repub. quae tibi ſcribam, habeo [1]; tamen nihil, quo magis gauiſurum [2] te putem habeo, quam hoc. Scito C. Sempronium Rufum, Rufum mel ac delicias [3] tuas, calumniam maximo plauſu

VIII.

1. aliquid. 2. eſſe. 3. quem tu vehementer amas.

4. accu-

Digitized by Google

2 plauſu tuliſſe[4]. Quaeris, qua in cauſſa? M. Tuccium accuſatorem ſuum poſt ludos Romanos[5] reum lege Plotia[6] de vi[7] fecit[8]: hoc conſilio[9], quod videbat, ſi extraordinarius reus nemo acceſſiſſet[10], ſibi hoc anno cauſſam eſſe dicendam[11].
3 Dubium porro illi non erat quid futurum eſſet. Nemini hoc deferre munuſculum maluit[12], quam ſuo accuſatori. Itaque ſine vllo ſubſcriptore[13]
4 deſcendit[14], & Tuccium reum fecit. At ego, ſimulatque audiui, inuocatus[15] ad ſubſellia rei[16] occurro: ſurgo, neque verbum de re facio. Totum Sempronium vſque eo perago[17], vt Veſtorium quoque interponam[18]: & illam fabulam[19] narrem, quemadmodum tibi pro beneficio dederit[20], ſi quid in iniuriis ſuis eſſet, vt Veſtorius teneretur. haec quoque magna[21] nunc contentio
5 forum tenet[22]. M. Seruilius poſtquam, vt coeperat, omnibus in rebus turbarat[23]: nec, quod non venderet, cuiquam reliquerat: maximeque nobis traditus erat inuidiae[24]: neque Laterenſis prae-

4. accuſaſſe cum omnium applauſu. 5. poſt peractos ludos Magnos. 6. iuxta legem Plotiam. 7. facta. 8. accuſauit. 9. in der Intention. 10. ſi nemo reus acceſſiſſet, cuius cauſſa extra ordinem agenda eſſet. 11. defenſionem ſuſcipiendam. 12. neminem maluit accuſare. 13. ſubſcriptores dicuntur, qui iuuare ſolent accuſatorem. vide Corn. Nepot. in Attico, cap. 6. 14. in iudicium venit, vbi reus ſedebat acturus ſuam cauſſam. 15. etiam non vocatus. 16. eius qui accuſatus fuerat. 17. ex omni parte ita conuinco Sempronium. 18. immiſceam. 19. calumniam Veſtorii in Sempronium. 20. beneficii loco dederit. 21. ſingularis. 22. occupat. 23. turbas excitauerat. 24. ad inuidiam & odium.

25. vrba-

praetor[25] poſtulante[26] Pauſania, nobis patronis[27], quo[28] ea pecunia perueniſſet, recipere voluit[29]. Quod Pilius, neceſſarius[30] Attici noſtri, de repetundis cum poſtulauit[31], magna illico fama ſurrexit, & de damnatione[32] feruenter loqui eſt coeptum. Quo vento[33] proiicitur[34] Appius minor, vt indicet, pecuniam ex bonis patris perveniſſe ad Seruilium, praeuaricationis cauſſa[35] diceret depoſitum[36] Hs LXXXI. Admiraris amentiam; immo[37] ſi actionem[38], ſtultiſſimasque de ſe[39], nefarias de patre confeſſiones audiſſes? Mittit in conſilium eosdem illos, qui lites aeſtimarant, iudices. Cum aequo numero ſententiae fuiſſent, Laterenſis[40] leges ignorans pronuntiavit, quid ſinguli ordines iudicaſſent:. & ad extremum, vt ſolent, non redigam[41]. Poſtquam discesſit, & pro abſoluto Seruilius haberi coeptus[42], legisque vnum & centeſimum caput legit, in quo ita erat: *Quod eorum iudicum maior pars iudicarit, id ius ratumque[43] eſto* in tabulas abſolutum non retulit[44], ordinum iudicia perſcripſit. poſtulante 6 7 8 9

25. vrbanus. 26. dum poſtulabat Pauſanias ſcire. 27. nobis eum adiuuantibus. 28. quorſum. 29. noluit hoc probare. 30. amicus. 31. accuſauit. 32. Seruilii. 33. per quas turbas. 34. in iudicium. 35. ita vt exinde fieret praeuaricatio. 36. fuiſſe. 37. magis admirareris. 38 totam. 39. ipſo. 40. praetor. 41. & ad extremum dixit praetor, quemadmodum ſolent dicere: non redigam, nempe, varias ſententias iudicum in vnam. 42. fuit. 43. Rechts-kräfftig. 44. praetor autem non retulit ſeu perſcripſit in tabulas ſeu inſtrumenta actorum publicorum, Seruilium fuiſſe abſolutum, ſed tantummodo perſcripſit iudicia ſingulorum ordinum.

45. ſe

Digitized by Google

lante rurſus Appio cum L. Lollio tranſegit, & relaturum[45] dixit. Sic nunc neque abſolutus, neque damnatus Seruilius, de repetundis ſaucius Pilio tra-
10 detur[46]. Nam de diuinatione[47] Appius, cum calumniam iuraſſet[48], contendere[49] auſus non eſt, Pilioque ceſſit: & ipſe de pecuniis repetundis a Seruiliis eſt poſtulatus[50]: & praeterea de vi reus a quodam emiſſario[51] ſuo Titio factus eſt. recte hoc par
11 habet[52]. Quod ad rempub. pertinet, omnino multis diebus exſpectatione Galliarum[53] actum nihil eſt. aliquando tamen ſaepe re dilata, & grauiter acta, & plane perſpecta Cn. Pompeii voluntate in eam partem, vt eum[54] decedere poſt kalend. Mar-
12 tias placeret. Senatusconſultum, quod tibi miſi, factum eſt, auctoritatesque[55] perſcriptae[56]. *SC. auctoritates pridie kalend. Octob.[57] in aede[58] Apollinis ſcribendo adfuerunt[59] L. Domitius Cn. filius Ahenobarbus, Q. Caecilius Q. F. Metellus Pius Scipio, L. Villius L. F. Pomt. Annalis, C. Septimius T. F. Quirina, C. Lucceius C. F. Pup. Hirrus, C. Scribonius C. F. Pop. Curio, L. Atteius L. F. An.*
13 *Capito, M. Oppius M. F. Terentina. Quod M. Marcellus,*

45. ſe eſſe. 46. tradetur Pilio accuſandus de rapina pecuniae publicae, quae ab Seruilio repeti debent. 47. quod accuſationem de diuinatione attinet. 48. cum iuraſſet iusiurandum calumniae. 49. in iudicio. 50. accuſatus. 51. ſubornato quodam ad calumniandum. 52. das iſt ein trefliches Paar zuſammen. 53. propter exſpectationem de ſucceſſionibus in prouinciis Galliae. 54. Caeſarem. 55. nomine Senatorum, qui auctoritate ſua hoc Senatusconſultum confirmarunt. 56. fuerunt. 57. die xxx. Septembris. 58. templo. 59. tanquam teſtes cum ſcriberetur SCtum.

60. id

Digitized by Google

*cellus Conſul, V.F. de prouinciis conſularibus D.E.R.I.C*[60]*. vti L. Paullus, C. Marcellus conſules cum magiſtratum iniſſent*[61]*, ex a d. x. kal. Martias*[62]*, quae in ſuo magiſtratu futurae eſſent, de conſularibus prouinciis ad ſenatum referrent, neue quid prius ex kalend. Martiis, neue quid coniunctim de ea re referretur a conſulibus, vtique*[63] *eius rei cauſſa per dies comitiales*[64] *ſenatum haberent. S.Q.C*[65]*. facerent: & cum de ea re ad ſenatum referretur a COSS*[66]*. eorum, qui in CCC*[67] *iudicibus eſſent, ſex adducere liceret. Si quid de ea re ad populum,* 14
*plebemue lato opus eſſet*[68]*, vti Ser. Sulpicius, M. Marcellus COSS. praetores, tribunique pleb. quibus eorum videretur*[69]*, ad populum plebemue ferrent*[70]*: quod ii non tuliſſent*[71]*, vti quicunque deinceps eſſent, ad populum plebemue ferrent. I.V*[72]*.* 15
*prid. kalend. Octob. in aede Apollinis ſcrib*[73]*. adfuerunt. L. Domitius Cn. F. Ahenobarbus, Q. Caecilius, Q. F. Metellus Pius Scipio, L. Villius L. F. Pomt. Annalis, C. Septimius T.F. Quirina, C. Scribonius C.F. Pop. Curio, L. Atteius L.F. An. Capito, M. Oppius M. F. Terentina. Q*[74]*. M. Marcellus* 16
*COS. V.F*[75]*. de prouinciis, D.E.R.I.C*[76]*. ſenatum exiſtimare, niminem eorum, qui poteſtatem habent*

60. id eſt, de ea re ita cenſuerunt. 61. cum officium ſuum conſulare aggreſſi eſſent. 62. die xx. Februarii. 63. vtque. 64. per illos dies, in quibus eſſent comitia. 65. Senatusque conſultum. 66. conſulibus. 67. trecentis. 68. ſi quid opus eſſet, vt ad populum referretur. 69. placeret. 70. referrent deliberandum. 71. ad populum. 72. Lambinus legit: SC. A. id eſt, Senatus Conſulti Auctoritati. 73. ſcribendae. 74. Quod. 75. voluit fieri. 76. de ea re ita cenſuerunt.

77. de

Digitized by Google

*bent intercedendi, impediendi, moram adferre opor-*
*tere, quo minus de R. P. Q. P*[77]*. ad ſenatum refer-*
17 *re, ſenatúque*[78] *conſulto fieri poſſit. Qui impedie-*
*rit, prohibuerit, eum ſenatum*[79] *exiſtimare contrà*
*rempub. feciſſe. ſi quis huic ſenatusconſulto inter-*
*ceſſerit, ſenatui placere auctoritatem perſcribi, &*
18 *de ea re ad ſenatum populumque referri.* Huic ſe-
natusconſulto interceſſit C. Coelius, L. Vinicius,
19 P. Cornelius, C. Vibius Panſa. *Item ſenatui pla-*
*cere de militibus, qui in exercitu C. Caeſaris ſunt:*
*qui eorum ſtipendia emerita*[80] *aut cauſſas, quibus*
*de cauſſis miſſi fieri*[81] *debeant, habeant, ad hunc or-*
*dinem*[82] *referri, vt eorum ratio habeatur*[83]*, cauſ-*
20 *ſaeque cognoſcantur. Si quis huic SC*[84]*. interceſ-*
*ſiſſet, ſenatui placere auctoritatem perſcribi, & de*
*ea re ad ſenatum populumque referri.* Huic ſena-
tusconſulto interceſſit C. Coelius, C. Panſa tribuni
21 pleb. *Itemque ſenatui placere in Ciliciam prouin-*
*ciam, & in VIII. reliquas prouincias, quas praeto-*
*rii*[85] *propraetore*[86] *obtinerent, eos, qui praetores*
*fuerunt, neque in prouincia cum imperio fuerunt,*
*quos eorum*[87] *ex SC. cum imperio in prouincias pro*
*praetore mitti oporteret, eos ſortito*[88] *in prouincias*
22 *mitti placere. ſi ex eo numero, quos ex S C. in pro-*
*uincias ire oporteret, ad numerum non eſſent, qui in*
*eas*

77. de republica quamprimum. 78. pro, Senatus *ἀρχαϊκῶς*. 79. ſenatum exiſtimare, eum feciſſe. 80. qui emeruiſſent & confeciſſent ſua ſtipendia. 81. dimitti ex militia. 82. Senatorium. 83. vt de iis deliberetur. 84. Senatus Conſulto. 85. praetorii dicuntur velut conſulares. 86. loco praetoris. 87. ex iis iuxta SCtum. 88. per ſortem.

89. vt

Digitized by Google

*uas prouincias proficiſcerentur, tum vti*[89] *quod-que*[90] *collegium primum praetorum fuiſſet, neque in prouincias profecti eſſent, ita ſorte in prouincias proficiſcerentur. Si ii ad numerum non eſſent, tunc* 23
*deinceps proximi cuiusque collegii, qui praetores fuiſſent, neque in prouincias profecti eſſent, in ſortem coniicerentur, quoad*[91] *is numerus effectus eſſet, quem ad numerum in prouincias mitti oporteret. Si quis huic SC. interceſſiſſet auctoritas perſcriberetur.* Huic ſenatusconſulto interceſſit C. Coelius, C. Panſa tribuni pleb. Illa praeterea Cn. 24
Pompeii ſunt animaduerſa[92], quae maxime confidentiam[93] attulerunt hominibus, vt diceret ſe ante kalend. Mart. non poſſe ſine iniuria de prouinciis Caeſaris ſtatuere: poſt kalend. Mart. ſe dubitaturum. Cum interrogaretur, ſi qui tum[94] 25
intercederent, dixit, hoc nihil intereſſe[95], vtrum C. Caeſar ſenatus dicto audiens futurus non eſſet, an pararet[96] qui ſenatum decernere non pateretur. Quid ſi, inquit alius, & conſul eſſe, & ex- 26
ercitum habere volet? at ille quam clementer[97]: quid ſi filius meus fuſtem mihi impingere volet? His vocibus, vt exiſtimarent homines Pompeio 27
cum Caeſare eſſe negotium[98], effecit. Itaque iam, vt video, alteramutram[99] ad conditionem deſcendere[100] vult Caeſar, vt aut maneat[1], neque hoc

89. vt. 90. quodlibet. 91. donec. 92. id animaduerſum eſt de Cn. Pompeio. 93. ein Vertrauen. 94. illo tempore. 95. daran wäre gar nichts gelegen. 96. an vero ſubornaret aliquem. 97. reſpondit. 98. affaire. 99. eines von beyden. 100. deuenire. 1. in Gallia.

hoc anno ſui ratio habeatur[2], aut ſi deſignari[3] po-
28 terit, decedat[4]. Curio ſe contra eum[5] totum pa-
rat; quid adſequi poſſit, neſcio. Illud video be-
ne ſentientem, etſi nihil effecerit, cadere non poſ-
29 ſe. Me tractat liberaliter Curio, & mihi ſuo mu-
nere[6] negotium impoſuit. nam ſi mihi non de-
diſſet eas[7], quae ad ludos[8] ei aduectae erant Afri-
30 canae, potuit ſuperſederi[9]. Nunc quando[10] da-
re[11] neceſſe eſt, velim tibi curae ſit, quod a te
ſemper petii, vt aliquid iſtinc beſtiarum habea-
mus, Sittianamque ſyngrapham tibi commendo.
31 Libertum Philonem iſtuc miſi, & Diogenem Grae-
cum, quibus mandata, & litteras ad te dedi. eos
tibi, & rem, de qua miſi, velim curae habeas. nam
quam vehementer ad me pertineat[12], in iis, quas
tibi illi reddent, litteris deſcripſi.

2. neque hoc anno deliberetur de ſe in Conſulem eligendo. 3. Conſul. 4. ex Gallia. 5. Caeſarem. 6. per donum ſuum. 7. beſtias Africanas. 8. ſolemnes, aedilitios. 9. ego potuiſſem ſuperſedere his ludis, ich hette ihrer können überhoben ſeyn. 10. quoniam. 11. ludos. 12. mea intersit.

## IX.

## COELIVS CICERONI S.

*Gloriatur aedilem ſe deſignatum: Hirrum repulſum: de rep. nihil actum: Feridium commendat: de Pompeii & Scipionis in Caeſarem animo addit, & de Calidio in defenſione diſerto, in accuſatione frigido.*

SIc tu, inquis, Hirrum tractaſti? immo ſi ſcias, quam facile, quam ne contentionis quidem mini-

minimum[1] fuerit, pudeat te, auſum illum vnquam
eſſe incedere[2] tanquam tuum competitorem[3].
Poſt repulſam vero riſus facit[4]: ciuem bonum 2
ludit[5], & contra Caeſarem ſententias dicit: ex-
ſpectationem corripit[6]: Curionem prorſus non
mediocriter obiurgat, ac repulſa ſe mutauit[7].
Praeterea qui nunquam in foro apparuerit, non 3
multum in iudiciis verſatus ſit, agit cauſſam libe-
raliter[8], ſed raro poſt meridiem[9]. De prouin- 4
ciis quod tibi ſcripſeram idibus Sextil. actum iri,
interpellat[10] iudicium Marcelli, conſulis deſigna-
ti. In kalendas reiecta re[11], ne frequentiam[12]
quidem efficere potuerunt. Has litteras ad d. 5
IIII. non. Septemb[13]. dedi: cum ad eam diem ne
profligatum[14] quidem quidquam erat. Vt video,
cauſſa haec integra in proximum annum trans-
feretur: & quantum diuino[15], relinquendus tibi
erit[16] qui prouinciam obtineat. Nam non expe- 6
dietur ſucceſſio[17], quum Galliae[18], quae habent
interceſſorem[19], in eandem conditionem, quam
ceterae

IX.

1. quam plane ne minima quidem contentio fuerit. 2. prodire. 3. in auguratu. 4. poſtquam vero ille repulſam tulit, nunc ab omnibus irridetur. 5. ſimulat vero ille nunc, ſe bonum eſſe ciuem. 6. reprehendit illorum ſententiam, qui paſſi ſint aut adhuc patiantur, Caeſarem tamdiu eſſe in prouincia. 7. poſt repulſam mutauit ſe. 8. ſatis bene. 9. atque adeo agit tantum breuiter & in leuibus cauſſis. 10. impedit, intercedit. 11. poſtquam res haec reiecta fuit. 12. Senatorum. 13. die 2. Septembris. 14. transactum. 15. coníicio. 16. aliquis; te oportebit relinquere aliquem. 17. tua. 18. ſucceſſio Caeſaris in Gallia. 19. de quibus aliquis intercedit, proteſtiret.

ceterae prouinciae, vocantur [20]. Hoc mihi non eſt dubium. quo [21] tibi magis ſcripſi, vt ad hunc
7 euentum te parares. Fere litteris omnibus tibi de pantheris ſcripſi. turpe tibi erit, Patiſcum [22] Curioni decem pantheras miſiſſe; te non multis partibus plures [23]. quas ipſàs Curio mihi, & alias Africanas decem donauit: ne putes illum tantum praedia ruſtica dare [24] ſcire. tu, ſi modo memoria teneres [25], & Cibyratas [26] arceſſieris, itemque in Pamphyliam litteras miſeris; nam ibi plures [27]
8 capi aiunt; quod voles, efficies. Hoc [28] vehementius laboro nunc, quod ſeorſum [29] a collega [30] puto mihi omnia [31] paranda. amabo te, impera tibi hoc curae [32]. ſoles libenter, vt ego, maiorem partem nihil curare. In hoc negotio nulla tua niſi loquendi cura eſt: hoc eſt, imperandi & man-
9 dandi. Nam ſimulatque erunt captae [33], qui alant eas & deportent, habes eos, quos ad Sittianam ſyngrapham miſi. puto etiam, ſi vllam ſpem mihi litteris oſtenderis, me iſto [34] miſſurum [35] alios [36].
10 Marcum Feridium, equitem Romanum, amici mei filium, bonum & ſtrenuum adoleſcentem, qui ad ſuum negotium [37] iſtuc [38] venit, tibi commendo, &

20. trahuntur. 21. quare eo magis. 22. venatorem. 23. te non plures pantheras colligere potuiſſe ex tam multis partibus ſeu prouinciis. 24. ſolere amicis donare. 25. ſi modo recordari velles meae petitionis. 26. vid. ſupra Ep. 4. §. 13. 27. pantheras. 28. deſto. 29. ſeparatim. 30. meo M. Octauio. 31. ad ludos aedilitios paranda eſſe. 32. velis ſuſcipere hanc curam. 33. pantherae. 34. dahin, in tuam prouinciam. 35. eſſe. 36. homines, qui alant iſtas beſtias. 37. peragendum. 38. in prouinciam tuam.

39. ami-

Digitized by Google

do, & te rogo, vt eum in tuorum[39] numero habeas. Agros, quos fructuarios[40] habent ciuita- 11
tes, vult tuo beneficio[41], quod tibi facile & honeſtum factu eſt, immunes[42] eſſe: gratos & bonos viros tibi obligaris[43]. Nolo te putare, Fauonium a columnariis[44], praeteritum eſſe: optimus quisque eum non fecit[45]. Pompeius tuus aperte Cae- 12
ſarem vetat prouinciam tenere cum exercitu, & conſulem eſſe: tamen hanc ſententiam dixit, nullum hoc tempore ſenatusconſultum faciendum. Scipio hanc[46], vt kalend. Martiis de prouinciis Galliis, neu quid coniunctim referretur[47]. Con- 13
triſtauit[48] haec ſententia Balbum Cornelium: & ſcio eum conqueſtum eſſe cum Scipione. Calidius in defenſione ſua fuit diſertiſſimus, in accuſatione ſatis frigidus.

39. amicorum. 40. qui vectigal & cenſum annuum pendunt ſeu ſoluunt ciuitatibus. 41. per tuum beneficium & auxilium. 42. Steuerfrey. 43. hoc tuo beneficio. 44. Columnarii, mali & improbi homines, qui ad Columnam Meniam ſaepe in iudicium vocabantur. vid. Cicer. pro Cluentio. 45. praetorem. 46. ſententiam dixit. 47. proponeretur in Senatu. 48. triſtem fecit.

## X.

## COELIVS CICERONI S. D.

*Scribit de belli Parthici rumore in vrbe: de prouinciis quid putet actum iri: de Curionis actione circa Campanum agrum, de ſuo ſtudio, ne Ciceroni prouincia prorogetur.*

SAne quam[1] litteris C. Caſſii & Deiotari ſumus commoti[2]. Nam Caſſius cis Euphratem copias Partho-

X.

1. Vehementer. 2. in metum poſiti. 3. ſcripſit.

Parthorum eſſe ſcripſit; Deiotarus [3] profectas [4]
2 per Commagenem [5] in prouinciam noſtram. Ego quidem praecipuum metum, quod ad te attinebat, habui, qui ſcirem, quam [6] paratus ab exercitu eſſes: ne quod hic tumultus dignitati tuae periculum adferret. Nam de vita [7], ſi paratior ab
3 exercitu eſſes [8], timuiſſem. Nunc exiguitas [9] copiarum receſſum [10], non dimicationem mihi tuam praeſagiebat. Haec quomodo acciperent homines, quam probabilis neceſſitas [11] futura eſſet, vereor etiam nunc; neque prius deſinam formida-
4 re quam tetigiſſe te Italiam audiero. Sed de Parthorum tranſitu nuntii varios ſermones excitarunt. Alius [12] enim Pompeium mittendum [13], alius ab vrbe Pompeium non remouendum, alius Caeſarem cum ſuo exercitu, alius conſules, ne-
5 mo [14] tamen ex ſenatusconſulto priuatos [15]. Conſules autem, quia verentur, ne illud ſenatusconſultum fiat, vt paludati [16] exeant, aut contumelioſe praeter eos ad alium res transferatur, omnino ſenatum haberi nolunt: vsque eo [17], vt parum diligentes in repub. videantur, ſed honeſte, ſiue negligentia, ſiue inertia eſt, ſiue ille, quem propoſui, metus latet ſub hac temperantiae exiſtimatione,

nolle

3. ſcripſit. 4. eſſe copias Parthorum. 5. vrbem. 6. quam parum inſtructus. 7. tua. 8. ſi exercitum haberes magis inſtructum. 9. paucitas. 10. tuum, retirade. 11. recedendi cum exercitu. 12. cenſet. 13. eſſe. 14. cenſet. 15. mittendos eſſe. 16. paludamento ornati, quae veſtis erat militaris ducum & imperatorum, & ab iis induebatur, quando ex vrbe cum imperio ad bellum proficiſcebantur. 17. adeo.

18. ſed

Digitized by Google

nolle prouinciam[18]. A te litterae non venerunt: 6
& niſi Deiotari[19] ſubſecutae eſſent, in eam opinio-
nem Caſſius venerat, quae diripuiſſet ipſe[20], vt
viderentur ab hoſte vaſtata, finxiſſe[21] bellum, &
Arabas in prouinciam immiſiſſe, eosque Parthos
eſſe, ſenatui renuntiaſſe. Quare tibi ſuadeo, qui- 7
cunque eſt iſtic[22] ſtatus rerum, diligenter, & caute
perſcribas: ne aut velificatus[23] alicui dicaris, aut
aliquid, quod referret[24] ſcire, reticuiſſe. Nunc 8
exitus eſt anni: nam ego has litteras ad XIIII.
kalend. Decem[25]. ſcripſi. plane nihil video ante
kal. Ianuar. agi poſſe. Noſti Marcellum quam
tardus[26], & parum efficax[27] ſit; itemque[28] Ser-
uium, quam cunctator[29]. Cuiusmodi putas hos
eſſe? aut quei id[30], quod nolint, conficere poſſe,
qui quae cupiunt, tamen ita frigide agunt, vt nolle
exiſtimentur? Nouis magiſtratibus[31] autem, ſi 9
Parthicum bellum erit, haec cauſſa[32] primos men-
ſes occupabit[33]: ſin autem aut non erit iſtic bel-
lum, aut tantum erit, vt vos, aut ſucceſſores[34]
paruis additis copiis[35] ſuſtinere poſſint: Curio-
nem video ſe dupliciter iactaturum[36]; primum vt
aliquid Caeſari adimat: inde vt aliquid Pompeio
tribuat,

18. ſed videantur ac ſi honeſte nollent prouinciam. 19. litterae. 20. Deiotarus. 21. excogitaſſe, falſo denuntiaſſe. 22. in tua prouincia. 23. ne dicatur, te aut gratificatum eſſe alicui. 24. intereſſet. 25. die XVIII. Nouembris. 26. langweilig. 27. ſogar nicht activ. 28. noſti. 29. ille ſit. 30. aut quomodo putas illos id poſſe. 31. conſulibus. 32. haec materia deliberandi de bello Parthico. 33. negotium & deliberationem dabit. 34. veſtri. 35. ita vt paruae copiae vobis adiungantur. 36. duplici modo acturum eſſe.



Digitized by Google

tribuat, quiduis, quamlibet tenue munuſculum[37].
10 Paullus[38] porro non humane[39] de prouincia loquitur: huius cupiditati occurſurus eſt Furnius noſter: plures ſuſpicari non poſſum. Haec noui. alia, quae poſſunt accidere, non cerno. Multa tempus adferre[40], & praeparata[41] multa ſcio. Sed intra fines hos, quaecunque acciderint, ver-
11 tentur[42]. Illud addo ad actiones C. Curionis de agro Campano[43], de quo negant Caeſarem laborare[44]: ſed Pompeium valde[45] nolle, ne vacuus[46]
12 aduenienti Caeſari pateat. Quod ad tuum deceſſum[47] attinet, illud tibi non poſſum polliceri, me curaturum, vt tibi ſuccedatur[48]: illud certe
13 praeſtabo[49], ne amplius[50] prorogetur[51]. Tui conſilii eſt[52], ſi tempus, ſi ſenatus coget, ſi honeſte a nobis recuſari non poterit, veliſne perſeuerare: mei officii eſt, meminiſſe, qua obteſtatione[53] decedens mihi, ne[54] paterer fieri, mandaris.

XI. COE-

37. quodcunque illud ſit munuſculum, & licet tenue tamen erit munuſculum. 38. Aemilius Paullus. 39. ſatis duriter. 40. poſſe ſcio. 41. eſſe. 42. hi termini erunt omnium actionum. 43. diuidendo pauperibus ex plebe. 44. de quo dicunt Caeſarem non valde eſſe ſollicitum. 45. omnino id. 46. iſte ager. 47. ex prouincia. 48. vt tibi ſuccedat aliquis Proconſul. 49. efficiam, dauor will ich faſt gut ſeyn. 50. vltra annum. 51. magiſtratus ſeu imperium tuum in prouincia. 52. tu debes id mature deliberare. 53. quibus precibus. 54. ne id.

XI. 1. Sup-

## XI.

# COELIVS CICERONI S.

*Nuntians, ſupplicationes poſt acrem concertationem decretas tandem eſſe, hortatur, vt decreti auctoribus, pro cuiusque merito & voluntate, gratias agat. Addit de ſucceſſore Caeſaris quid actum ſit & commentarium vrbanarum rerum mittit, Sittianumque negotium commendat.*

NOn diu, ſed acriter nos tuae ſupplicationes [1] torſerunt [2]. incideramus enim in difficilem nodum. nam Curio tui cupidiſſimus [3], cui omnibus rationibus [4] comitiales [5] eripiebantur, negabat [6] ſe vllo modo pati poſſe, decerni ſupplicationes: ne, quod furore Paulli adeptus eſſet boni [7], ſua culpa [8] videretur amiſiſſe: & praeuaricator [9] cauſſae publicae exiſtimaretur. Itaque ad pa- 2
ctionem deſcendimus [10]: & confirmarunt conſules, ſe his ſupplicationibus in hunc annum non vſuros [11]. Plane, quod vtrisque conſulibus gra- 3
tias

XI.

1. Supplicationes ſunt feſti dies, quibus pro victoria ab hoſtibus impetrata Romani diis agebant gratias ſolemnes. Ein öffentliches Danckfeſt. tales volebat Cicero ſibi decerni propter victoriam a ſe impetratam in monte Amano. 2. vexarunt, magnam ſollicitudinem & curam dederunt. 3. amantiſſimus. 4. omni modo. 5. dies, in quibus cum populo agere licebat. 6. dicebat, ſe nullo modo pati poſſe. 7. quam occaſionem ſe vlciſcendi adeptus eſſet per importunitatem Paulli conſulis. 8. per ſuam. 9. proditor cauſſae cum populo tractandae. 10. peruenimus ad transactionem & compoſitionem amicam. 11. eſſe, ſe nulli imperatori, praeter Ciceronem, hoc anno decreturos eſſe ſupplicationem.



Digitized by Google

tias agas, eſt[12]. Paullo magis certe[13]. nam Marcellus ſic reſpondit, ſe ſpem in iſtis ſupplicationibus non habere[14]. Paullus ſe omnino in hunc an-
4 num non edicturum[15]. Renuntiatum nobis erat, Hirrum diutius dicturum[16]: prendimus eum[17]: non modo non fecit, ſed cum de hoſtibus ageretur, & poſſet rem impedire, ſi, vt numeraretur[18], poſtularet, tacuit. tantum Catoni adſenſus eſt; qui de te locutus honorifice, non decrerat ſuppli-
5 cationes. tertius ad hos Fauonius acceſſit. Quare, pro cuiusque natura & inſtituto[19], gratiae ſunt agendae: his[20], quod[21] tantum[22] voluntatem[23] oſtenderunt; pro ſententia, cum impedire poſſent, non pugnarunt: Curioni vero[24], quod de
6 ſuarum actionum curſu tua cauſſa deflexit[25]. Nam Furnius & Lentulus, vt debuerunt, quaſi eorum[26] res eſſet, vna[27] nobiſcum circumierunt[28] & laborarunt. Balbi quoque Cornelii operam & ſedu-
7 litatem laudare poſſum. Nam cum Curione vehementer locutus eſt, & eum, ſi aliter feciſſet, iniuriam Caeſari facturum[29] dixit: tum eius fidem
8 in ſuſpicionem adduxit. Decrerant quidem, qui neque

12. tu habes cauſſam. 13. gratias agendi cauſſam habes. 14. tanquam in ceremoniis inutilibus, quibus dii parum mouerentur. 15. indicaturum eſſe dixit edicto publico ſupplicationes, quamuis antea decretas. 16. eſſe. 17. traximus eum ad noſtras partes. 18. numerus oſtenderetur occiſorum hoſtium. 19. merito. 20. his quidem agendae ſunt gratiae. 21. quoniam. 22. tantummodo. 23. ſuam tibi gratificandi. 24. gratiae ſunt agendae. 25. quoniam conſilia ſua ad tuam cauſſam iuuandam mutauit. 26. propria ipſorum. 27. ſimul. 28. ad amicos. 29. eſſe.

30. qui

Digitized by Google

neque tranſigi volebant [30], Domitii, Scipiones: quibus hac re ad interceſſionem auocandam interpellantibus [31], venuſtiſſime Curio reſpondit: ſe [32] eo libentius non intercedere, quod [33] quoſdam, qui decernerent, videret confici [34] nolle.
9 Quod ad rempub. attinet, in vnam cauſſam [35] omnis contentio coniecta eſt, de prouinciis [36]: in quam adhuc incubuiſſe [37] cum ſenatu Pompeius videtur, vt Caeſar idibus Nouemb. decedat [38]. Curio omnia potius ſubire [39] conſtituit, quam id pati: ceteras ſuas abiecit actiones [40]. Noſtri porro, quos tu bene noſti, ad extremum certamen rem deducere non audent.
10 Scena [41] rei totius haec: Pompeius, tanquam Caeſarem non impugnet, ſed, quod illi [42] aequum putet, conſtituat? ait, Curionem quaerere diſcordias. Valde [43] autem non vult, & plane timet, Caeſarem conſulem deſignari prius, quam exercitum & prouinciam tradiderit. Accipitur [44] ſatis male a Curione, & totus eius ſecundus conſulatus exagitatur.
11 Hoc tibi dico, ſi omnibus rebus prement Curionem, Caeſar defendetur. ſi interceſſorem [45], quod videntur, reformidarint, Caeſar quoad [46] volet manebit [47].
12 Quam quiſque ſententiam dixerit, in commen-

30. qui volebant, ſupplicationes non decerni. 31. qui cum interpellarent ad interceſſionem impediendam ſeu remouendam. 32. Curionem. 33. quia. 34. hoc negotium. 35. materiam. 36. de ſucceſſione in prouincias Galliae. 37. in qua cauſſa Pompeius hactenus videtur laboraſſe. 38. ex Gallia. 39. omnia ſubire pericula. 40. nihil praeterea iam agit ille. 41. facies, ſtatus. 42. Caeſari. 43. re ipſa, omnino. 44. tractatur contumelioſe. 45. Curionem. 46. quamdiu. 47. in Gallia.

48. actis

Digitized by Google

mentario[48] eſt rerum vrbanarum : ex quo tu
quae digna ſunt, ſelige: multa tranſi, inprimis lu-
dorum exploſiones[49], & funerum[50], & cetera-
13 rum ineptiarum plura. habet & vtilia[51]. Denique
malo in hanc partem errare, vt, quae non deſide-
res, audias, quam quidquam, quod opus eſt, prae-
14 termittatur. Tibi curae fuiſſe de Sittiano nego-
tio, gaudeo: ſed cum ſuſpicaris, minus certa fide
eos tibi viſos[52], tanquam procurator[53] ſic agas[54],
rogo.

48. actis & relationibus publicis, hodie, Nouellis, Zeitungen, Gazetten. 49. vituperationes. 50. ineptiae, pompae vanae. 51. hic Commentarius. 52. fuiſſe. 53. meus. 54. cum illis hominibus malae fidei.

## XII.
## COELIVS CICERONI S.

*Queritur de Appii Claudii cenſoris ingrato animo & iniuriis, quem cum accuſationem cogitare comperiſſet, anteuertit, & ipſum poſtulauit lege Scantinia.*

PVdet me tibi confiteri & queri de Appii hominis ingratiſſimi iniuriis, qui me odiſſe, quia magna mihi debebat beneficia[1], coepit: & cum homo[2] auarus, vt ea ſolueret[3], ſibi imperare[4] non poſſet, occultum bellum[5] mihi indixit: ita occultum tamen, vt multi mihi renuntiarent, & ipſe facile animaduerterem, male eum de me cogitare. Poſtea-

XII.

1. quia is mihi ob magna beneficia obſtrictus erat. 2. Appius. 3. debita. 4. a ſe impetrare, ſe permouere, ſich reſoluiren oder entſchlieſſen. 5. inimicitiam.

6. eum

Digitized by Google

Poſteaquam vero comperi, eum collegium ten- 2
taſſe [6], deinde aperte cum quibusdam locutum [7],
cum L. Domitio (vt nunc [8] eſt) mihi inimiciſſimo
homine deliberare, velle hoc munuſculum defer-
re [9] Cn. Pompeio: ipſum vt prehenderem [10], &
ab eo deprecarer iniuriam, quem vitam mihi de-
bere putarem, impetrare a me non potui [11]. Quid 3
ergo eſt? Tum [12] quidem aliquot [13] amicis, qui te-
ſtes erant meorum in illum [14] meritorum [15], locu-
tus ſum: poſteaquam illum, ne cui ſatisfaceret qui-
dem, me dignum habere ſenſi: malui collegae
eius homini alieniſſimo [16] mihi & propter amici-
tiam tuam non aequiſſimo, me obligare, quam il-
lius ſimiae vultum ſubire [17]. Id poſtquam reſciit [18], 4
excanduit [19], & me cauſſam inimicitiarum quae-
rere clamitauit: quaſi, quod [20] mihi in pecunia [21]
minus ſatisfeciſſet, per hanc ſpeciem ſimultatis
eum conſectarer. Poſtea non deſtitit arceſſere 5
Polam Seruium accuſatorem, inire cum Domitio
conſilia: quibus [22] cum parum procederet, vt vlla
in lege mihi poneret accuſatorem, compellari [23]
ea lege me voluerunt, qua dicere [24] non poterant:
inſolen-

6. eum trahere voluiſſe collegium augurum contra me in ſuas partes. 7. fuiſſe. 8. qui nunc eſt mihi inimiciſſimus. 9. eum velle hoc facere in gratiam Pompeii, vt me notaret & accuſaret. 10. peterem. 11. facere non potui, vt ab eo iniuriam deprecarer, quem ego putabam debere mihi vitae ſuae conſeruationem. 12. illo tempore. 13. cum aliquot. 14. Appium. 15. beneficiorum. 16. inimiciſſimo. 17. quam venire in conſpectum huius ſimiae. 18. audiuit. 19. factus eſt iratus. 20. ideo quod. 21. debita. 22. conſiliis. 23. accuſari. 24. cauſſam contra me.

25. peſ-

Digitized by Google

inſolentiſſimi[25] homines ſummis Circenſibus ludis
meis[26] poſtulandum[27] me lege Scantinia[28] cu-
6 rant. Vix hoc erat praelocutus, cum ego Ap-
pium cenſorem eadem lege poſtulaui[29]. Quod
melius caderet[30], nihil vidi. nam ſic eſt a populo
& non infimo quoque[31] approbatum[32], vt maio-
rem Appio dolorem fama[33], quam poſtulatio[34]
attulerit. praeterea coepi ſacellum[35], in domo
7 quod eſt, ab eo petere. Conturbat[36] me mora
ſerui huius, qui tibi litteras attulit. nam acceptis
prioribus litteris[37] amplius quadraginta[38] man-
8 ſit[39]. Quid tibi ſcribam neſcio: ſcis Domitio
diem[40] timori eſſe. exſpecto te valde, & quam-
primum videre cupio. A te peto, vt meas iniu-
rias perinde doleas, vt me exiſtimas & dolere, &
vlciſci tuas[41] ſolere. Vale.

25. peſſimi hi. 26 cum ego magnos Ludos Circenſes dediſſem. 27. accuſandum. 28. quae lata erat contra ſtupratores maſculorum. 29. accuſaui. 30. quod opportunius accidere potuiſſet, quam hoc. 31. & a ſummis etiam viris. 32. laudatum. 33. de eius facinoribus. 34. accuſatio ipſa. 35. Capellę, quoniam non licitum erat priuata ſacella habere. 36. moleſta mihi eſt. 37. poſtquam ille ſeruus iam acceperat priores a me litteras. 38. vltra dies adhuc quadraginta. 39. Romae. 40. diem iudicii futuri facere timorem Domitio. 41. iniurias tibi ab aliis factas.

## XIII.

## COELIVS CICERONI S.

*Gratulatur adfinitate Dolabellae, qui Ciceronis filiam duxerat: narrat de interceſſione Curionis, & de prouinciis quid actum ſit: & de morte Hortenſii.*

Gratu-

Digitized by Google

GRatulor tibi adfinitate viri[1] medius fidius optimi. nam hoc ego de illo exiſtimo[2]. cetera porro, quibus adhuc ille ſibi parum vtilis fuit, & aetate[3] iam ſunt decurſa[4], & conſuetudine atque auctoritate tua & pudore Tulliae[5], ſi qua reſtabunt, confido celeriter ſublatum iri. Non eſt enim 2
me pugnax in vitiis[6], neque hebes[7] ad id, quod melius ſit, intelligendum: deinde, quod maximum eſt, ego illum valde amo. Velles C. Curionem 3
noſtrum lautum[8] interceſſionis[9] de prouinciis exitum habuiſſe. nam cum de interceſſione referretur[10], quae relatio[11] fiebat ex ſenatusconſulto, primaque M. Marcelli ſententia pronuntiata eſſet, qui agendum[12] cum tribunis plebis cenſebat; frequens ſenatus in alia omnia iit[13]. Sto- 4
macho eſt Magnus nunc ita languenti[14], vt vix id, quod ſibi placeat[15], reperiat. tranſierant illuc[16], vt ratio eſſet eius habenda[17], qui neque exercitum, neque prouincias tradere vellet. Quemadmodum hoc Pompeius laturus ſit, cum 5
cognoſcat, quidnam reipub. futurum[18] ſit, ſi aut non

XIII.

1. de affinitate Dolabellae. 2. hanc ego habeo exiſtimationem de eo. 3. per aetatem eius maturam. 4. decurrerunt, remiſſa & depoſita ſunt. 5. filiae tuae, quam Dolabella nunc accepit vxorem. 6. er läſſet ſich weiſen, non eſt contumax in defendendis ſuis vitiis. 7. ſtupidus. 8. bonum, felicem. 9. ſeiner Proteſtation. 10. proponeretur in Senatu. 11. propoſitio. 12. eſſe de ea re. 13. totus fere Senatus longe aliam dedit ſententiam. 14. Pompeius Magnus ita nunc conturbatus eſt. 15. quod agere debeat. 16. in eam ſententiam venerant. 17. vt Caeſar Conſul eſſet deſignandus. 18. quidnam futurum ſit de ſtatu reip.

19. locum

Digitized by Google

non curet[19], vos ſenes diuites[20] videritis. Q. Hortenſius, cum has litteras ſcripſi, animam agebat[21].

19. locum hunc quidem mutilum eſſe ait in omnibus antiquis libris, Eruditiſſimus C. *Cellarius*; ſed enim non *Dionyſius Lambinus* ſolum, verum etiam *Iodocus Badius Aſcenſius*, qui typis Georgii de Ruſconibus. Anno 1519. Venetiis edidit Epiſtolas Ciceronis in folio, ita legit haud plane incommode: *ſi aut non poſſit, aut non curet.* 20. & prudentes. 21. lag in den letzten Zügen, iam moriturus erat.

## XIV.

## COELIVS CICERONI S.

*Varia eſt. Domitii repulſam, Saturnini accuſationem, Pompeii & Caeſaris diſcordiam, Appii cenſoris ridiculam diligentiam narrat.*

TAnti non fuit[1] Arſacen[2] capere, & Seleuciam[3] expugnare, vt earum rerum, quae heic
2 geſtae ſunt, ſpectaculo careres[4]. nunquam tibi oculi doluiſſent, ſi in repulſa[5] Domitii vultum vidiſſes. magna illa comitia fuerunt, & plane ſtudia[6] ex partium ſenſu[7] apparuerunt. perpauci neceſſitudinem[8] ſecuti officium praeſtiterunt.
3 Itaque mihi eſt Domitius inimiciſſimus, vt ne familiarem quidem ſuum quemquam tam oderit, quam me: atque eo magis, quod[9] per iniuriam ſibi

XIV.

1. aeſtimandum. 2. Parthorum regem. 3. ad flumen Tigrim ſitam vrbem Parthorum praecipuam. 4. vt ideo non videre poſſes ea, quae. 5. cum in petitione ſua Domitius repulſam tuliſſet. 6. amor, fauores. 7. ex voluntatibus der Partheyen. 8. amicitiam & cognationem. 9. quoniam.

10. illum

Digitized by Google

ſibi putat ereptum[10], cuius[11] ego auctor fuerim. Nunc furit,tam gauiſos homines ſuum dolorem[12], 4
vnumque me ſtudioſiorem[13] Antonii. nam Cn. Saturninum adoleſcentem ipſe Cn. Domitius reum fecit[14], ſane quam[15] ſuperiore a vita[16] invidioſum[17]: quod iudicium nunc in exſpectatione[18], ineſt etiam in bona ſpe poſt S. Peducaei abſolutionem. De ſumma repub[19]. ſaepe tibi ſcri- 5
pſi, me etiamnum[20] pacem non videre: & quo propius ea contentio[21], quam[22] fieri neceſſe eſt, accedit[23], eo clarius id periculum apparet. Pro- 6
poſitum hoc eſt, de quo, qui rerum potiuntur[24], ſunt dimicaturi, quod Cn. Pompeius conſtituit non pati[25], C. Caeſarem conſulem aliter fieri, niſi exercitum & prouincias tradiderit: Caeſari autem perſuaſum eſt[26], ſe ſaluum[27] eſſe non poſſe, ſi ab exercitu receſſerit. Fert[28] illam tamen con- 7
ditionem,vt ambo[29] exercitus tradant. ſic illi iam amores[30] & inuidioſa[31] coniunctio non ad occultam recedit[32] obtrectationem, ſed ad bellum ſe erupit: neque mearum rerum[33] quod conſilii capiam, reperio; quod non dubito, quin te quoque haec

10. illum magiſtratum. 11. iniuriae. 12. quod homines tam vehementer gauiſi ſint ob ſuum dolorem. 13. fuiſſe. 14. accuſauit. 15. qui quidem omnino. 16. propter vitam antehac male geſtam. 17. exoſum, odioſum. 18. eſt. 19. de ſtatu reip. 20. adhuc dum, noch biſs dato. 21. inter Caeſarem & Pompeium. 22. propius quam. 23. adpropinquat. 24. qui ſummum Romae imperium habent. 25. permittere. 26. credit. 27. & incolumem, ſuam ſalutem eſſe in periculo. 28. proponit Caeſar. 29. ipſe & Pompeius. 30. amicitiae priſtinae. 31. exoſa apud omnes bonos. 32. peruenit. 33. de meis rebus.


Digitized by Google

haec deliberatio ſit perturbatura. Nam mihi cum
hominibus his[34] & gratia[35] & neceſſitudo[36] eſt;
8 tum cauſſam illam[37], non homines[38] odi. Illud
te non arbitror fugere[39], quin homines in diſſen-
ſione domeſtica[40] debeant, quamdiu ciuiliter[41]
ſine armis cernetur[42], honeſtiorem[43] ſequi par-
tem: vbi ad bellum & caſtra ventum ſit, firmio-
9 rem[44]; & id melius ſtatuere, quod tutius ſit. In
hac diſcordia video, Cn. Pompeium, ſenatum,
quique res iudicant[45], ſecum[46] habiturum: ad
Caeſarem omnes, qui cum timore aut mala ſpe vi-
vant, acceſſuros[47]: exercitum conferendum[48]
non eſſe omnino. ſat ſpacii[49] ſit, ad conſideran-
das vtriusque copias[50], & eligendas partes[51].
10 Prope oblitus ſum, quod maxime fuit ſcriben-
dum. Scis Appium cenſorem heic oſtenta[52] fa-
cere? de ſignis[53], & tabulis[54], de agri modo[55],
de aere alieno[56] acerrime agere? perſuaſum eſt
ei, cenſuram lomentum[57] aut nitrum eſſe. errare
mihi

34. Caeſare & Pompeio. 35. amicitia. 36. cognatio. 37. illam vtriusque contentionem. 38. illos duos. 39. puto tibi hoc notum eſſe. 40. interna, ciuili. 41. vor Gerichte, mit der Feder, oder mündlich. 42. pugnatur. 43. meliorem, iuſtiorem, die raiſonnablere Parthey. 44. partem ſequi. 45. & iudices. 46. in partibus ſuis & comitatu. 47. eſſe illos omnes, qui viuant cum mala, id eſt, incerta ſpe. 48. comparandum inuicem. 49. temporis. 50. Trouppes, potentiam, opes. 51. quae ſequendae ſint. 52. miracula, incredibilia. 53. ſtatuis. 54. imaginibus, picturis. 55. iuſto. 56. de debitis, von auffgeborgeten Geldern. 57. cenſuram ſuam eſſe tanquam lomentum aut nitrum, quorum illud rugas faciei, hoc vero ſordes veſtium tollit; ita vt perinde eius cenſura ſordes morum tollat. lomentum, Bohnen-Meel, nitrum, Salpeter. 58. fere

Digitized by Google

mihi videtur. nam ſordes eluere vult, venas ſibi
omnes & viſcera aperit[58]. Curre, per deos at- 11
que homines, & quamprimum haec riſum[59] ve-
ni, legis Scantiniae iudicium apud Druſum fieri:
Appium de tabulis & ſignis agere; crede mihi eſt
properandum[60]. Curio noſter ſapienter id,
quod remiſit de ſtipendio Pompeii, feciſſe exi-
ſtimatur. Ad ſummam, quaeris, quid putem fu- 12
turum? ſi alteruter[61] eorum ad Parthicum bellum
non eat, video magnas impendere[62] diſcordias,
quas ferrum & vis iudicabit[63]. vterque animo &
copiis eſt paratus[64]. Si ſine tuo periculo fieri poſ-
ſet, magnum & iucundum tibi fortuna ſpectacu-
lum parabat[65].

58. fere disrumpitur labore. 59. vt haec rideas. *riſum* eſt h. l. Supinum. 60. tibi. 61. einer von ihnen beyden. 62. imminere. 63. diiudicabit. 64. vterque habet animum promtum & copias paratas ad bellum. 65. paraſſet, ita vt vidiſſes Caeſarem & Pompeium inter ſe iratos.

## XV.

## COELIVS CICERONI S.

*Pompeium vituperat, Caeſarem laudat: cupidus conueniendi & adloquendi Ciceronis; de itinere ad Alpes, & Domitio dimiſſo.*

ECquando tu hominem ineptiorem, quam tuum[1] Cn. Pompeium vidiſti, qui tantas turbas, qui tam nugax[2] eſſet, commôrit[3]? ecquem autem Caeſare noſtro acriorem in rebus gerendis,

XV.

1. amicum. 2. tantus nugator. 3. commouerit, excitauerit.



Digitized by Google

dis, eodem in victoria temperatiorem[4] aut legi-
2 ſti, aut audiſti? Quid eſt? nunc tibi noſtri milites, qui duriſſimis & frigidiſſimis locis teterrima hieme[5] bellum ambulando[6] confecerunt[7], malis orbiculatis[8] eſſe paſti[9] videntur. quid iam inquis[10]?
3 glorioſe omnia[11]. ſi ſcias quam ſollicitus ſim, tum hanc meam gloriam, quae ad me nihil pertinet, derideas. quae tibi exponere niſi coram non
4 poſſum. idque celeriter fore ſpero. Nam me, cum expuliſſet[12] ex Italia Pompeium, conſtituit ad vrbem vocare: id quod iam exiſtimo confectum[13]: niſi maluit Pompeium Brundiſii circum-
5 ſederi. Peream[14], ſi minima cauſſa eſt properandi iſto[15] mihi, quod te videre, & omnia intima[16] conferre[17] diſcupio[18]: habeo autem quam mul-
6 ta[19]. Hui vereor, quod ſolet fieri, ne, cum te videro, omnia obliuiſcar. ſed tamen quodnam ob ſcelus[20] iter mihi neceſſarium retro ad Alpes verſus[21] incidit[22]? adeo quod[23] Intemelii[24] in armis
7 ſunt, neque de magna cauſſa[25]. Bellienus verna[26] Demetrii, qui ibi cum praeſidio erat, Domitium quendam, nobilem illic Caeſaris hoſpitem, a con-

4. temperatiorem aut moderatiorem in victoria, quam idem ille Caeſar eſt. 5. in, 6. quaſi exſpatiando. 7. ad finem perduxerunt. 8. mit Aepfelſchnitten, delicatis cibis. 9. ſaturati. 10. factum eſt, fit. 11. fiunt. 12. Caeſar. 13. eſſe, 14. ich will mein Leben laſſen, formula iurandi. 15. ad iſtum locum, vbi tu nunc viuis. 16. conſilia. 17. mit dir überlegen. 18. valde cupio. 19. tecum conferenda. 20. meum. 21. gegen die Alpgebürge zu. 22. accidit mihi. 23. ideo quia. 24. populus in Alpibus maritimis. 25. neque ob magnam, ſed ob leuiſſimam cauſſam. 26. ſeruus.

27. cum

a contraria factione nummis acceptis [27], com-
prehendit & ſtrangulauit [28]. ciuitas ad arma iit:
eo [29] nunc cum IIII. cohortibus mihi per niues
eundum eſt. Vſquequaque, inquies, ſe Domitii 8
male dant [30]. Vellem quidem Venere progna-
tus [31] tantum animi habuiſſet in veſtro Domitio [32],
quantum pſecade [33] natus in hoc [34] habuit. Cice-
roni F. S. D [35].

27. cum nummos accepiſſet a factione contraria. 28. hatt ihn erdroſſelt oder erwürget. 29. ideo. 30. turpiter & infeliciter agunt. 31. Caeſar, qui genus ſuum Iulum ab Aenea Veneris filio deriuabat. 32. vt tantam beneuolentiam erga veſtrum Domitium, qui Pompeii partes ſequitur, habuiſſet. 33. ab ancilla ornatrice. alii cum *Lambino* legunt: *quantum* (nempe, animi) *ipſe ſanatus*. 34. erga hunc Domitium. 35. *Filio* tuo *Salutem Dico*.

## XVI.

## M. COELIVS M. CICERONI S.

*Pulſo ex Italia Pompeio ſuadet Ciceroni Coelius, ne adflictam fortunam ſequatur; conſulitque, vt in aliquam vrbem a bello vacuam recipiat.*

EXanimatus [1] ſum tuis [2] litteris, quibus [3] te nihil
niſi triſte cogitare oſtendiſti: neque id quid
eſſet, perſcripſiſti. neque non tamen [4] quale eſſet,
quod cogitares, aperuiſti. Has illico ad te litteras 2
ſcripſi. Per fortunas tuas, Cicero, per liberos [5]
oro, obſecro, ne quid grauius [6] de ſalute & incolu-
mitate tua conſulas. nam deos, hominesque, ami-
citiam

XVI.

1. Valde contriſtatus ſum. 2. per tuas. 3. in quibus indicaſti. 4. & ſimul tamen. 5. tuos. 6. triſtius. 7. incon-



Digitized by Google

citiamque noſtram teſtificor, me neque temere[7]
3 tibi praedixiſſe[8], neque temere monuiſſe. Sed poſt-
quam Caeſarem conuenerim[9], ſententiamque
eius, qualis futura eſſet, parta victoria[10] cognoue-
4 rim, te certiorem feciſſe. Si exiſtimas eandem ra-
tionem[11] fore Caeſari in dimittendis aduerſariis, &
conditionibus[12] ferendis, erras. nihil niſi atrox &
ſaeuum cogitat, atque etiam loquitur: iratus ſe-
natui[13] exiit[14]. his interceſſionibus[15] plane inci-
tatus eſt[16]. non mehercule erit deprecationi lo-
5 cus[17]. Quare ſi tibi tu, ſi filius vnicus, ſi domus,
ſi ſpes tuae reliquae tibi carae ſunt, ſi aliquid apud
te nos, ſi vir optimus gener tuus[18], valet; quorum
fortunas non debes velle conturbare, vt eam
cauſſam, in cuius victoria ſalus noſtra eſt, odiſſe,
aut relinquere cogamur, aut impiam cupiditatem
6 contra ſalutem tuam habeamus. Denique illud
cogita, quod offenſae fuerit in iſta cunctatione[19],
te ſubiſſe[20]. nunc te contra victorem[21] facere[22],
quem dubiis rebus[23] laedere noluiſti, & ad eos
fugatos[24] accedere, quos reſiſtentes ſequi nolue-
ris, ſummae ſtultitiae eſt[25]. Vide, ne, dum pudet
te parum optimatem[26] eſſe, parum diligenter[27],
quid

7. inconſulto. 8. quidquam. 9. adii. 10. poſt partam victoriam. 11. conſuetudinem, cauſſam. 12. de pace. 13. dum iratus eſt erga Senatum. 14. in Hiſpaniam. 15. impedimentis a L. Metello tribuno pl. factis. 16. ad iram. 17. iam nulla amplius erit facultas deprecandi. 18. Dolabella. 19. tua. 20. te iam offendiſſe Caeſarem per tuam cunctationem. 21. Caeſarem. 22. agere. 23. cum nondum certus eſſet euentus rerum. 24. Pompeianos. 25. indicium. 26. non ſatis bonum ciuem. 27. circumſpecte, prudenter.

28. hoc,

Digitized by Google

quid optimum ſit, eligas. Quod ſi totum[28] tibi 7
perſuadere non poſſum; ſaltem dum quid de Hiſpaniis agamus, ſcitur[29], exſpecta: quas[30] tibi nuntio[31] aduentu[32] Caeſaris fore noſtras[33]. quam iſti[34] ſpem habeant, amiſſis Hiſpaniis[35], neſcio.
Quod[36] porro tuum conſilium ſit ad deſperatos 8
accedere, non mediusfidius reperio. Hoc, quod tu non dicendo[37] mihi ſignificaſti, Caeſar audierat: ac ſimulatque haue[38] mihi dixit, ſtatim quid de te audiſſet, expoſuit. negaui me ſcire[39], ſed tamen ab eo petii, vt ad te litteras mitteret: quibus[40] maxime ad remanendum[41] commoueri
poſſes. Me ſecum in Hiſpaniam ducit. nam niſi 9
ita faceret[42], ego prius, quam ad vrbem accederem, vbicunque eſſes, ad te percurriſſem[43]: & hoc a te praeſens contendiſſem[44], atque omni vi
te retinuiſſem. Etiam atque etiam[45], Cicero, co- 10
gita, ne te, tuosque omnes funditus[46] euertas[47]: ne te ſciens prudensque eo demittas[48], vnde exi-
tum vides nullum eſſe. Quod ſi te, aut voces[49] 11
optimatum[50] commouent, aut nonnullorum[51] hominum inſolentiam[52] & iactationem[53] ferre non

28. hoc. 29. donec reſciamus. 30. Hiſpanias. Hiſpania enim diuidebatur in vlteriorem & citeriorem. vnde duas. 31. dico. 32. per aduentum. 33. in noſtra poteſtate. 34. Pompeiani. 35. poſtquam Hiſpaniae ſunt amiſſae. 36. quale. 37. licet id non mihi dicas. 38. ſalue, vale. 39. ego dixi, me id neſcire. 40. per quas. 41. in Italia, ne ires ad Pompeium. 42. Caeſar. 43. voluiſſem celerrimo itinere proficiſci. 44. oraſſem. 45. omni ſtudio. 46. penitus. 47. perdas. 48. dich dahin einlaſſeſt. 49. adhortationes, ſermones. 50. bonorum ciuium. 51. quorundam. 52. ſuperbiam. 53. gloriationem.



Digitized by Google

non potes; eligas cenſeo aliquod oppidum vacuum[54] a bello, dum haec decernuntur[55]. quae tu cum feceris, & ego te ſapienter feciſſe iudicabo, & Caeſarem non offendes[56].

54. liberum adhuc. 55. donec haec diiudicantur, ſo lange biſs dieſe Händel ausgetragen worden. 56. laedes.

## XVII.

## COELIVS CICERONI S.

*Queritur ſe Curionis amore, & Appii odio in eas pertractum partes eſſe, vnde multa iam ſibi incommoda. Caeſar enim, in bellum Pharſalicum profectus, Romae Coelium praetorem reliquerat: quod autem non huic, ſed Trebonio, res vrbanas mandauerat, hic aegre ferens, aemulatione turbas dedit, quibus ipſe grauius incucurrit malum. Excuſat itaque, quod cum Cicerone non profectus fuerit in Graeciam ad Pompeium.*

ERgo me potius in Hiſpania fuiſſe tum[1], quam Formiis[2], cum tu profectus es ad Pompeium? quod vtinam non Appius Claudius[3] in iſta parte, aut non in hac[4] C. Curio: cuius amicitia me paullatim in hanc perditam cauſſam impoſuit: nam mihi ſentio bonam[5] mentem iracundia[6] & amore ablatam[7]. Tum tu porro, cum & ad te proficiſcens noctu Arminium[8] veniſſem, dum mihi pacis[9] manda-

XVII.

1. Ego vellem, me illo tempore, quo tu ad Pompeium profectus fuiſti. 2. in Formiano praedio. 3. fuiſſet. 4. parte. 5. ſanam. 6. ob iracundiam erga Appium, & amorem erga Curionem. 7. fuiſſe. 8. in vrbem. 9. de pace.

10. ac

Digitized by Google

mandata das ad Caeſarem, & mirificum ciuem agis, amici officium neglexiſti, neque mihi conſuluiſti. Neque haec dico, quod[10] diffidam huic 3
cauſſae[11]: ſed crede mihi, perire ſatius eſt, quam hos[12] videre. Quod ſi timor veſtrae crudelitatis 4
non eſſet, eiecti iam pridem hinc eſſemus. nam heic non praeter foeneratores[13] paucos, nec homo, nec ordo quisquam eſt, niſi Pompeianus. Equidem iam effeci, vt maxime plebs, & qui antea noſter fuit populus[14], veſter[15] eſſet. Cur hoc[16] in- 5
quis? immo reliqua exſpecta. Vos inuitos vincere coëgero[17]. irritaui in me Catonem. Vos 6
dormitis[18]: nec haec adhuc mihi videmini intelligere, quam nos pateamus[19], & quam ſimus imbecilli[20]. atque hoc nullius praemii ſpe[21] faciam: ſed, quod[22] apud me plurimum ſolet valere doloris atque indignitatis[23] cauſſa. Quid iſtic facitis? 7
proelium exſpectatis, quod firmiſſimum[24] eſt? veſtras copias non noui[25]: noſtri[26] valde[27] depugnare, & facile algere[28] & eſurire conſueuerunt.

M. TVL-

10. ac ſi. 11. Pompeianae, quam tu ſecutus es. 12. quibus Caeſar tradidit curam rerum vrbanarum & Italicarum. 13. Banquirer, Wechſeler. 14. qui Caeſari fauerat. 15. iam faueret Pompeio. 16. dicis. 17. ego coëgiſſem vos, vt contra voluntatem veſtram vinceretis Caeſarem. 18. otioſi eſtis. 19. quomodo nos expoſiti ſimus periculo & arbitrio hoſtium. 20. debiles. 21. ex ſpe. 22. ideo quod. 23. irae, quoniam indigne tractatus ſum, ob praelatum mihi Trebonium. 24. certiſſimum. 25. ſcio. 26. Caeſariani. 27. valide, fortiter. 28. frigus & famem ſitimque pati.



Digitized by Google

# M. TVLLII CICERONIS EPISTOLARVM AD VARRONEM ET ALIOS, LIBER IX.

## I.

### M. T. CICERO M. TERENTIO VARRONI S. D.

*Varronis aduentum exſpectat, vt ex conſuetudine eius non minus, quam ex ſtudiis ac libris, cum quibus in gratiam redierit, ſolatium doloris petat, quem ex adflicta republica ceperat.*

EX his litteris, quas Atticus a te miſſas
mihi legit, quid ageres, & vbi eſſes,
cognoui: quando autem te viſuri
eſſemus, nihil [1] ſane [2] ex eisdem lit-
2 teris potui ſuſpicari. In ſpem ta-
men venio [3] appropinquare tuum aduentum;
qui [4] mihi vtinam ſolatio [5] ſit: etſi tot tantisque
rebus vrgemur [6], vt nullam alleuationem [7] quis-
quam non ſtultiſſimus [8] ſperare debeat: ſed tamen
aut tu potes me, aut ego te fortaſſe, aliqua re iu-
3 vare. Scito enim me, poſteaquam in vrbem ve-
nerim, rediſſe cum veteribus amicis, id eſt, cum
libris

LIBER IX.

I.

1. de eo nihil. 2. omnino. 3. ſpero tamen. 4. aduentus tuus. 5. ad ſolatium. 6. premimur. 7. ſolatium. 8. qui non ſtultiſſimus eſt.

9. me

libris noſtris, in gratiam[9]; etſi non idcirco[10] eo-
rum[11] vſum[12] dimiſeram[13], quod[14] iis ſuccenſe-
rem[15]; ſed quod eorum me ſuppudebat[16]. Vi- 4
debar enim mihi, cum me in res turbulentiſſimas
infideliſſimis ſociis[17] demiſiſſem[18], praeceptis il-
lorum[19] non ſatis paruiſſe. Ignoſcunt[20] mihi,
reuocant[21] in conſuetudinem priſtinam, teque,
quod in ea[22] permanſeris, ſapientiorem quam me
dicunt fuiſſe. Quamobrem quum placatis his[23] 5
vtor, videor ſperare debere, ſi te viderim, & ea,
quae premant, & ea quae impendeant, me facile
tranſiturum[24]. Quamobrem ſiue in Tuſculano, 6
ſiue in Cumano ad te[25] placebit, ſiue (quod mi-
nime velim) Romae: dummodo ſimul[26] ſimus,
perficiam profecto, vt id vtrique noſtrûm com-
modiſſimum eſſe diiudicetur.

9. me coepiſſe perlegere libros meos, velut olim feci. 10. eapropter. 11. librorum. 12. vſurpationem, lectionem. 13. neglexerim. 14. quaſi. 15. iraſcerer. 16. paululum pudebat. 17. dum ſocii mei erant infideliſſimi. 18. immiſcuiſſem. 19. librorum, dum libri me docebant, abſtinendum eſſe a bellis ciuilibus. 20. libri. 21. & me. 22. conſuetudine. 23. dum libri mecum redierunt in gratiam. 24. euitaturum eſſe. 25. apud te, in tua villa, alii legunt; *adeſſe*. 26. beyſammen.

## II.

## CICERO VARRONI.

*Retentae epiſtolae cauſſam exponit: deinde ſuadet, vt vitet oculos hominum, quod ipſe faciat; donec gratulatio Africanae victoriae deferueſcat: & ſuum iuuandae reipub. deſiderium declarat.*

Cani-

Digitized by Google

CAninius idem tuus & idem noſter[1], cum ad me peruesperi[2] veniſſet, & ſe poſtridie mane ad te iturum eſſe dixiſſet: dixi, ei me daturum ali-
2 quid[3] mane; vt peteret[4], rogaui. Conſcripſi epiſtolam noctu. nec ille ad me rediit. oblitum[5] credidi. attamen eam ipſam epiſtolam miſiſſem per meos, niſi audiſſem ex eodem[6], poſtridie te mane
3 e Tuſculano exiturum. At tibi repente paucis poſt diebus, cum minime exſpectarem, venit ad me Caninius mane: proficiſci[7] ad te ſtatim dixit. etſi erat ἕωλος[8] illa epiſtola, praeſertim tantis poſtea nouis rebus allatis[9]: tamen perire meam lucubrationem[10] nolui: & eam ipſam Caninio dedi. ſed cum eo[11], & homine docto & amantiſſimo tui[12], locutus ea ſum, quae pertuliſſe illum ad te[13]
4 exiſtimo. Tibi autem idem conſilii do, quod mihimetipſi; vt vitemus oculos hominum[14], ſi linguas minus facile poſſumus[15]. Qui enim victoria ſe efferunt[16], quaſi victos nos[17] intuentur: qui autem victos noſtros moleſte ferunt[18], nos dolent

II.

1. amicus. 2. gantz ſpäte. 3. aliquam epiſtolam. 4. & rogaui eum, vt peteret illam epiſtolam a me. 5. illum oblitum hoc eſſe. 6. Caninio. 7. ſe velle. 8. pridie ſcripta, vetus. 9. praeſertim, cum tantae & tam nouae res mihi allatae eſſent. 10. epiſtolam noctu ſcriptam. 11. Caninio. 12. quippe qui & doctus homo eſt & amantiſſimus tui. 13. quae exiſtimo illum tibi narraſſe. 14. daſs wir nur den Leuten aus den Augen gehen. 15. vitare. 16. illi enim, qui cum Caeſare ſteterunt, & ob impetratam de nobis victoriam ſuperbiunt. 17. Pompeianos. 18. illi autem, qui moleſte ferunt, noſtros, id eſt, Pompeianos, eſſe victos.



Digitized by Google

ſent viuere[19]. Quaeres fortaſſe, cur, cum haec 5
in vrbe ſint[20], non abſim[21], quemadmodum tu[22]: Tu enim ipſe, qui & me, & alios prudentia[23] vincis, omnia credo vidiſti: nihil te omnino feſellit[24].
Quis eſt tam lynceus[25], qui tantis[26] tene- 6
bris nihil offendat[27], nusquam incurrat? Ac mihi quidem iam pridem venit in mentem, bellum[28] eſſe aliquo exire[29], vt ea, quae agebantur heic, quaeque dicebantur, nec viderem, nec audirem. Sed calumniabar ipſe[30].
putabam, qui[31] obuiam 7
mihi veniſſet, vt cuique commodum eſſet[32], ſuſpicaturum[33], aut dicturum, etiam ſi non ſuſpicaretur: Hic[34] aut metuit, & ea re[35] fugit: aut aliquid cogitat, & habet nauem paratam[36]. denique leuiſſime qui ſuſpicaretur, & qui fortaſſe me noviſſet optime, putaret, me idcirco diſcedere, quod quosdam homines oculi mei ferre non poſſent[37].
Haec ego ſuſpicans[38] adhuc Romae maneo: & 8
tamen λεληθότως[39] conſuetudo diuturna callum iam obduxit ſtomacho meo[40]. Habes rationem mei conſilii.
Tibi igitur hoc cenſeo[41]: laten- 9
dum[42]

19. ii quoque dolent, quod nos adhuc viuamus. 20. agantur, cum hic ſtatus vrbis ſit. 21. ex vrbe. 22. abes. 23. quoad prudentiam. 24. nam tu noſti omnia. 25. ſo ſcharffſichtig. 26. in tantis. 27. nicht etwan irgendswo anſtoſſen ſollte. 28. pulcrum. 29. in aliquem locum ſe conferre. 30. ego me ipſum arguebam. 31. quicunque. 32. nach eines iedweden Sinn vnd Inclination. 33. eſſe. 34. Cicero. 35. ob eam rem. 36. ad fugam. 37. quia ego non poſſem adſpicere quosdam homines. 38. dum ſuſpicor. 39. latenter, tacite. 40. irae meae, ſtomachus meus iam eſt induratus, ego non moueor, quia iamdudum his moleſtiis ſum aſſuetus. 41. faciendum eſſe.

42. eſſe

Digitized by Google

dum[42] tantiſper ibidem[43], dum[44] deferueſcat[45]
haec gratulatio[46], & ſimul dum audiamus, quem-
admodum negotium confectum ſit. confectum
10 enim eſſe exiſtimo. Magni autem intererit[47],
qui[48] fuerit victoris animus, qui exitus rerum:
quamquam quo me coniectura ducat, habeo[49],
11 ſed exſpecto tamen. Te vero nolo, niſi ipſe ru-
mor iam raucus erit factus[50], ad Baias[51] venire.
erit enim nobis honeſtius etiam, cum hinc diſceſ-
ſerimus, videri[52], veniſſe in illa loca ploratum[53]
potius, quam natatum[54]. Sed haec tu melius[55].
12 Modo nobis ſtet illud[56], vna[57] viuere in ſtudiis
noſtris: a quibus antea delectationem modo pe-
tebamus, nunc[58] vero etiam ſalutem: non de-
eſſe[59], ſi quis adhibere[60] volet, non modo vt[61]
architectos[62], verum etiam vt fabros[63], ad aedi-
ficandum rempub. & potius libenter accurrere[64]:
13 ſi nemo vtetur opera[65], tamen & ſcribere & le-
gere πολιτείας[66], etſi minus in curia atque in fo-
ro, at[67] in litteris & libris, vt doctiſſimi veteres
fece-

42. eſſe. 43. vbi tu nunc es. 44. donec. 45. deſinat. 46. de victoria Caeſaris. 47. daran aber wird viel gelegen ſeyn. 48. qualis. 49. ſcio. 50. defatigatus, deſierit, ceſſauerit. 51. ad thermas in Campania. 52. vt videamur. 53. ad plorandum. 54. lauandum. 55. diiudicabis. 56. ſi modo hanc certam ſententiam obtineamus. 57. ſimul. 58. petimus. 59. modo etiam nobis ſtet illud, non deeſſe, nicht entſtehen oder ermangeln. 60. nos vſurpare. 61. tanquam. 62. directores primarios. 63. operarios, als ein Handlanger oder Maurer. 64. modo ſtet nobis illud etiam, non deeſſe, ſed potius libenter accurrere ad reſtituendam remp. 65. noſtra, auxilio, conſilio. 66. res politicas. 67. attamen.

68. in-

Digitized by Google

ſecerunt, iuuare rempub. & de moribus ac legibus quaerere[68]. Mihi haec videntur[69]: tu quid 14
ſis acturus, & quid tibi placeat, pergratum erit, ſi ad me ſcripſeris. Vale.

68. inſtituere diſputationes. 69. haec mea eſt ſententia.

## III.

# CICERO VARRONI.

*Iturum ſe ad Varronem ſcribit: ſed fore qui reprehendant, quod in tanto incendio ciuitatis amoenitates locorum quaerant. Se vero barbarorum voces contemnere, & perſequi propoſitum, vt in ſtudiis vna viuant.*

ETſi quid ſcriberem non habebam, tamen Caninio ad te eunti non potui nihil dare[1]. Quid 2
ergo potiſſimum ſcribam? quod velle te puto, cito me ad te eſſe venturum. etſi vide, quaeſo, ſatisne rectum ſit, nos hoc tanto incendio ciuitatis[2]
in iſtis locis[3] eſſe. Dabimus ſermonem iis[4], qui 3
neſciunt, nobis, quocunque in loco ſimus, eundem cultum[5], eundem victum[6] eſſe. quid refert[7]? tamen in ſermonem incidemus[8]. Valde, id credo, laborandum eſt, ne, cum omnes[9] in omni 4
genere & ſcelerum & flagitiorum volutentur[10], noſtra

III.

1. neceſſario ei aliquam epiſtolam dedi. 2. in tanta calamitate ciuitatis. 3. in Baiis. 4. patiamur autem, vt ii ſic loquantur de nobis. 5. viuendi conſuetudinem. 6. im Eſſen vnd Trincken. 7. was iſt aber daran gelegen? 8. quicquid agamus, tamen homines loquantur de nobis. 9. homines. 10. ſich herumb weltzen wie die Schwein.

11. noſtra

Digitized by Google

noſtra nobiſcum, aut inter nos ceſſatio [11] vitupe-
5 retur. Ego vero, neglecta barbarorum inſcitia [12], te perſequar [13]. quamuis enim haec ſint miſera, quae ſunt miſerrima, tamen artes noſtrae, neſcio quo modo, nunc vberiores fructus ferre videntur, quam olim ferebant: ſiue quia nulla nunc in re alia adquieſcimus [14], ſiue quod [15] grauitas morbi [16] facit, vt medicinae egeamus; eaque [17] nunc appareat, cuius vim non ſentiebamus, cum [18] va-
6 lebamus. Sed quid ego nunc haec ad te [19], cuius domi naſcuntur [20]? *γλαῦκ' εἰς 'Αθήνας* [21], nihil ſcilicet [22], niſi vt reſcriberes aliquid, me [23] exſpectares. ſic igitur facies.

11. noſtra abſtinentia & moderatio. 12. dum negligo inſcitiam hominum indoctorum. 13. te ſequar. 14. delectamur. 15. quia. 16. in republica, vel, noſtrae calamitatis. 17. medicina. 18. dum. 19. ſcribo. 20. cum talia naſcantur in domo tua, id eſt, cum tu ipſemet hoc ſcias. 21. *noctuam* porto *Athenas*. vide ſupra L. VI. Ep. III. 22. nulla alia ex cauſſa haec ſcribo. 23. & me.

## IV.
## CICERO VARRONI S.

*De Varronis aduentu ex Diodori philoſophi ſententia iocatur ita, vt ad Chryſippi ſententiam accedat.*

ΠΕρὶ δυνατῶν [1] me ſcito κατὰ Διόδωρον κρίνειν [2]. Quapropter ſi venturus ès, ſcito neceſſe eſſe te venire. ſin autem non es [3], τῶν ἀδυνάτων [4] eſt,

IV.

1. de iis, quae poſſibilia ſunt. 2. iuxta Diodorum iudicare. 3. venturus. 4. impoſſibilium eſt, tunc id pertinet ad impoſſibilia.

5. vt

Digitized by Google

eſt, te venire[5]: nunc vide, vtra[6] te κρίσις[7] magis delectet, χρυσιππεία[8] ne, an haec[9], quam noſter Diodotus non concoquebat[10]. Sed de his etiam 2
rebus, otioſi cum erimus, loquemur. hoc etiam κατὰ Χρύσιππον δυνατὸν[11] eſt. De Coctio[12] mihi gratum eſt. nam id etiam Attico mandaram. tu ſi minus ad nos[13], nos accurremus ad te. ſi hortum in bibliotheca habes, deerit nihil[14].

5. vt tu venias. 6. welches von beyden. 7. iudicium. 8. an κρίσις Chryſippi philoſophi? 9. κρίσις. 10. probare non poterat, er konte es nicht leiden oder verdauen. 11. hoc etiam iuxta Chryſippum poſſibile eſt. 12. quod ſcribis. 13. ſi non venies ad nos. 14. tunc deerit nihil ad oblectationem meam.

## V.

## CICERO VARRONI.

*Probat & diem, quo conuenturi ſint, & ſuum Varronisque conſilium, quod ſemel a Caeſare victi ab armis diſceſſerint.*

Mihi vero ad nonas[1] bene[2] maturum videtur fore, neque ſolum propter[3] reipublicae, ſed etiam propter anni tempus. quare diem iſtum probo[4]. Itaque eundem[5] ipſe ſequar. Conſilii 2
noſtri, ne ſi eos quidem[6], qui id ſecuti non ſunt, non poeniteret, nobis poenitendum[7] putarem. ſecuti enim ſumus non ſpem[8], ſed officium[9]. reliqui-

V.

1. circa ſeptimum diem huius menſis. 2. ſatis. 3. tempus. 4. approbo. 5. diem. 6. licet eos quidem non poeniteret. 7. eſſe. 8. victoriae. 9. quod Pompeio debebamus.

liquimus autem non officium, ſed deſperatio-
3 nem[10]. Ita verecundiores[11] fuimus, quam[12] qui
ſe domo[13] non commouerunt: ſaniores[14],
quam[15] qui, amiſſis opibus[16], domum non reuer-
4 terunt. Sed nihil minus fero[17], quam ſeueritatem otioſorum[18]: & quoquo modo res ſe haberet, magis illos vereor, qui in bello[19] occiderunt, quam hos curo, quibus non ſatisfacimus[20], quia[21]
5 viuimus. Mihi ſi ſpatium[22] fuerit in Tuſculanum ante nonas veniendi, iſtic te videbo: ſin minus, perſequar[23] in Cumanum: & ante[24] te certiorem faciam, vt lauatio parata ſit.

10. rem deſperatam reliquimus, cum deſperaremus, pares nos fore Caeſari, rebus noſtris debilitatis. 11. modeſtiores. 12. quam illi. 13. qui otioſi & quaſi neutrales fuerunt. 14. prudentiores fuimus. 15. quam illi. 16. poſtquam omnes vires amiſerunt. 17. perferre poſſum. 18. eorum, qui neutram partem ſequuti ſunt. 19. Africano. 20. qui contenti non ſunt. 21. ideo quia adhuc. 22. tempus ſufficiens. 23. te. 24. antea.

## VI.

## CICERO VARRONI.

*Caeſaris ex Africano bello aduentum nuntiat: & belli ciuilis cauſſam in Pompeium potius, quam in Caeſarem confert. Varronem autem laudat, quod ſe ab armis ad ſtudia, quaſi a tempeſtate in portum, contulerat.*

CAninius noſter me tuis verbis admonuit, vt ſcriberem ad te, ſi quid eſſet[1], quod putarem te ſcire

VI.

1. haberem.

2. ſcias

Digitized by Google

ſcire oportere. Eſt igitur aduentus, ſcilicet[2], Cae- 2
ſaris in exſpectatione. neque tu id ignoras. Sed tamen cum ille ſcripſiſſet, vt opinor, ſe in Alſienſe[3] venturum[4]: ſcripſerunt ad eum ſui[5], ne id faceret: multos ei moleſtos fore ipſumque[6] multis.
Oſtiae[7] videri commodius eum[8] exire[9] poſſe. Id 3
ego non intelligebam, quid intereſſet[10]. Sed tamen Hirtius mihi dixit, & ſe ad eum[11], & Balbum, & Oppium ſcripſiſſe vt ita faceret, homines[12], vt
cognoui, amantes tui. Hoc ego idcirco noſſe te 4
volui, vt ſcires hoſpitium tibi vbi parares, vel potius vbi vtrique[13]. quid enim ille[14] facturus ſit, incertum eſt: & ſimul oſtentaui me iſtis eſſe familiarem, & conſiliis eorum intereſſe. quod ego cur
nolim[15], nihil video. Non enim eſt idem ferre, ſi 5
quid ferendum eſt; & probare, ſi quid probandum non eſt[16]. etſi, quid non probem? quid[17] enim iam ſcio, praeter initia rerum? nam haec in
voluntate fuerunt[18]. Vidi enim (nam tu aberas) 6
noſtros amicos[19] cupere bellum: hunc[20] autem non tam cupere[21], quam non timere. Ergo haec conſilii fuerunt[22], reliqua neceſſaria. vincere autem

2. ſcias licet. 3. praedium. 4. eſſe. 5. amici. 6. moleſtum fore. 7. ad vrbem oſtiam. 8. Caeſarem. 9. exſcendere e nauibus in terram. 10. quoniam par eſt vicinitas, ſiue Caeſar exſcendat ad Alſium, ſiue ad oſtiam. 11. Caeſarem. 12. qui homines. 13. vtrique noſtrum parares. 14. Caeſar. 15. facere. 16. differentia enim eſt, inter id: ferre, ſi quid ferendum eſt; & inter id: probare, ſi quid probandum non eſt. 17. quid eſt enim, quod non probem. 18. haec enim fuerunt in libera electione. 19. Pompeianos. 20. Caeſarem. 21. bellum. 22. haec potuimus deliberare; reliqua autem, quae conſecuta ſunt, fuerunt neceſſaria.



Digitized by Google

7 tem aut hos[23], aut illos[24] neceſſe eſt. Scio, te
ſemper mecum in luctu[25] fuiſſe, cum videremus,
quam illud ingens malum[26] alteriusutrius exerci-
tus & ducum interitu[27]: tum[28] vero extremum
malorum omnium eſſe ciuilis belli victoriam:
quam[29] quidem ego etiam illorum[30] timebam, ad
quos veneramus. crudeliter enim otioſis[31] mina-
bantur: eratque iis & tua inuiſa[32] voluntas, & mea
8 oratio. Nunc vero ſi eſſent noſtri potiti[33], valde
intemperantes fuiſſent. erant enim nobis perira-
ti[34]: quaſi quidquam de noſtra ſalute decreuiſſe-
mus, quod non idem illis cenſuiſſemus[35]: aut qua-
ſi vtilius reipub. fuerit, eos etiam ad beſtiarum[36]
auxilium confugere, quam vel mori, vel cum ſpe,
9 ſi non optima, at aliqua tamen viuere. At in per-
turbata repub. viuimus. quis negat[37]? ſed hoc[38]
viderint ii, qui nulla ſibi ſubſidia ad omnes[39] vitae
ſtatus parauerunt. huc[40] enim vt venirem, ſupe-
10 rior longius, quam volui, fluxit[41] oratio. cum
enim te ſemper magnum hominem duxi[42], tum,
quod his tempeſtatibus[43] es prope ſolus in por-
tu[44], fructusque doctrinae[45] percipis eos, qui ma-
ximi

23. Caeſarianos. 24. Pompeianos. 25. anxietate, triſtitia animi. 26. futurum eſſet. 27. quicunque exercitus vel dux interiret. 28. praeterea etiam vidimus. 29. victoriam. 30. Pompeianorum. 31. neutralibus. 32. exoſa, odioſa. 33. victoriam. 34. valde in nos irati. 35. faciendum eſſe. 36. ad Iubam regem Numidiae, qui elephantis in bello vtebatur. 37. hoc. 38. de hoc. 39. quoscunque, ſiue bonos ſiue aduerſos. 40. ad hoc argumentum epiſtolae. 41. ſe extendit. 42. putaui. 43. hoc tempore calamitoſo. 44. ſecuritate. 45. eruditionis.

46. vti-

Digitized by Google

ximi ſunt, vt ea conſideres, eaque tractes, quorum & vſus[46], & delectatio eſt omnibus iſtorum[47] & actis & voluptatibus anteponenda. Equidem 11
hos tuos Tuſculanenſes dies inſtar eſſe vitae puto[48]: libenterque omnibus omnes opes conceſſerim[49], vt mihi liceat, vi nulla interpellante[50], iſto modo viuere. Quod nos quoque imitamur, vt poſſumus: & in noſtris ſtudiis libentiſſime conquieſcimus. Quis enim hoc non dederit[51] no- 12
bis, vt, cum opera noſtra[52] patria ſiue non poſſit vti, ſiue nolit, ad eam vitam reuertamur, quam multi docti homines, fortaſſe non recte, ſed tamen multi etiam reipub[53]. praeponendam[54] putauerunt? Quae igitur ſtudia magnorum hominum 13
ſententia[55] vacationem[56] habent etiam publici muneris[57], iis[58], concedente repub[59]. cur non abvtamur? Sed plus facio, quam Caninius mandauit. 14
Is enim, ſi quid ego ſcirem, rogarat[60], quod tu neſcires. ego tibi ea narro, quae tu melius ſcis, quam ipſe[61], qui narro. Faciam ergo illud, quod rogatus ſum, vt eorum, quae temporis huius ſint[62], quaeue audiero, ne quid ignores.

VII. CI-

46. vtilitas. 47. Caeſareanorum. 48. equidem puto, te nunc demum viuere, qui viuis in Tuſculano tuo inter litteras & libros. 49. velim concedere. 50. impediente. 51. permiſerit. 52. conſilio & auxilio noſtro. 53. rebus agendis. 54. eſſe. 55. iuxta ſententiam. 56. Befreyung. 57. a publicis officiis. 58. ſtudiis. 59. dum reſpub. id concedit. 60. me, vt aliquid ſcribere vellem. 61. ego. 62. quae cum his temporibus conueniunt.



Digitized by Google

## VII.

# CICERO VARRONI.

*Iam maturum eſſe ait, vt ab urbe diſcedat: & de Caeſaris ex Africano bello redeuntis itinere diverſos rumores nuntiat.*

COenabam apud Seium, cum vtrique noſtrum redditae ſunt a te litterae. Mihi vero iam ma-
2 turum[1] videtur. Nam quod antea calumniatus ſum[2], indicabo malitiam meam: volebam prope alicubi eſſe, ſi quid bonae ſalutis[3], σύν τε δύ' ἐρχομένω[4]. nunc, quum confecta ſunt omnia, dubi-
3 tandum non eſt, quin equis viris[5]. Nam vt audivi de L. Caeſare F. mecum ipſe, *quid hic mihi faciet patri*[6]? itaque non deſino apud iſtos, qui nunc dominantur, coenitare. quid faciam? tempori ſeruiendum eſt. Sed ridicula miſſa[7]; praeſertim cum ſit nihil[8], quod rideamus.

4 *Africa terribili tremit horrida terra tumultu*[9].

Itaque nullum eſt ἀπροηγμένον[10], quod non ve-
5 rear. Sed quod quaeris, quando, qua[11], quo[12], nihil

VII.

1. maturo tempore allatas eſſe litteras. 2. falſo praetextu vſus ſum. 3. poſſet mihi obtingere. 4. duobus ſimul proficiſcentibus. ex Homeri Iliad. k. v. 244. 5. obuiam eamus Caeſari omni conatu ac ſtudio. 6. ego tunc ipſe cogitabam mecum: ſi is occidit L. Caeſarem, ſuum cognatum, quid hic faciet mihi? ex Terentii Andria Act. 1. Sc. 1. v. 85. 7. faciamus. 8. cum iam non habeamus cauſſam ridendi & iocandi. 9. verſus Ennii. 10. *promotum.* vox Stoicorum, quam ipſe Cicero ſic explicat de Finibus III. 16. 11. qua ratione, vel per quae loca. 12. wohin.

13. non-

Digitized by Google

nihil adhuc ſcimus. Iſtuc ipſum de Baiis nonnulli dubitant[13], an per Sardiniam veniat[14]. Illud enim adhuc praedium ſuum non inſpexit: nec vllum habet deterius[15]: ſed tamen non contemnit. ego omnino magis arbitror per Siciliam[16]: vel iam[17] ſciemus. aduentat enim Dolobella. eum puto magiſtrum fore[18],

πολλοὶ μαθηταὶ κρείττονες διδασκάλων[19].

Sed tamen ſi ſciam quid tu conſtitueris, meum 6
conſilium accommodabo potiſſimum ad tuum. quare exſpecto tuas litteras.

13. nonnulli dubitant, an Caeſar venturus ſit ad Baias. 14. venturus ſit. 15. peius praedium. 16. eum eſſe venturum. 17. proxime. 18. ille me docebit de hac re. 19. multi diſcipuli meliores ſunt magiſtris.

## VIII.

## CICERO VARRONI

*Promiſerat Varro Ciceroni ſe libros dicaturum: Cicero eum promiſſi admonet miſſis quatuor Academiarum quaeſtionum.*

ETſi munus[1] flagitare, quamuis quis oſtenderit[2], ne populus quidem ſolet, niſi concitatus[3]; tamen ego exſpectatione[4] promiſſi tui moueor, vt admoneam te, non vt flagitem. Miſi autem ad 2
te quatuor admonitores non nimis verecundos. Noſti enim profecto os illius adoleſcentioris[5] Acade-



1. donum. 2. ſe velle dare. 3. quando concitatus eſt. 4. per exſpectationem. 5. loquendi conſuetudinem Academiae recentioris, quae paullo aliter ſolet loqui, quam vetus illa.



Digitized by Google

Academiae. Ex ea igitur media[6] excitatos[7]
miſi, qui, metuo, ne te forte flagitent: ego autem
3 mandaui[8], vt[9] rogarent. Exſpectabam omnino
iamdiu, meque ſuſtinebam[10], ne ad te prius ipſe
quid ſcriberem, quam aliquid accepiſſem, vt poſ-
ſem te remunerari quam ſimillimo munere: ſed
cum tu tardius faceres, id eſt, vt ego interpretor,
diligentius[11]; teneri[12] non potui, quin coniun-
ctionem ſtudiorum, amorisque noſtri, quo poſ-
4 ſem[13], litterarum genere declararem. Feci[14] igi-
tur ſermonem, inter nos habitum in Cumano,
cum eſſet vna[15] Pomponius. tibi dedi partes An-
tiochinas[16]: quas a te probari intellexiſſe mihi
5 videbar[17]: mihi ſumſi Philonis[18]. Puto fore, vt,
cum legeris[19], mirere, nos id locutos eſſe inter
nos, quod nunquam locuti ſumus: ſed noſti mo-
6 rem dialogorum. Poſt haec autem, mi Varro,
quam plurima, ſi videtur[20], & de nobis inter nos[21]
ſero fortaſſe: ſed ſuperiorum temporum fortu-
7 na reipub. cauſſam ſuſtineat[22]. Haec ipſi prae-
ſtare[23] debemus. atque vtinam quietis[24] tem-
poribus, atque aliquo ſi non bono[25], at ſaltem
certo ſtatu ciuitatis, haec inter nos ſtudia exer-
cere

6. Academia. 7. libros deſumtos. 8. illis. 9. te. 10. abſtinebam. 11. maiori diligentia. 12. tenere me. 13. quo genere litterarum poſſem. 14. conſcripſi; elaboraui dialogum. 15. apud nos. 16. Antiochi philoſophi perſonam. 17. quas partes a te probari ego videbar mihi intellexiſſe. 18. partes defendendas. 19. hos dialogos. 20. tibi placet. 21. non de aliis perſonis. 22. excuſet nos, quod ſero id faciamus. 23. dauor müſſen wir ſelbſt gut ſeyn oder cauiren. 24. tranquillis. 25. in bono.

26. illo

Digitized by Google

cere poſſemus. Quamquam tum[26] quidem vel 8
aliae quaepiam rationes[27] honeſtas nobis & cu-
ras & actiones darent: nunc autem quid eſt[28], ſine
his[29] cur viuere velimus? Mihi vero cum his ipſis
vix[30], his autem detractis[31], ne vix quidem[32].
Sed haec coram, & ſaepius[33]. Migrationem[34] & 9
emtionem[35] feliciter euenire volo[36], tuumque in
ea re conſilium probo. Cura vt valeas.

26. illo tempore. 27. cauſſae, materiae. 28. quamobrem, ex qua cauſſa velimus. 29. ſtudiis. 30. viuendum eſt. 31. ſi vero contingat, vt etiam ſtudia mihi eripiantur. 32. viuere poſſum. 33. loquar tecum. 34. in nouam domum. 35. domus. 36. gratulor tibi.

## IX.
## DOLABELLA CICERONI S. D.

Dolabella ſocero ſuo ſuadet, vt ſe vel cum Caeſare coniungat, vel in otium ſe referat. quod idem Coelius ſuaſerat lib. VIII. epiſt. XVI.

*SI vales, gaudeo: & [1] ipſe valeo, & Tullia noſtra[2] recte valet. Terentia[3] minus belle[4] habuit: ſed certum ſcio iam conualuiſſe eam. praeterea rectiſſime ſunt apud te[5] omnia. Etſi nullo tempore* 2
*in ſuſpicionem tibi debui venire, partium cauſſa potius[6], quam tua[7], tibi ſuadere, vt te aut cum Caeſare nobiſcunque[8] coniungeres, aut certe in otium referres[9], praecipue nunc iam inclinata victoria[10]; ne poſ-*

IX.

1. ego etiam. 2. filia tua & mea vxor. 3. tua vxor. 4. non ſatis recte ſe habuit, hactenus valuit. 5. in domo & familia tua. 6. mehr vmb deiner Parthey willen. 7. cauſſa. 8. & nobiſcum. 9. te conferres, redires ad quietem ex bello. 10. poſtquam victoria ſe nunc inclinauit ad partes Caeſaris.



Digitized by Google

*ne poſſum quidem in vllam aliam incidere opinionem, niſi in eam. in qua ſcilicet tibi ſuadere vi-*
3 *dear, quod pie*[11] *tacere non poſſum. Tu autem, mi Cicero, ſic haec accipies*[12]*, vt, ſiue probabuntur*[13] *tibi, ſiue non probabuntur, ab optimo certe animo ac deditiſſimo*[14] *tibi & cogitata & ſcripta eſſe iudices.*
4 *Animaduertis, Cn. Pompeium nec nominis ſui, nec rerum geſtarum gloria*[15]*, neque etiam regum ac nationum clientelis*[16]*, quas oſtentare*[17] *crebro ſolebat, eſſe tutum: & hoc etiam, quod infimo cuique contigit, illi*[18] *non poſſe contingere, vt honeſte*[19] *effugere poſſit, pulſo*[20] *Italia, amiſſis Hiſpaniis*[21]*, capto exercitu veterano, circumuallato*[22] *nunc denique: quod neſcio, an vlli vnquam noſtro acciderit impe-*
5 *ratori. Quamobrem, quid aut ille ſperare poſſit, aut tu, animum aduerte*[23] *pro tua prudentia: ſic enim facillime quod tibi vtiliſſimum erit conſilii ca-*
6 *pies. Illud autem a te peto, vt, ſi iam ille euitauerit hoc periculum, & ſe abdiderit in claſſem*[24]*, tu tuis rebus conſulas, & aliquando tibi potius, quam*
7 *cuiuis ſis amicus*[25]*. Satisfactum eſt iam a te vel officio, vel familiaritati: ſatisfactum etiam partibus*[26]*, & ei reipub. quam tu probabas*[27]*: reliquum*

*eſt,*

11. mit gutem Gewiſſen. 12. interpretaberis. 13. placebunt. 14. qui tibi maxime deditus eſt. 15. per gloriam. 16. per clientes ſuos, inter quos ſunt etiam reges & integrae nationes. 17. iactare glorioſe. 18. Pompeio. 19. mit Ehren. 20. Pompeio qui pulſus eſt ex Italia. 21. poſtquam Hiſpaniae ſunt amiſſae. 22. qui exercitus ad Dyrrachium circumuallatus & circumdatus eſt a Caeſaris militibus. 23. attende, conſidera, expende. 24. in naues ad fugam paratas. 25. & ſis potius tibi amicus, quam aliis. 26. ad quas te contuliſti. 27. laudabas. 28. quam

Digitized by Google

eſt, vbi nunc eſt reſpub. ibi ſimus potius, quam[28], dum illam veterem ſequimur, ſimus in nulla. Qua- 8
re velim, mi iucundiſſime Cicero, ſi forte Pompeius pulſus his[29] quoque locis, rurſus alias regiones petere[30] cogatur, vt tu te vel Athenas, vel in quamuis quietam recipias ciuitatem. quod ſi eris facturus, velim mihi ſcribas, vt ego, ſi vllo modo potero, ad te aduolem[31]. Quaecunque de tua dignitate 9
ab imperatore erunt impetranda, qua eſt humanitate Caeſar[32], facillimum erit ab eo tibi ipſi[33] impetrare: & meas tamen preces apud eum non minimum auctoritatis habituras puto. Erit tuae quo- 10
que fidei, & humanitatis curare[34], vt is tabellarius, quem ad te miſi, reuerti poſſit ad me: & a te mihi litteras referat.

28. quam vt ſimus in nulla rep. 29. ex his. 30. ſe conferre, fugere. 31. celeriter veniam. 32. quoniam Caeſar vir humaniſſimus eſt. 33. pro te ipſo. 34. efficere, id agere.

## X.

## CICERO P. DOLABELLAE S. D.

*Inter Niciam & Viduum iudex in cauſſa, vt videtur, pecuniaria, conſtitutus, quod grammaticus Nicia erat, per iocum ad grammaticos adludit: etiam de P. Syllae morte iocoſe ſcribit.*

NOn ſum auſus Saluio noſtro nihil ad te litterarum dare. nec mehercule habebam, quid ſcriberem, niſi te a me mirabiliter amari: de quo, etiam nihil ſcribente me[1], te non dubitare certo ſcio.

X.

1. quamuis etiam ego nihil ſcriberem.



Digitized by Google

2 ſcio. Omnino mihi magis litterae ſunt exſpe-
ctandae a te, quam a me tibi[2]. nihil enim Romae
geritur, quod te putem ſcire curare[3]: niſi forte
ſcire vis, me inter Niciam noſtrum & Vidium iu-
3 dicem eſſe. Profert alter (vt opinor) duobus
verſiculis expenſum[4] Niciae: alter Ariſtarchus
hos ὀβελίζει[5]. Ego tanquam criticus[6] antiquus
iudicaturus ſum, vtrum[7] ſint τοῦ ποιητοῦ[8], παρεμβε-
4 βλημένοι[9]. Puto nunc dicere, oblituſne es igi-
tur fungorum[10] illorum, quos[11] apud Niciam?
&[12] ingentium culinarum[13] cum Sophia[14] Se-
ptimiae? Quid? ego[15]? adeo tu mihi excuſſam[16]
ſeueritatem veterem putas, vt ne in foro quidem
5 reliquiae priſtinae frontis[17] appareant? Sed ta-
men ſuauiſſimum συμβιώτην[18] noſtrum praeſta-
bo integellum[19]: nec committam, vt, ſi ego eum
condemnaro, tu[20] reſtituas: ne habeat Burſa
6 Plancus, apud quem litteras diſcat. Sed quid
ago? cum mihi ſit incertum tranquillone ſis ani-
mo, an,

2. ego potius debeo exſpectare tuas litteras, quam tu meas. 3. velle. 4. datam pecuniam Niciae. 5. expungit, obeliſco notat. 6. Grammaticus. 7. an hi verſus. 8. poëtae, a poëta facti. 9. interiecti, non genuini, eingeſchoben. 10. Schwämme. 11. comediſti. 12. & oblituſne es. 13. delicatorum ciborum. 14. ſapientia coquinaria ſeu culinaria. *Equidem Iodocus Badius Aſcenſius Sophiam accipit pro nomine proprio feminae; verum enim vero inter Romanarum feminarum nomina dubito an Sophiae nomen vllibi reperiatur. quod expendentibus nobis haec in mentem venit interpretatio, a nullo interpretum, quod ſimus, tradita.* 15. egone oblitus ſim? 16. reiectam eſſe. 17. ſeueritatis. 18. conuictorem noſtrum Niciam, vnſern Tiſch-Compagnon. 19. liberum a damnatione. 20. cum.

21. fieri

Digitized by Google

mo, an, vt in bello[21], in aliqua maiuſcula cura, ne-
gotioue verſere, labor longius[22]. Cum igitur
mihi erit exploratum[23] te libenter eſſe riſurum,
ſcribam ad te pluribus. Te tamen hoc ſcire vo- 7
lo, vehementer populum ſollicitum fuiſſe de P.
Syllae morte ante, quam certum ſcierit[24]: nunc
quaerere deſierunt, quomodo perierit[25]: ſatis[26]
putant ſe ſcire, quod ſciunt. Ego, ceteroqui ani-
mo aequo fero[27]: vnum vereor, ne haſta Caeſa-
ris refrixerit[28]. Vale.

21. fieri ſolet. 22. meus ſermo fit longior. 23. quando igitur ego certo ſciam. 24. de eius morte. 25. ille. 26. ſatis eſſe, ſufficere. 27. eius mortem. 28. ne haſta, ad quam bona Pompeianorum a Caeſare publicabantur, tardior nunc fiat per mortem Syllae, qui haec bona diligenter emebat.

## XI.

## CICERO DOLABELLAE.

*Tulliolae mortem Dolabellae, etiam poſt diuortium, ſignificat, in cuius conſuetudine ſolatium ſibi fore ait. Suos obtrectatores a Dolabella refutari vult, ab eodemque ſe amari. Scripta Caeſare quartum conſule.*

VEl[1] meo ipſius interitu mallem litteras meas deſiderares, quam[2] eo caſu, quo ſum grauiſſime adflictus: quem[3] ferrem certe moderatius[4], ſi te haberem[5]. nam & oratio tua prudens, & amor

erga

XI.

1. Ego optarem ſane, vt etiam cum meo interitu. 2. quam vt eas deſiderares hoc caſu, & morte filiae meae Tulliolae. 3. caſum. 4. maiori cum patientia & moderatione. 5. mecum.

6. con

Digitized by Google

2 erga me ſingularis multum leuaret [6]. Sed quoniam breui tempore, vt opinio noſtra eſt, te ſum viſurus: ita me adfectum [7] offendes [8], vt multum a te poſſim iuuari [9]: non quod [10] ita [11] ſim fractus [12], vt aut hominem me eſſe oblitus ſim, aut fortunae ſuccumbendum [13] putem: ſed tamen hilaritas illa noſtra & ſuauitas, quae te praeter ceteros delectabat, erepta mihi omnis eſt: firmitatem tamen, & conſtantiam, ſi modo fuit [14] aliquando in nobis, eandem cogno-
3 ſces, quam reliquiſti [15]. Quod ſcribis, proelia [16] te mea cauſſa [17] ſuſtinere, non tam id laboro [18], vt, ſi qui mihi obtrectent, a te refutentur, quam [19] intelligi cupio, quod certe intelligitur, me a te amari.
4 Quod vt facias, te etiam atque etiam rogo: ignoſcasque breuitati litterarum mearum: nam & celeriter vna [20] futuros nos arbitror: & nondum ſatis confirmatus [21] ſum ad ſcribendum [22].

6. conſolaretur. 7. triſtem. 8. inuenies. 9. erigi ſolatio. 10. quaſi, als ob. 11. vsque adeo. 12. debilitatus, triſtis. 13. eſſe. 14. talis virtus. 15. in me, cum ego diſcederem abs te. 16. concertationes & diſputationes cum obtrectatoribus meis. 17. propter me. 18. curo. 19. quam potius. 20. ſimul, inuicem. 21. gefaſſet, auffgemuntert. 22. prolixiores epiſtolas.

## XII.

## CICERO DOLABELLAE.

*Dolabellae gratulatur de Baiarum ſalubritate, & orationem pro Deiotaro mittit.*

GRatulor Baiis [1] noſtris: ſiquidem, vt [2] ſcribis, ſalu-

XII.

1. Aquis ſalubribus Baiarum, oppidi in Campania: Gratulor tibi de aquis noſtris. 2. quemadmodum.

3. illae

Digitized by Google

ſalubres repente factae ſunt[3]: niſi forte te amant[4],
& tibi adſentantur[5], & tamdiu, dum tu ades,
ſunt oblitae ſui[6]: quod quidem, ſi ita eſt, minime
miror, coelum[7] etiam & terras vim ſuam, ſi tibi
ita conueniat[8], dimittere. Oratiunculam pro 2
Deiotaro[9], quam requirebas[10], habebam mecum,
quod non putaram. Itaque eam tibi miſi. quam
velim[11] ſic legas, vt cauſſam tenuem & inopem[12],
nec ſcriptione[13] magnopere dignam. ſed ego hoſpiti[14] veteri, & amico munuſculum mittere volui
leuidenſe[15], craſſo filo[16], cuiuſmodi ipſius[17] ſolent eſſe munera. Tu velim animo ſapienti forti- 3
que[18] ſis: vt tua moderatio & grauitas aliorum infamet[19] iniuriam[20]. Vale.

3. illae aquae tibi repente reddiderunt ſanitatem. 4. illae aquae. 5. blandiuntur. 6. dum tu praeſens es, illae aquae dimiſerunt naturam ſuam. 7. quod coelum ſeu aër etiam & terrae dimittant. 8. vtile ſit. 9. rege habitam. 10. poſtulabas a me. 11. rogo, vt. 12. tanquam, velut argumentum, orationem, quae caret argumentis & ornatu. 13. & quae materia vix digna fuit, de qua oratio ſcriberetur. 14. huic regi Deiotaro, cum quo habeo iura hoſpitii. 15. tenue, vile. 16. quod eſt exigui pretii; vt filum craſſum, ita oratio craſſa, ſeu parum elaborata, non ornata, nicht ausgepuzt. 17. regis, qui non admodum liberalis erat. 18. opto, vt tu habeas animum ſapientem & fortem. 19. beſchimpfen möge. 20. qua te afficere hactenus voluerunt.

## XIII.

## CICERO DOLABELLAE.

*Rogat vt Suberino & Planio reditum in patriam a Caeſare impetret, eosque ita excuſat, vt oſtendat, caſu quodam & neceſſitate coactos Pompeii partes in Hiſpania ſecutos eſſe.*



Digitized by Google

C. Suberinus Calenus & meus eſt familiaris, &
Leptae noſtri familiariſſimi perneceſſarius[1].
Is cum vitandi belli cauſſa[2] profectus eſſet in Hi-
ſpaniam cum M. Varrone ante bellum, vt in ea
prouincia eſſet, in qua nemo noſtrum[3], poſt Afra-
nium ſuperatum[4], bellum vllum fore putarat: in-
cidit in ea ipſa mala[5], quae ſummo ſtudio vitaue-
2 rat. Oppreſſus eſt enim bello repentino: quod bel-
lum commotum[6] a Scapula ita poſtea confirma-
tum[7] eſt a Pompeio, vt nulla ratione ſe ab illa mi-
ſeria eripere poſſet. Eadem cauſſa fere eſt[8] M.
Planii Heredis, qui eſt item[9], vt Calenus, Leptae
3 noſtri familiariſſimus. Hoſce igitur ambo[10] ſic ti-
bi commendo, vt maiore cura, ſtudio, ſollicitudi-
ne animi commendare non poſſim. Volo ipſo-
rum cauſſa[11]: meque in eo[12] vehementer & ami-
4 citia mouet & humanitas[13]. Lepta vero cum ita
laboret[14], vt eius fortunae videantur in diſcri-
men[15] venire: non poſſum ego non aut proxi-
me[16], atque[17] ille, aut etiam aeque[18] laborare.
5 Quapropter etſi ſaepe expertus ſum, quantum
me amares; tamen ſic velim tibi perſuadeas, id
6 me in hac re maxime iudicaturum[19]. Peto igitur
a te,

XIII.

1. maxime amicus, coniunctiſſimus. 2. vt bellum poſſet euitare. 3. ex noſtris. 4. poſtquam Afranius erat ſuperatus. 5. calamitatem. 6. excitatum. 7 vsque adeo corroboratum eſt. 8. faſt eben ſo ſtehet es mit. 9. pariter. 10. ambos. 11. ego ipſorum cauſſae. faueo. 12. in ea commendatione. 13. tua. 14. angatur. 15. periculum. 16. bey nahe eben ſo. 17. quam. 18. eben ſo. 19. eſſe.

20. ora

Digitized by Google

a te, vel, ſi pateris, oro[20], vt homines miſeros, & fortuna[21], quam vitare nemo poteſt, magis, quam culpa[22] calamitoſos, conſerues incolumes: velisque per te[23], me hoc muneris[24] cum[25] ipſis amicis hominibus, tum municipio[26] Caleno, quocum mihi magna neceſſitudo eſt, tum Leptae, quem omnibus antepono, dare. Quod dicturus 7
ſum, puto equidem non valde ad rem pertinere; ſed tamen nihil obeſt dicere[27]. res familiaris alteri eorum valde exigua eſt[28]: alteri vix equeſtris[29].
quapropter quum[30] his Caeſar vitam ſua[31] libe- 8
ralitate conceſſit, nec eſt[32] quod iis praeterea magnopere poſſit adimi; reditum, ſi me tantum amas, quantum certe amas, hominibus confice[33].
In quo nihil eſt[34], praeter viam longam: quam 9
idcirco non fugiunt[35], vt & viuant[36] cum ſuis, & moriantur domi. Quod vt enitare[37] conten- 10
dasque, vel potius vt perficias (poſſe[38] enim te mihi perſuaſi) vehementer te etiam atque etiam rogo.

XIV.

20. *orare*, maius eſt, quam *petere*. 21. propter fortunam aduerſam. 22. per ſuam culpam. 23. per tuum auxilium. 24. vt ego dem hoc beneficium. 25. ſo wohl. 26. qui municeps meus eſt. 27. non tamen nocet, vt ego hoc dicam. 28. vnus eorum valde exiguam rem familiarem habet. 29. alter autem vix tantam habet rem familiarem, quae ſufficiat ad tuendam equeſtrem dignitatem. 30. quia. 31. per ſuam. 32. nec quidquam ſupereſt. 33. effice, vt hi homines accipiant ſuos reditus. 34. nihil, quod impedimento eſſe poſſit. 35. verentur. 36. viuere poſſint. 37. labores, cures efficere. 38. te enim illud poſſe perficere.



Digitized by Google

## XIV.

## CICERO DOLABELLAE COS. S. D.

*Laudat Dolabellam, quod columnam, quaſi aram mortuo Caeſari, ut deo, erectam, everterit, & animaduerſione in eos qui contra libertatem tumultuabantur, vſus fuerit. Scripta paullo poſt necem Caeſaris.*

ETſi contentus eram mi Dolobella, tua gloria [1], ſatisque ex ea magnam laetitiam, voluptatemque [2] capiebam; tamen non poſſum non confiteri [3], cumulari [4] me maximo gaudio, quod [5] vulgo hominum opinio ſocium me adſcribat tuis lau-
2 dibus [6]. Neminem conueni [7] (conuenio autem quotidie plurimos: ſunt enim permulti optimi viri, qui valetudinis cauſſa [8] in haec loca [9] veniant, praeterea ex municipiis [10] frequentes [11] neceſſarii [12] mei) quin omnes, cum te ſummis laudibus ad caelum extulerunt, mihi [13] continuo [14]
3 maximas gratias agant. Negant enim ſe dubitare [15], quin tu meis praeceptis & conſiliis obtemperans, praeſtantiſſimum te ciuem & ſingularem
4 conſulem praebeas. Quibus ego quamquam veriſſime [16] poſſum reſpondere, te, quae facias, tuo indi-

XIV.

1. cum tua gloria. 2. delectationem. 3. oportet vt fateor. 4. me habere maximum gaudium ideo. 5. quia. 6. vulgus dicit, me eſſe participem laudum tuarum. 7. ad neminem veni. 8. propter curam valetudinis. 9. ad ſalubres Baiarum aquas. 10. ex liberis oppidis. 11. multi. 12. amici. 13. etiam. 14. ſtatim. 15. illi enim dicunt, ſe non dubitare. 16. iuxta veritatem.

17. nach

Digitized by Google

iudicio[17] & tua ſponte[18] facere, nec cuiusquam
egere[19] conſilio: tamen neque plane adſentior[20],
ne imminuam tuam laudem, ſi omnis[21] a meis
conſiliis profecta[22] videatur: neque valde ne-
go[23]. ſum enim auidior etiam, quam ſatis eſt, glo-
riae[24]. Et tamen non alienum a dignitate tua[25], 5
quod ipſi Agamemnoni regi regum[26] fuit hone-
ſtum[27], habere aliquem in conſiliis capiundis
Neſtorem[28]: mihi vero glorioſum[29], te iuuenem
conſulem florere laudibus[30], quaſi alumnum
diſciplinae meae[31]. L. quidem Caeſar, cum ad eum 6
aegrotum Neapolim veniſſem, quamquam erat
oppreſſus[32] totius corporis doloribus, tamen an-
te, quam me plane ſalutauit[33], ó mi Cicero, inquit,
gratulor tibi, cum[34] tantum vales[35] apud Dola-
bellam, quantum, ſi ego apud ſororis filium[36]
valerem, iam ſalui eſſe poſſemus[37]. Dolabellae 7
vero tuo[38] & gratulor, & gratias ago: quem qui-
dem poſt te conſulem ſolum poſſumus vere[39]
conſu-

17. nach deinem eigenen guten Verſtande. 18. ſine meo hortatu & impulſu. 19. opus habere. 20. ipſis praebeo aſſenſum. 21. tota haec tua laus. 22. prouenire, profluere. 23. ich bin es aber doch auch nicht gäntzlich in Abrede. 24. ego enim ſum cupidior gloriae, quam id fortaſſis decet. 25. hoc decet te omninq 26. quomodo ille appellatur ab Homero. 27. decorum. 28. ſenem & prudentem Conſiliarium. 29. eſt. 30. te laudari. 31. quaſi meum diſcipulum in arte regnandi. 32. quanquam ille maximos dolores ſentiebat in toto corpore. 33. ehe er mir noch das Gegen-Compliment machte. 34. quoniam, dum. 35. auctoritate tua. 36. M. Antonium. 37. iam ſalua poſſet eſſe reſp. 38. olim genero, nunc autem amico. 39. omni iure.

conſulem dicere[40]. deinde multa de facto[41] ac de re geſta[42]: tum[43] nihil magnificentius, nihil praeclarius actum[44] vnquam, nihil reipub. ſalutarius[45]. atque haec vna vox[46] omnium[47] eſt.
8 A te autem peto, vt me hanc quaſi falſam hereditatem alienae gloriae ſinas cernere[48]; meque aliqua ex parte in ſocietatem tuarum laudum venire patiare[49]. quamquam mi Dolabella (haec enim iocatus ſum) libentius[50] omnes meas, ſi modo ſunt aliquae meae laudes, ad te tranſfuderim[51], quam[52] aliquam partem exhauſerim[53]
9 ex tuis[54]. Nam cum te ſemper tantum dilexerim, quantum tu intelligere potuiſti: tum his tuis factis[55] ſic incenſus ſum[56], vt nihil vnquam in amore fuerit ardentius. Nihil eſt enim, mihi crede, virtute[57] formoſius, nihil pulchrius, nihil
10 amabilius. Semper amaui, vt ſcis, M. Brutum propter eius ſummum ingenium, ſuauiſſimos mores, ſingularem probitatem atque conſtantiam: tamen idibus Martiis[58] tantum acceſſit ad amorem[59], vt mirarer locum fuiſſe augendi in eo[60], quod mihi iam pridem cumulatum[61] etiam videbatur.

40. appellare. 41. de ſtatua Caeſaris euerſa tuo iuſſu. 42. ac de tota hac re multa dixit Lucius Caeſar. 43. dicebat ille porro. 44. fuiſſe. 45. & nihil, quod vtilius fuiſſet reipublicae. 46. oratio, iudicium, opinio. 47. hominum. 48. adire; vt ego quaſi particeps fiam & velut haeres huius tuae gloriae. 49. permittas. 50. viel lieber. 51. in te vellem conferre. 52. quam vt. 53. vellem abripere. 54. laudibus. 55. de quibus loquor. 56. amore erga te. 57. quam virtus. 58. die xv. Martii. 59. erga te. 60. amore. 61. ſatis ingens, maximum.

62. wer

batur. Quis erat, qui putaret[62] ad eum amo- 11
rem, quem erga te habebam, poſſe aliquid acce-
dere? tantum[63] acceſſit, vt mihi nunc denique
amare videar, antea dilexiſſe[64]. Quare quid eſt, 12
quod ego te horter[65], vt dignitati & gloriae ſer-
vias[66]? proponam tibi claros viros, quod face-
re ſolent[67], qui hortantur[68]? neminem habeo cla-
riorem, quam te ipſum. te imitere oportet[69]: te-
cum ipſe certes[70]: ne licet quidem tibi, iam tan-
tis rebus geſtis[71], non tui ſimilem[72] eſſe. Quod 13
cum ita ſit, hortatio non eſt neceſſaria, gratula-
tione magis vtendum eſt. Contigit enim tibi,
quod haud ſcio an nemini[73], vt ſumma ſeueritas
animaduerſionis[74] non modo non inuidioſa[75],
ſed etiam popularis[76] eſſet: & cum[77] bonis
omnibus, tum[78] infimo cuique gratiſſima. Hoc 14
ſi tibi fortuna quadam[79] contigiſſet, gratularer
felicitati tuae: ſed contigit magnitudine tum ani-
mi[80], tum etiam ingenii atque conſilii[81]. Legi
enim

62. wer hätte doch immermehr dencken ſollen. 63. & tamen tantum acceſſit ad priſtinum amorem erga te. 64. *amare* eſt maius, *diligere* minus. 65. cur vero ego te horter? 66. wohl warnehmeſt. 67. illi ſolent. 68. alios. 69. oportet itaque, vt te ipſum imiteris in poſterum & pergas ita facere, vti hactenus. 70. & neceſſe eſt, vt teipſum vincere ſtudeas, durch ferners Wohluerhalten. 71. poſtquam tantas res geſſiſti. 72. aliter in poſterum agere, quam hactenus egiſti. 73. alicui. 74. poenae in ciues ſeditioſos. 75. non modo nullam inuidiam attulerit. 76. populo placeret. 77. tam. 78. tam etiam infimis hominibus. 79. caſu quodam fortuito. 80. tam animi. 81. quam etiam per magnitudinem ingenii atque conſilii tui.



Digitized by Google

enim concionem tuam[82]. nihil illa ſapientius[83]. Ita pedetentim[84], & gradatim tum acceſſus a te ad cauſſam facti[85], tum receſſus[86]: vt res ipſa maturitatem tibi animaduertendi omnium conceſ-
15 ſu daret[87]. Liberaſti igitur & vrbem[88] periculo[89], & ciuitatem[90] metu[91]: neque ſolum ad tempus[92] maximam vtilitatem attuliſti[93], ſed etiam
16 ad exemplum[94] facti. Quo facto[95] intelligere[96] debes in te repoſitam eſſe rempub[97]. tibique non modo tuendos[98], ſed etiam ornandos[99] eſſe illos viros[100], a quibus initium libertatis profectum eſt[1].
17 Sed his de rebus coram plura propediem[2], vt[3] ſpero. Tu quum rempub. nosque[4] conſeruas, fac vt diligentiſſime te ipſum, mi Dolabella, cuſtodias[5]. Vale.

XV.

82. orationem, quam habuiſti ad populum. 83. nullum legi ſcriptum, quod ſapientius eſſet, quam haec tua oratio. 84. quaſi per gradus, non praecipitanter. 85. huius, ad commemorationem cauſſarum, ob quas iuſſeris ſtatuam Caeſaris euerti. 86. tum etiam pedetentim facti ſunt receſſus, ita paulatim receſſiſti ab hac narratione. 87. vt res ipſa te hortaretur ad hoc faciendum ſine mora, tum omnium conſenſu. 88. Romam. 89. a periculo incendii. 90. ciues. 91. a metu caedis. 92. praeſens. 93. paraſti, zu wege gebracht. 94. vt alii etiam boni viri hoc tuum exemplum imitentur. 95. ex quo facto tuo. 96. cognoſcere. 97. quod tu ſolus conſerues remp. quod reſp. in te ſolum coniiciat oculos. 98. protegendos, defendendosque. 99. honorandos, zu befördern. 100. Brutum, Caſſium, & reliquos coniuratos contra Caeſarem. 1. venit. 2. proxima occaſione. 3. veluti. 4. ciues Romanos. 5. in acht nehmeſt.

## XV.

# CICERO PAETO S.

*Duabus epiſtolis reſpondet, priori, de valetudine, & illius in ſe amore, ac iucunditate: alteri, nihil referre, vtrum Romae ſit, an Neapoli, cum Romae vnius nutu regantur omnia. Scripta paullo ante, quam Caeſar ad Hiſpanienſe bellum exiret.*

DVabus tuis epiſtolis reſpondebo, vni [1], quam triduo ante [2], acceperam a Zetho; alteri [3], quam attulerat Phileros tabellarius. Ex prioribus tuis 2
litteris intellexi, pergratam tibi eſſe curam meam valetudinis tuae: quam [4] tibi perſpectam [5] eſſe gaudeo: ſed, mihi crede, non perinde vt eſt, re ipſa abſens ex litteris perſpicere potuiſti [6]. Nam cum 3
a ſatis multis (non enim poſſum aliter dicere) & coli [7] me videam & diligi, nemo eſt illorum omnium mihi te iucundior [8]. Nam quod [9] me amas, 4
quod [10] id & iam pridem & conſtanter facis, eſt id quidem magnum, atque haud ſcio, an maximum; 5
ſed tibi commune cum multis [11]: quod [12] tu ipſe tam amandus es, tamque dulcis, tamque in omni genere iucundus, id eſt proprie tuum [13]. Accedunt non

### XV.

1. epiſtolae. 2. ante tres dies. 3. epiſtolae. 4. curam meam. 5. notiſſimam. 6. ſed crede mihi, non potuiſti perſpicere abſens magnitudinem mei amoris ex litteris, quantus ille eſt re ipſa. 7. reſpectiret. 8. nemo ex illis omnibus tam iucundus mihi eſt, quam tu. 9. daſs. 10. daſs. 11. hoc tibi eſt commune cum multis aliis. 12. quoniam, daſs aber. 13. hoc tu prae ceteris proprium habes.

non Attici[14], ſed ſalſiores[15], quam illi Atticorum[16],
5 Romani veteres atque vrbani ſales. Ego autem
(exiſtimes licet quod lubet[17]) mirifice capior[18]
facetiis, maxime noſtratibus[19]: praeſertim cum
eas videam primum oblitas Latio tum[20], cum in
vrbem noſtram eſt infuſa peregrinitas[21]: nunc ve-
ro etiam braccatis & transalpinis nationibus[22], vt
6 nullum veteris leporis[23] veſtigium appareat. Ita-
que te cum video, omnes mihi Granios, omnes
Lucilios, vere vt dicam, Craſſos quoque & Lae-
7 lios videre videor. Moriar[24], ſi praeter te quem-
quam reliquum habeo, in quo poſſim imaginem
antiquae & vernaculae[25] feſtiuitatis agnoſcere.
8 Ad hos lepores[26] cum amor erga me tantus acce-
dat, miraris, me tanta perturbatione valetudinis
9 tuae[27] tam grauiter exanimatum[28] fuiſſe? Quod
autem altera[29] epiſtola purgas[30] te, non diſſuaſo-
rem mihi emtionis Neapolitanae fuiſſe[31], ſed au-
ctorem

14. Athenienſes. 15. longe meliores, ſchmackhaffter, artiger. 16. ſales, facetiae. 17. du magſt dauon halten vnd raiſoniren, was du willſt. 18. delector. 19. Romanis. 20. praeſertim cum videam, eas oblitas, coinquinatas & maculatas eſſe, per ſermones ac formulas loquendi Latinorum municipum; illo tempore. 21. cum peregrinae loquendi formulae venirent in vrbem noſtram, per Latinos & alios Italiae populos ciuitate Romana donatos. 22. nunc vero etiam oblitae ſunt & maculatae facetiae Romanae per nationes braccatas (id eſt Gallicas, quae braccas, lange Ermel, geſtabant) & transalpinas, quibus etiam donata eſt ciuitas. 23. vrbanitatis. 24. formula iurandi. 25. Romanae. 26. facetias tuas. 27. dum tua valetudo tam perturbata fuit. 28. betrübt. 29. in. 30. excuſas. 31. quod mihi non diſſuaſeris emtionem praedii Neapolitani.

32. ſed

Digitized by Google

ctorem commorationis vrbanae[32]: neque ego aliter accepi[33]. intellexi tamen idem, quod his[34] intelligo litteris, non[35], exiſtimaſſe te, mihi licere, id quod ego arbitrabar, res has non omnino quidem, ſed magnam partem relinquere. Catulum mihi 10
narras[36], & illa tempora[37]. quid ſimile? ne mihi quidem ipſi tunc placebat diutius abeſſe ab reipublicae cuſtodia[38]. Sedebamus enim in puppi[39], & clauum[40] tenebamus; nunc autem vix eſt in ſentina locus[41]. An minus multa ſenatusconſulta 11
futura putas[42], ſi ego ſim Neapoli? Romae cum ſum, & vrgeo[43] forum, ſenatusconſulta ſcribuntur apud amatorem tuum[44], familiarem meum. Et quidem, cum in mentem venit, ponor[45] ad 12
ſcribendum: & ante audio ſenatusconſultum in Armeniam, & Syriam eſſe perlatum, quod in meam ſententiam[46] factum eſſe dicatur, quam[47] omnino mentionem vllam de ea re eſſe factam. Atque hoc nolim me iocari putes. nam mihi ſcito 13
iam a regibus vltimis[48] allatas eſſe litteras, quibus mihi gratias agant, quod ſe mea ſententia reges appel-

32. ſed quod potius mihi ſuaſeris, vt commorari vellem in vrbe. 33. hoc fui interpretatus. 34. ex his. 35. te exiſtimaſſe, quod mihi non liceret. 36. narras & obiicis mihi Catuli exemplum. 37. in quibus vixit Catulus. 38. cura, adminiſtratione. 39. reip. velut gubernator in naui. 40. das Steuer-Ruder. 41. nunc autem vix locum habeo in ſentina huius nauis ſeu reipublicae. eſt autem ſentina der vnterſte Boden im Schiff, locus infimus & obſcoeniſſimus. 42. an putas, non ita multa fore Senatus Conſulta. 43. & quando cauſſas ago in foro. 44. Caeſarem. 45. adhibetur & ponitur nomen meum, quaſi ego adfuiſſem ſcribendo SCto. 46. iuxta meam. 47. antequam. 48. qui habitant in vltimis terris.



Digitized by Google

appellauerim[49]: quos ego non modo reges appellatos[50], ſed omnino natos neſciebam.
14 Quid ergo eſt? tamen quamdiu heic erit noſter hic praefectus moribus[51], parebo[52] auctoritati tuae: cum vero aberit[53], ad fungos[54] me tuos conferam. Domum ſi habebo, in denos dies[55], ſingulos ſumtuariae legis dies[56] conferam: ſin autem minus inuenero, quod placeat, decreui habitare apud te. ſcio enim me nihil gratius tibi facere
15 poſſe. Domum Sullanam deſperabam iam[57], vt tibi proxime ſcripſi: ſed tamen non abieci[58]. Tu velim, vt ſcribis, cum fabris[59] eam[60] perſpicias. ſi enim nihil eſt in parietibus, aut in tecto vitii[61], cetera mihi probabuntur[62].

49. quod ego ipſos appellauerim reges, & hanc ſententiam in ſenatu dederim. 50. vnquam fuiſſe. 51. Caeſar, qui noluit appellari Cenſor, ſed ſibi ſumſit nomen *Praefecti moribus*. 52. obtemperabo. 53. ille, Caeſar. 54. ad comedendos apud te fungos. 55. auff zehen Tage. 56. ita viuam parce, vt tantum mihi ſufficere debeat in denos dies, quantum lex ſumtuaria (die Policey-Ordnung) permittit in ſingulos dies. 57. me poſſe emere. 58. ſpem omnem. 59. mit den Baumeiſtern oder Werckleuten. 60. domum. 61. Mangel. 62. placebunt.

## XVI.

## CICERO PAPIRIO PAETO S.

*Oſtendit nihil a ſe praetermiſſum in Caeſarianorum concilianda ſibi beneuolentia: nec boni ciuis aut ſapientis hominis officium in ſe deſiderari poſſe: tandem ad Paeti iocationes reſpondet.*

DElectauerunt me tuae litterae: in quibus primum amaui amorem tuum, qui te ad ſcribendum

dum incitauit, verentem[1], ne Silius ſuo nuntio aliquid mihi ſollicitudinis[2] attuliſſet: de quo & tu mihi antea ſcripſeras, bis quidem, eodem exemplo[3]: facile vt intelligerem, te eſſe commotum[4]: & ego tibi accurate reſcripſeram, vt quoquo[5] modo in tali[6] re atque tempore, aut liberarem te iſta cura, aut certe leuarem[7]. Sed quum 2
proximis[8] quoque litteris oſtendis, quantae tibi curae ſit ea res: ſic, mi Paete, habeto[9]: quidquid arte[10] fieri poterit, (non enim iam ſatis eſt conſilio[11] pugnare: artificium[12] quoddam excogitandum eſt) ſed tamen quidquid elaborari aut effici potuerit ad iſtorum beneuolentiam conciliandum, & colligendum[13], ſummo ſtudio me conſecutum eſſe: nec fruſtra, vt arbitror. ſic enim color[14], ſic obſeruor ab omnibus iis, qui a Caeſare diliguntur, vt ab eis me amari putem. Nam etſi non facile diiudicatur[15] amor verus & 3
fictus, niſi aliquod incidat eiuſmodi tempus[16], vt, quaſi aurum igni[17], ſic beneuolentia fidelis periculo[18] aliquo perſpici poſſit, cetera ſunt ſigna communia[19]: ſed ego vno vtor argumento, quam-

XVI.

1. amorem tuum, qui verebatur. 2. aliquam curam & ſollicitudinem. 3. iiſdem verbis. 4. triſtem. 5. quocunque. 6. tam calamitoſa. 7. liberarem. 8. in 9. nunc ego tibi dicam meam ſententiam. 10. per artificium & calliditatem, durch ein politiſch Griffgen. 11. prudenti. 12. politicum. 13. beneuolentiam comparandam. 14. honoror, amor. 15. diiudicari poteſt. 16. triſte & calamitoſum. 17. in igne. 18. in periculo. 19. cetera ſigna, ex quibus amor diiudicatur, ſunt communia.

20. ab

Digitized by Google

quamobrem me ex animo vereque arbitrer dili-
gi[20]: quia noſtra fortuna ea[21] eſt & illorum[22], vt
4 ſimulandi cauſſa non ſit. De illo autem, quem
penes eſt omnis poteſtas, nihil video, quod ti-
meam: niſi quod omnia ſunt incerta, cum a iure
diſceſſum eſt[23]: nec praeſtari[24] quidquam poteſt,
quale futurum ſit, quod poſitum eſt in alterius vo-
5 luntate, ne dicam libidine[25]. Sed tamen eius
ipſius[26] nulla re a me offenſus eſt animus. eſt enim
adhibita in ea re ipſa[27] ſumma a nobis moderatio.
6 Vt[28] enim olim arbitrabar eſſe meum[29], libere
loqui, cuius opera eſſet in ciuitate libertas[30]: ſic[31],
ea nunc amiſſa[32], nihil loqui, quod offendat aut
illius, aut eorum qui ab illo diliguntur, volunta-
7 tem[33]. Effugere[34] autem ſi velim nonnullorum
acute aut facete dictorum offenſionem[35], fama
ingenii mihi eſt abiicienda[36]: quod ſi id poſſem[37],
8 non recuſarem[38]. Sed tamen ipſe Caeſar habet
peracre iudicium: & vt Seruius frater tuus, quem
litteratiſſimum fuiſſe iudico, facile diceret, hic
verſus Plauti non eſt, hic eſt[39]; quod[40] tritas[41]
haberet

20. ab illis. 21. talis, eiusmodi. 22. fortuna. 23. quando diſcedimus a iure. 24. dici pro certo, adfirmari. 25. libero & indomito arbitrio agendi. 26. Caeſaris. 27. in hac ipſa re. 28. quemadmodum. 29. mei officii. 30. per cuius operam parata & reſtituta eſſet libertas in ciuitate. 31. ſic ego arbitrabar. 32. poſtquam ea libertas nunc amiſſa eſt. 33. erga me. 34. euitare. 35. quibus dictis offendi poſſit animus Caeſaris. 36. tunc oporteret ſane, vt ego abiicerem famam ingenii mei faceti & acuti, quam nactus ſum. 37. facere. 38. libenter ſane facturus eſſem. 39. verſus Plauti. 40. quoniam ille. 41. exercitatas.

42. in

Digitized by Google

haberet aures notandis [42] generibus poetarum, &
conſuetudine legendi: ſic audio, Caeſarem, cum
volumina [43] iam confecerit [44] ἀποφθεγμάτων [45],
ſi quid adferatur ad eum pro meo [46], quod meum
non ſit, reiicere ſolere. Quod eo [47] nunc ma- 9
gis facit, quia viuunt [48] mecum fere quotidie illius
familiares. Incidunt autem in ſermone vario [49]
multa, quae fortaſſe illis, cum dixi, nec illittera-
ta [50], nec inſulſa [51] eſſe videantur. Haec ad illum 10
cum reliquis actis [52] perferuntur. ita enim ipſe
mandauit. Sic fit, vt, ſi quid praeterea [53] de me
audiat, non audiendum putet. Quamobrem Oe- 11
nomao [54] tuo nihil vtor: etſi poſuiſti loco [55] ver-
ſus Accianos. | Sed quae eſt inuidia? aut quid mi-
hi nunc inuideri poteſt? Verum fac eſſe omnia [56]. 12
Sic video philoſophis placuiſſe iis [57], qui mihi ſoli
videntur vim virtutis tenere [58]: Nihil eſſe ſapien-
tis praeſtare, niſi culpam [59]: qua [60] mihi videor
dupliciter [61] carere: &, quod [62] ea ſenſerim, quae
rectiſſima fuerunt: & quia, cum viderem praeſi-
dii non ſatis eſſe ad ea [63] obtinenda, viribus cer-
tandum cum valentioribus [64] non putarim. ergo
in offi-

42. In adnotandis & diſtinguendis. 43. libros integros. 44. collegerit & conſcripſerit. 45. facete & ſalſe dictorum. 46. dicto. 47. eo magis Caeſar. 48. conuerſantur. 49. dum colloquimur de variis rebus. 50. nec inerudita. 51. abſurda. 52. quae paſſim aguntur. 53. praeter haec dicta. 54. tragoedia Accii, cui nomen Oenomaus. 55. in loco opportuno & conuenienti. 56. pone, haec omnia ſic ſe habere, ita eſſe. 57. Stoicis. 58. intelligere. 59. quod vir ſapiens nullam rem praeſtare (cauiren) poſſit, niſi culpam ſuam. 60. culpa. 61. duplici modo. 62. quoniam. 63. rectiſſima. 64. quam ego ſum. 65. dum

Digitized by Google

in officio [65] boni ciuis certe non ſum reprehen-
13 dendus. Reliquum eſt, ne quid ſtulte, ne quid te-
mere dicam, aut faciam contra potentes. Id quo-
que puto eſſe ſapientis [66]. cetera vero, quid quiſ-
que me dixiſſe dicat, aut quomodo ille accipiat,
aut qua fide mecum viuant ii, qui me aſſidue co-
14 lunt & obſeruant, praeſtare [67] non poſſum. Ita
fit, vt & ſuperiorum conſiliorum conſcientia [68],
& praeſentis temporis moderatione [69] me con-
ſoler, & illam Accii ſimilitudinem non modo iam
ad inuidiam, ſed ad fortunam transferam [70]:
quam [71] exiſtimo leuem & imbecillem ab animo
firmo & graui, tanquam fluctum a ſaxo, frangi [72]
15 oportere. Etenim cum plena ſint monimenta
Graecorum, quemadmodum ſapientiſſimi viri re-
gna tulerint [73] vel Athenis, vel Syracuſis, cum,
ſeruientibus ſuis ciuitatibus [74], fuerint ipſi quo-
dammodo liberi: ego me non putem tueri meum
ſtatum [75] ſic poſſe, vt neque offendam animum
cuiusquam, nec frangam [76] dignitatem meam?
16 Nunc venio ad iocationes tuas: quum tu ſecun-
dum Oenomaum Accii [77], non vt olim ſolebat [78],
Atellanum [79], ſed, vt nunc fit, mimum [80] introdu-
17 xiſti. Quem tu mihi Popilium, quem Denarium
narras?

65. dum ego expleui officium boni ciuis. 66. offi-
cium. 67. dauor kan ich nicht gut ſeyn. 68. per con-
ſcientiam. 69. dum ego hoc tempore in ſumma mode-
ratione viuo. 70. conuertam. 71. fortunam. 72. de-
bilitari, imminui. 73. pertulerint regna tyrannorum.
74. eo tempore, quo ipſorum ciuitates ſeruiebant. 75.
meam conditionem. 76. imminuam. 77. iuxta exem-
plum Oenomai Accii. 78. fieri. 79. genus fabularum
dicax & iocoſum. 80. ſcurram.

81. haec

Digitized by Google

narras? quam Tyrotarichi patinam? facilitate mea iſta ferebantur antea[81]; nunc mutata res eſt.
Hirtium ego & Dolabellam dicendi diſcipulos[82] 18
habeo, coenandi magiſtros[83]. Puto enim te audiſſe (ſi forte ad vos omnia perferuntur) illos apud me declamitare[84], me apud illos coenitare.
Tu autem quod mihi bonam copiam eiures[85], ni- 19
hil eſt[86]. tum enim, cum rem habebas[87], quaeſticulis[88] te faciebam attentiorem: nunc cum tam aequo animo bona perdas, non eo ſis conſilio[89], vt, cum me hoſpitio[90] recipias, exiſtimationem[91] te aliquam putes accipere. etiam haec leuior eſt
plaga[92] ab amico, quam a debitore[93]. Nec ta- 20
men eas[94] coenas quaero, vt magnae reliquiae[95] fiant: quod erit[96], magnificum ſit & lautum. Memini te mihi Phameae coenam narrare: temperius fiat[97]. cetera eodem modo[98]. Quod ſi perſeueras me ad matris tuae coenam vocare, feram[99] id quoque. Volo enim videre animum, qui mihi audeat iſta, quae ſcribis, apponere, aut etiam

81. haec ego antea ſolebam ferre, propter facilitatem meam. 82. diſcipulos & auditores meos in arte oratoria. 83. illi autem ſunt magiſtri mei in coenando. 84. orationes ſuas recitare. 85. quod tu vero iures, te mihi non poſſe praeſtare bonam copiam, quam ego deſidero. 86. id fruſtra eſt. 87. cum tu adhuc haberes diuitias. 88. per paruos quaeſtus. 89. cogitare non debes. 90. in tuo. 91. Ehre, honorem, tanquam hoſpitem, cui honor ſit exhibendus largiore coena. 92. moleſtia eſt. 93. qui magnifice tractandus eſt, quia ipſi debemus, ne rigoroſe exigat debitum. 94. tam ſplendidas. 95. daſs viel übrig bleibe. 96. quod tu mihi oppones. 97. maturius, celerius id. 98. fiant, velut Phameae coena fuit. 99. patior.

100. ge-

Digitized by Google

21 etiam polypum[100] Miniani Iouis ſimilem[1]. Mihi crede, non audebis[2]. Ante meum aduentum fama ad te de mea noua lautitia[3] veniet: eam[4] extimeſces. Neque eſt, quod in promulſide[5] ſpei[6] ponas aliquid, quam totam ſuſtuli[7]. ſolebam enim
22 antea delectari oleis, & lucanicis[8] tuis. Sed quid haec loquimur? liceat modo iſto venire[9]. Tu vero (volo enim abſtergere[10] animi tui metum)
23 ad Tyrotarichum[11] antiquum redi. Ego tibi vnum[12] ſumtum adferam, quod balneum calfacias oportebit: cetera more noſtro[13]: ſuperiora
24 illa luſimus[14]. De villa Seliciana & curaſti diligenter, & ſcripſiſti facetiſſime. Itaque puto me praetermiſſurum[15]: ſalis[16] enim ſatis eſt, ſanniorum parum[17]. Vale.

100. genus piſcis. 1. qui iure ſeu offa rubra tinctus ſit, ad ſimilitudinem imaginis Iouis Capitolini, quod illitum erat minio ſeu rubro colore. 2. id facere. 3. cupiditate laute coenandi. 4. lautitiam meam. 5. in den Vorgerichten. 6. ſpem aliquam. 7. iam deuoraui; vel, cupio remoueri. 8. Bratwürſte. 9. ad te. 10. remouere. 11. caſeum ſalſum antiquum. 12. vnicum, in vnica re faciam ſumtum. 13. peragemus. 14. iocati ſumus. 15. hanc rem. 16. iocorum. 17. paſſim vero magna copia eſt ſanniorum, id eſt, ſcurrarum.

## XVII.

## CICERO L. PAPIRIO PAETO S.

*Caeſar militibus agros diuiſurus dicebatur. Metuenti Paeto, ne diuiſio ad ſuos agros perueniat, idque quaerenti, Cicero reſpondet.*

NOn tu homo ridiculus es, qui, cum Balbus noſter apud te fuerit, ex me quaeras, quid de iſtis muni-

Digitized by Google

municipiis, & agris futurum putem? quaſi aut
ego quidquam ſciam, quod iſte neſciat: aut, ſi
quid aliquando ſcio, non ex iſto ſoleam ſcire. Im- 2
mo vero, ſi me amas, tu fac, vt ſciam, quid de no-
bis futurum ſit[1]. habuiſti enim in tua poteſtate[2],
ex quo vel ex ſobrio, vel certe ex ebrio ſcire poſ-
ſes[3]. Sed ego iſta, mi Paete, non quaero[4]: pri- 3
mum quia de lucro[5] prope iam quadriennium[6]
viuimus: ſi aut hoc lucrum eſt, aut haec vita, ſu-
perſtitem reipub. viuere[7]: deinde quod[8] ſcire
quoque mihi videor, quid futurum ſit. fiet enim,
quodcunque volent[9], qui valebunt[10]: valebunt
autem ſemper arma[11]. Satis igitur nobis eſſe de- 4
bet, quidquid conceditur[12]. hoc ſi qui pati non
potuit, mori debuit[13]. Veientem quidem agrum,
& Capenatem metiuntur[14]. hoc non longe abeſt
a Tuſculano. nihil tamen timeo: fruor dum li-
cet: opto, vt ſemper liceat[15]. Si id minus con- 5
tigerit; tamen, quum ego vir fortis, idemque phi-
loſophus[16], viuere pulcerrimum duxi[17], non poſ-
ſum eum non diligere[18], cuius beneficio id conſe-

cutus

XVII.

1. quid futurum ſit de ſtatu rerum mearum. 2. virum iſtum. 3. ex quo ſcire id potuiſſes, ſi ſobrius fuiſſet, vel etiam, ſi ebrius. 4. deſidero ſcire. 5. aliorum beneficio. 6. per quatuor annos. 7. quod ego viuo, poſtquam reſp. mortua eſt. 8. quia iam. 9. id fiet, quodcunque illi volent. 10. qui ſuperabunt caeteros. 11. arma autem ſemper obtinebunt ſummam poteſtatem. 12. nobis a victore. 13. is debuit ſibi mortem eligere. 14. ad diſtribuendum. 15. frui. 16. qui & philoſophus ſum. 17. putaui, ex omnibus bonis pulcerrimum bonum eſſe vitam. 18. ſane oportet, vt eum diligam.



Digitized by Google

cutus ſum: qui ſi cupiat eſſe rempub. qualem for-
taſſe & ille vult, & omnes optare debemus: quid
faciat tamen non habet[19]: ita ſe cum multis col-
6 ligauit[20]. Sed longius progredior: ſcribo enim
ad te[21]. Hoc tamen ſcito, non modo me, qui
conſiliis[22] non interſum, ſed ne ipſum quidem
principem[23] ſcire, quid futurum ſit: nos enim illi
ſeruimus, ipſe[24] temporibus: ita nec ille, quid
tempora poſtulatura ſint, nec nos, quid ille cogi-
7 tet, ſcire poſſumus. Haec tibi antea non reſcripſi,
non quo[25] ceſſator eſſe ſolerem, praeſertim in
litteris: ſed cum explorati[26] nihil haberem, nec
tibi ſollicitudinem ex dubitatione mea, nec ſpem
ex adfirmatione adferre volui. Illud tamen ad-
ſcribam, quod eſt veriſſimum: me his temporibus
8 adhuc de iſto periculo nihil audiſſe. Tu tamen
pro tua ſapientia debebis optare optima, cogitare
difficillima, ferre quaecunque erunt.

19. ipſe tamen neſcit, quid facere debeat. 20. vsque adeo Caeſar cogitur facere multa ex eorum arbitrio, per quos vicit. 21. tanquam meum familiarem. 22. Caeſaris. 23. Caeſarem. 24. ſeruit. 25. quaſi, vt. 26. certi, zuuerläſſiges.

## XVIII.
## CICERO L. PAPIRIO PAETO S. D.

*Cauſſas exponit, cur ludum quaſi eloquentiae aperuerit, aliosque declamando exerceret. Addit per iocum de coenarum apparatu.*

CVm eſſem otioſus in Tuſculano, propterea quod diſcipulos[1] obuiam[2] miſeram, vt iidem



1. meos, Hirtium & Dolabellam. 2. Caeſari. 3. Cae-

Digitized by Google

me quam maxime conciliarent familiari ſuo[3]; accepi tuas litteras pleniſſimas ſuauitatis: ex quibus intellexi probari[4] tibi meum conſilium, quod, vt[5] Dionyſius tyrannus, cum Syracuſis pulſus eſſet, Corinthi dicitur ludum[6] aperuiſſe: ſic ego, ſublatis iudiciis[7], amiſſo regno forenſi[8], ludum[9] quaſi habere[10] coeperim. Quid quaeris? me 2
quoque delectat conſilium: multa enim conſequor[11]: primum, id quod maxime nunc opus eſt, munio[12] me ad haec tempora[13]. Id cuiusmodi ſit, neſcio[14]: tantum[15] video, nullius adhuc conſilia me huic[16] anteponere: niſi forte mori melius fuit[17]: in lectulo[18], fateor; ſed non accidit[19]; in acie non fui[20]. ceteri quidem, Pompeius, Lentulus tuus, Scipio, Afranius foede perierunt[21]: at Cato praeclare[22]. Iam iſtuc quidem, cum volemus, licebit[23]: demus modo operam, ne tam neceſſe nobis ſit[24], quam illi fuit[25]: id quod agimus[26]. Ergo hoc primum[27]. Sequitur[28] illud, 3

Ipſe

3. Caeſari. 4. laudari. 5. quemadmodum. 6. ſcholam. 7. poſtquam Romae ſublata ſunt omnia iudicia. 8. & poſtquam in foro nulla amplius ſupereſt libertas, in quo ego olim regnare ſolebam. 9. ſcholam. 10. aperire. 11. ex hac re. 12. ich ſetze mich veſte, confirmo animum. 13. calamitoſa. 14. neſcio autem, quid de hoc futurum ſit. 15. hoc tantummodo. 16. conſilio. 17. niſi forte melius fuit, mortem eligere. 18. fateor, me voluiſſe mori in lectulo. 19. es hat mir aber ſo gut nicht werden können. 20. in praelio Pharſalico. 21. foeda ac turpi morte. 22. mortuus eſt, qui ſeipſum interfecit, ne veniret in poteſtatem Caeſaris. 23. facere. 24. hoc faceres. 25. quam neceſſe fuit Catoni. 26. atque id etiam mihi nunc curae eſt. 27. quod reſpondendum fuit ad tuam epiſtolam. 28. nunc.



Digitized by Google

Ipſe melior fio, primum valetudine [29], quam, in-
termiſſis exercitationibus [30], amiſeram. deinde
ipſa illa, ſi qua fuit in me, facultas orationis, niſi
me ad has exercitationes retuliſſem [31], exaruiſ-
4 ſet [32]. Extremum illud eſt, quod tu, neſcio an
primum [33] putes, plures iam pauones [34] confeci [35],
quam tu pullos columbinos [36]. tu iſtic te Atheriano
5 iure delectato [37]: ego me heic Hirtiano [38]. Veni
igitur, ſi vir es, & diſce iam προλεγομένας [39], quas
quaeris: etſi ſus Mineruam [40]. Sed quando [41],
vt video, aeſtimationes [42] tuas vendere non pot-
es, neque ollam denariorum [43] implere, Romam
tibi remigrandum eſt. Satius eſt heic cruditate,
quam iſtic fame [44]. Video te bona [45] perdidiſſe:
6 ſpero idem iſtuc, familiares tuos [46]. Actum igi-
tur de te eſt [47], niſi prouides [48]. Potes mulo [49]
iſto, quem tibi reliquum dicis eſſe, quum canthe-
rium

29. an meiner Conſtitution vnd Geſundheit. 30. quoniam intermiſeram ſolitas mihi hactenus exercitationes. 31. niſi rediiſſem. 32. plane periiſſet. 33. praecipuum omnium. 34. pullos pauones, qui apud Romanos erant in deliciis. 35. comedi, deglutiui. 36. iunge Tauben. 37. tu vero te delectes illo iure (Brüh) quod Atherius tibi adpoſuit. 38. iure delectabor. 39. propoſitiones & ſententias, a diſcipulis meis Hirtio & Dolabella recitandas. 40. prouerbium, cuius ſenſus eſt, quando illiteratus erudire vult doctum & peritum. 41. quoniam. 42. res aeſtimatas, a debitoribus tibi adiudicatas, quas vendere voluiſti. 43. einen Topf mit Gelde. 44. ſatius eſt, vt heic pereas ex copia & abundantia ciborum, quam iſtic fame. 45. tua. 46. perdidiſſe ſua bona. 47. igitur periiſti. 48. tibi proſpicies. 49. auff dem Maulthier.

Digitized by Google

50. quan-

tium comediſti[50], Romam peruehi. ſella tibi erit in ludo[51], tanquam hypodidaſcalo proxima[52], eam puluinus ſequetur[53].

50. quando vendidiſti cantherium tuum; (Zelter-Pferd) & pecuniam comediſti pro equo iſto acceptam. 51. ſchola mea. 52. ſella. hypodidaſcalus autem eſt, qui ſecundus ſeu proximus a magiſtro. 53. habebis vero ſuper ſellam etiam puluinum.

## XIX.
## CICERO L. PAPIRIO PAETO S. D.

*Scripſerat Paetus, Balbum tenui apparatu fuiſſe contentum. Vnde iocatur malitioſe haec dici, vt ſe quoque ad eandem aut minorem continentiam deuocaret.*

Tamen a malitia[1] non diſcedis: tenuiculo apparatu[2] ſignificas Balbum fuiſſe contentum: hoc videris dicere, cum reges[3] tam ſint continentes[4], multo magis conſulares[5] eſſe[6] oportere. Neſcis me ab illo omnia expiſcatum[7]: recta[8] 2
enim a porta domum[9] meam veniſſe. neque hoc admiror, quod non ad tuam potius[10], ſed illud[11], quod non ad ſuam[12]. Ego autem primis tribus 3
verbis[13],

XIX.

1. fraude ioculari; tamen non definis fraudulenter agere. 2. dicis, Balbum contentum fuiſſe tenui cibo. 3. Caeſar cum ſuis amicis, inter quos erat Balbus. 4. moderati in epulis. 5. qualis ego, Cicero, ſum. Conſulares erant, vel, qui iam Conſules fuerant, vel proximi ad Conſulatum. 6. contentos paucis, non magnificos in epulis. 7. diligenter exquiſiuiſſe. 8. recta via, gerades Weges. 9. ad. 10. domum venerit. 11. miror. 12. domum iuerit.



Digitized by Google

verbis[13], quid[14] noſter Paetus? at ille adiurans[15],
4 nuſquam ſe vnquam libentius[16]. Hoc[17] ſi verbis[18] adſecutus es, aures ad te adferam, non minus elegantes[19]: ſin autem obſonio[20], peto a te,
5 ne pluris eſſe balbos[21], quam diſertos putes[22]. Me quotidie aliud ex alio impedit[23]. ſed ſi me expediero[24], vt in iſta loca venire poſſim, non committam[25], vt te ſero a me certiorem factum putes[26]. Vale.

13. ex eo quaeſiui, ipſum interrogaui. 14. agit. 15. alebat. 16. coenaſſe, quam tecum. 17. eiusmodi laudem a Balbo. 18. ſi impetrauiſti per ſermones tuos iucundos. 19. delicatas. 20. quod ſi vero hoc aſſecutus es per obſonium, ſeu cibum delicatum. 21. luſus in vocabulo Balbus & balbus. 22. ne magis ames balbos ſeu difficulter loquentes, quam diſertos, id eſt, eloquentes. 23. es hindert mich immer eines aus dem andern, quo minus venire poſſim ad te. 24. liberauero ab iſtis impedimentis. 25. non patiar, faciam. 26. vt putes, meum aduentum fuiſſe ſero nimis indicatum. id eſt, ego ſatis cito tibi indicabo meum aduentum.

## XX.
## CICERO PAETO.

*Iocatur pro more, ſe Epicureum factum dicens, abiecta, reipublicae cura, ideoque lautius, quam antea, excipiendum eſſe. Deinde rationes ſuae vitae & ſtudiorum perſcribit.*

DVpliciter delectatus ſum tuis litteris, & quod[1] ipſe riſi, & quod te intellexi iam poſſe ridere. Me autem a te, vt ſcurram velitem[2], malis[3] oneratum

ratum

XX.

1. quoniam. 2. tanquam ſcurram leuiter armatum, qui onerandus ſit ſarcinis, & probris. 3. pomis.

4. quem-

iratum eſſe, non moleſte tuli. Illud doleo, in iſta 2
loca venire me, vt[4] conſtitueram, non potuiſſe.
Habuiſſes[5] enim non hoſpitem, ſed contuberna-
lem. At quem virum[6]? non eum, quem tu es 3
ſolitus promulſide[7] conficere[8]. Integram[9] fa-
mem ad ouum[10] adfero. itaque vsque ad aſſum
vitulinum[11] opera[12] producitur. Illa mea[13], quae
ſolebas antea laudare, o hominem facilem[14], o
hoſpitem non grauem[15], abierunt. Nam omnem 4
noſtram de rep. curam, cogitationem[16] de dicen-
da in ſenatu ſententia, commentationem[17] cauſ-
ſarum, abiecimus. In Epicuri nos aduerſarii no-
ſtri caſtra[18] coniecimus. Nec tamen ad hanc in- 5
ſolentiam[19], ſed ad illam tuam lautitiam, veterem
dico[20], cum in ſumtum habebas[21]: etſi nunquam
plura praedia habuiſti[22]. Proinde te para[23], cum 6
homine edaci[24] tibi res eſt, & qui iam aliquid in-
telligat. ὀψιμαθεῖς[25] autem homines ſcis quam
inſolentes ſint[26]. dediſcendae tibi ſunt ſportellae
& arto-

4. quemadmodum. 5. me. nam ego diutius apud te manſiſſem, quam hoſpes ſolet manere. 6. quam edacem virum habiturus fuiſſes? 7. mit den Vorgerichten. 8. ſaturare. 9. plenam. 10. quod ſolebat adponi in initio coenae. 11. Kalbsbraten. 12. edacitas mea. 13. illa mea virtus, quam. 14. qui facile poteſt ſatiari. 15. non moleſtum, der keine Vngelegenheit machet, vnd vorlieb nimmt. 16. & noſtram. 17. Proceſs-Sachen. 18. ſectam. 19. nec tamen coniecimus ſeu conuertimus nos ad hanc immoderationem ſumtuum quam facere coepiſti. 20. qua olim vſus es. 21. cum habebas adhuc facultates & diuitias ad faciendos ſumtus. 22. quam nunc habes. 23. alſo mache dich fertig. 24. gefräſſig. 25. ſero diſcentes. h. l. eſt, qui ſero diſcit laute viuere. 26. eigenſinnig.



Digitized by Google

& artolagani tui[27]. Nos autem artis[28] tantum habemus, vt Verrium tuum & Camillum, qua munditia homines[29]? qua elegantia[30]? vocare[31]
7 ſaepius audeamus. Sed vide audaciam[32]: etiam Hirtio[33] coenam dedi, ſine pauone tamen[34]. in ea coena cocus meus, praeter ius[35] feruens, nihil
8 potuit imitari. Haec igitur eſt nunc vita noſtra. Mane[36] ſalutamus[37] domi, & bonos viros multos, ſed triſtes, & hos laetos victores: qui me quidem perofficioſe, & peramanter obſeruant. vbi ſalutatio defluxit[38], litteris me inuoluo[39], aut ſcribo, aut lego. Veniunt etiam qui me audiunt, quaſi doctum hominem, quia paullo ſum, quam ipſi,
9 doctior. Inde corpori omne tempus datur[40]. Patriam eluxi iam[41] & grauius & diutius, quam vlla mater[42] vnicum filium. ſed cura, ſi me amas, vt valeas: ne ego, te iacente[43], bona tua comedam[44]. Statui enim tibi ne aegroto quidem parcere[45].

XXI.

27. oportet vt dediſcas adponere ſportellas & artolaganos tuos, vti hactenus feciſti. *ſportellae* ſunt genus edulii; & *artolagani* genus panis delicati. 28. delicateſſe. 29. quam nitidi vero ſunt illi homines! 30. & quam elegantes! 31. ad coenam. 32. meam. 33. delicatiſſimo homini. 34. nullus tamen pauo adponebatur a me. 35. eine heiſſe Brühe. 36. tempore matutino. 37. viſitamus, adimus. 38. poſt finitam ſalutationem, nach abgelegten Viſiten. 39. recipio me ad ſtudia. 40. omne tempus tribuo ad corpus curandum. 41. aus betrauret. 42. lugere potuit. 43. in lecto, tanquam aegrotus. 44. conſumam, multa edendo. 45. ſed omnia conſumere, licet tu ſis aegrotus.



Digitized by Google

# XXI.

## CICERO PAETO S.

*Fulmina verborum Paetus Ciceroni tribuerat, quae imitari non poſſet, quod ridens confutat: etiam quod Papirios vllos negauerat plebeios fuiſſe.*

AN tandem[1]? inſanire tibi videris, quod imitere verborum meorum, vt ſcribis, fulmina[2]? tum inſanires, ſi conſequi non poſſes[3]. cum vero etiam vincas, me prius irrideas, quam te oportet[4]. Quare nihil tibi opus eſt illud a Trabea[5], ſed po- 2
tius ἀπόφθεγμα[6] meum. Veruntamen quid[7] tibi ego in epiſtolis videor? nonne[8] plebeio ſermone agere tecum? nec enim ſemper eodem modo[9]. Quid enim ſimile habet epiſtola aut iudicio, aut 3
concioni[10]? quin ipſa iudicia non ſolemus omnia tractare vno modo: priuatas cauſſas, & eas tenues[11], agimus ſubtilius: capitis aut famae, ſcilicet, ornatius[12]. epiſtolas vero quotidianis verbis texere[13] ſolemus. Sed tamen, mi Paete, quid 4
tibi venit in mentem, negare, Papirium quemquam vnquam niſi plebeium fuiſſe[14]? fuerunt enim patricii

XXI.

1. quid ais? 2. vehementiam, Penetration, Nachdruck. 3. ſi non poſſes adſequi meorum verborum fulmina. 4. cum vero tu vincas me, ſane oportet, vt tu prius irrideas me, quam te. 5. dictum; quare non opus eſt, vt illud a Trabea, poëta comico, dictum tibi applices. 6. dictum. 7. qualis. 8. nonne videor. 9. ſoleo agere. 10. orationi ad populum. 11. & eas quidem, quae tenues ſunt. 12. ornatius autem, ſcilicet, agimus cauſſas, quae caput & famam reorum concernunt. 13. conſcribere. 14. quod omnes Papirios fuiſſe plebeios, ex plebe.

tricii minorum gentium[15], quorum princeps[16] L. Papirius Mugillanus: qui conſul cum L. Sempronio Atratino fuit: cum antea cenſor cum eodem fuiſſet, annis poſt Romam conditam CCCXII.
5 ſed tum Papiſii dicebamini[17]. Poſt hunc XIII. fuerunt Sella curuli[18] ante L. Papirium Craſſum, qui primus Papiſus eſt vocari deſitus[19]. Is dictator[20] cum L. Papirio Curſore magiſtro equitum[21] factus eſt, annis poſt Romam conditam CCCCXV,
6 & quadriennio poſt conſul cum C. Duillio. Hunc ſecutus eſt Curſor[22], homo valde honoratus: deinde L. Maſſo aedilicius: inde multi Maſſones: quorum quidem tu omnium patriciorum imagi-
7 nes habeas volo[23]. Deinde Carbones & Turdi inſequuntur. Hi plebeii[24] fuerunt, quos contemnas, cenſeo[25]. Nam praeter hunc C. Carbonem, quem Damaſippus occidit, ciuis e repub.
8 Carbonum[26] nemo fuit. Cognouimus C. Carbonem, & eius fratrem Scurram. quid his improbius[27]? de hoc amico meo, Rubriae filio, nihil

15. Papirii ſane fuerunt patricii, ſed minorum gentium, (quorum maiores a Tarquinio Priſco poſt Romulum electi ſunt in ſenatum) ſiue ſecundae dignitatis. 16. auctor, primus. 17. illo autem tempore vos appellabamini Papiſii, non vero, vt nunc, Papirii. 18. ornati, fuerunt aediles curules. 19. qui primus depoſuit nomen Papiſii, & appellatus eſt Papirius. 20. qui ſummam in re militari & ciuili habebat poteſtatem, & magiſtratum ſupremum. 21. General von der Cauallerie. 22. Papirius Curſor. 23. cupio & opto, vt tu habeas imagines horum omnium. 24. ex plebe. 25. mea ſententia eſt, vt hos contemnas. 26. nemo ex Carbonibus geſſit magiſtratum in republica. 27. ſane hi fuerunt improbiſſimi.

28. ille

Digitized by Google

hil dico. Tres illi fratres fuere[28]. C. Cn. M. 9
Carbones. Marcus, P. Flacco accuſante[29], con-
demnatus, fur magnus ex Sicilia[30]: Caius, ac-
cuſante L. Craſſo, cantharidas[31] ſumſiſſe dicitur.
is & tribunus pleb. ſeditioſus, & P. Africano vim
attuliſſe[32] exiſtimatus eſt. Hoc[33] vero, qui Lily- 10
baei[34] a Pompeio noſtro interfectus eſt, impro-
bior nemo, meo iudicio, fuit. Iam pater eius ac-
cuſatus a M. Antonio, ſutorio atramento[35] abſo-
lutus putatur. quare ad patres cenſeo reuertare[36].
plebeii quam fuerint importuni, vides.

28. ille habuit tres fratres. 29. quem P. Flaccus accuſauit. 30. qui in Sicilia pecunias publicas eſt furatus, & ideo accuſatus repetundarum a Flacco. 31. Spaniſche Fliegen, genus veneni. 32. interfeciſſe Africanum. 33. hoc Carbone. 34. nomen promontorii & oppidi in Sicilia. 35. id eſt, iudicio infami, & nigro, quale eſt atramentum ſutorium, Schuſter-Schwärtze, Schuhpech. 36. quare ego cenſeo, vt contemnas Papirios plebeios, & revertare ad patricios.

## XXII.

## CICERO PAETO.

*Paetus ita libere iocatus in epiſtola fuerat, vt ne obſcenum verbum vitaret. Vnde occaſio Ciceroni nata exponendae Stoicorum ſententiae de licentia loquendi: quam ipſe damnat; contra, Platonis laudat verecundiam.*

AMo verecundiam, vel potius libertatem loquendi. atqui hoc Zenoni[1] placuit, homini meher-

XXII.

1. Qui princeps eſt Stoicorum philoſophorum.

2. ſcharff.

Digitized by Google

meherculeacuto[2]: etſi Academiae noſtrae cum
eo magnà rixa eſt[3]: ſed, vt dico, placet Stoicis,
2 ſuo quamque rem nomine appellare. Sic enim
diſſerunt[4], Nihil eſſe obſcenum, nihil turpe dictu.
nam ſi quid ſit in obſcenitate flagitium, id aut in
re eſſe, aut in verbo, nihil eſſe tertium[5]. In re
non eſt[6]. Itaque non modo in comoediis res
ipſa narratur, vt ille in Demiurgo[7] modo (forte
noſti canticum: meminiſti Roſcium[8]) *Ita me de-*
3 *ſtituit nudum.* Totus eſt ſermo verbis tectus, re
impudentior[9]: ſed etiam in tragoediis[10]: quid eſt
enim illud? *Quae mulier vna?* quid inquam eſt?
*vſurpata duplex cubile*[11]. Quid? *huius Pheraeè*
*hic cubile inire eſt auſus.* quid eſt? *Virginem me*
*quondam inuitam*[12] *per vim violat.* Iuppiter bo-
ne, violat? Atqui idem ſignificat, ſed alterum[13]
4 nemo tuliſſet[14]. Vides igitur cum eadem res ſit,
quia verba non ſint[15], nihil videri turpe. ergo in
re non eſt, multo minus in verbis. Si enim, quod
verbo ſignificatur, id turpe non eſt: verbum,
5 quod ſignificat[16], turpe eſſe non poteſt. Anum[17]
appellas alieno nomine: cur non ſuo potius[18]?
ſi turpe eſt, ne alieno quidem[19]: ſi non eſt[20], ſuo
potius[21].

2. ſcharffſinnig. 3. etſi ſecta Platonicorum magnam rixam habet cum Zenone. 4. diſputant, dicunt. 5. tertium non dari. 6. turpe aliquid. 7. Demiurgus, nomen comoediae a Turpilio actae nuper. 8. comoedum, qui cecinit haec verba ſeu canticum. 9. quoad rem vero, ſermo ille eſt paulo impudentior. 10. res ipſa narratur. 11. tanquam. 12. contra voluntatem meam. 13. alteram locutionem. 14. velut obſcoenam. 15. eadem. 16. rem turpem. 17. podicem. 18. nomine appellas. 19. nomine potes appellare. 20. turpe. 21. nomi-

Digitized by Google

potius[21]. Caudam antiqui penem vocabant: ex 6
quo eſt propter ſimilitudinem penicillus[22]. At
hodie penis eſt in obſcenis[23]. At vero Piſo ille
frugi[24] in annalibus ſuis queritur, adoleſcentes
peni deditos eſſe. Quod tu in epiſtola appellas
ſuo nomine, ille tectius penem[25]. Sed quia mul-
ti[26], factum eſt tam obſcenum, quam id verbum,
quo tu vſus es. Quid? quod vulgo dicitur, *Cum* 7
*nos te voluimus conuenire*, num obſcenum eſt?
Memini in ſenatu diſertum conſularem ita elo-
qui[27]. Hanc culpam maiorem, an illam dicam?
potuit obſcenius[28]? non inquis[29]: non enim ita
ſenſit. Non ergo in verbo eſt[30]: docui autem in
re non eſſe: nuſquam igitur eſt. Liberis dare 8
operam[31], quam honeſte dicitur? etiam patres
rogant filios[32]: eius operae nomen non audent
dicere. Socratem fidibus[33] docuit nobiliſſimus
fidicen: is Connus vocitatus[34] eſt: num id ob-
ſcenum putas? Cum loquimur terni[35], nihil fla- 9
gitii dicimus: at cum bini, obſcenum eſt. Grae-
cis quidem[36], inquies. Nihil eſt ergo in verbo[37];
quum

21. nomine debes appellare. 22. ein Pinſel. 23. inter vocabula obſcoena. 24. honeſtus vir. 25. appellat. 26. nominarunt rem pudendam illo vocabulo. 27. quod ita locutus ſit vir conſularis & diſertus. 28. dici. 29. tu vero id negabis. 30. turpitudo. 31. generare liberos. 32. ſuos, vt liberis dare velint operam. 33. canere. 34. appellatus. 35. quando dicimus, terni, id non eſt obſcoenum; ſed obſcoenum eſt, quando dicimus bini, quoniam bini eſt latinum, & βίνει, graecum (à βινέω) quae duo vocabula eundem habent ſonum, ſed diuerſam ſignificationem. 36. obſcoenum eſt hoc vocabulum. 37. turpe.

38. dici.

Digitized by Google

quum & ego Graece ſcio: & tamen tibi dico bini: idque tu facis, quaſi ego Graece, non Latine di-
10 xerim. Ruta & menta, recte vtrumque[38]. Volo mentam puſillam ita appellare, vt rutulam: non licet. Bella tectoriola[39]: dic ergo etiam paui-
11 menta iſto modo: non potes[40]. Vides igitur nihil eſſe niſi ineptias? turpidinem nec in verbo eſſe, nec in re; itaque nuſquam eſſe. Ergo in verbis honeſtis obſcena ponimus. Quid enim? non honeſtum verbum eſt diuiſor[41]? at ineſt obſcenum, cui reſpondet intercapedo[42]. num haec
12 ergo obſcena ſunt? Nos autem ridicule[43]: ſi dicimus, ille patrem ſtrangulauit, honorem non praefamur[44]: ſin de Aurelia aliquid, aut Lollia[45],
13 honos praefandus eſt[46]. & quidem iam non etiam obſcena verba pro obſcenis ſunt: batuit[47], inquis, impudenter[48]: depſit[49], multo impuden-
14 tius. Atqui neutrum eſt obſcenum. Stultorum plena ſunt omnia. Teſtes, verbum honeſtiſſimum[50] in iudicio; alio loco[51] non nimis: at honeſti colei Lanuuini, Cliternini non honeſti[52].

Quid?

38. dicitur. 39. elegantia tectoriola recte dicitur. 40. ita dicere, quoniam fieret ſenſus obſcoenus. 41. ein Theiler. 42. das Zwiſchenſpatium. 43. dicimus. 44. da ſprechen wir niemals: Mit Reſpect oder Erlaubniſs zu reden, tunc ſane nunquam petimus veniam heic vocabulo. 45. hoc dicimus ſtrangulare. 46. tunc venia petenda eſt. 47. verberauerit. 48. dicitur. 49. alii legunt: *depreſſit*. alii: *clepſit*, h. e. furatus eſt. 50. eſt. 51. in alia ſignificatione hoc vocabulum non nimis honeſtum eſt. 52. ſi quis dicat: *colei Lanuuini*, honeſte dicit, ſi vero dicat: *colei* (teſticuli) Cliternini non dicit honeſte.

53. a pe-

Digitized by Google

Quid? ipſa res modo honeſta, modo turpis? ſuppedit[53], flagitium eſt. Iam erit nudus in balneo: non reprehendes. Habes ſcholam Stoicam[54], 15
ὁ σοφὸς εὐθυῤῥήμων ἔςη[55]. Quam multa ex vno verbo tuo[56]? te aduerſus me omnia audere, gratum eſt. Ego ſeruo & ſeruabo (ſic enim adſueui) Platonis verecundiam. Itaque tectis verbis ea ad te ſcripſi, quae apertiſſimis[57] agunt Stoici. Sed 16
illi[58] etiam crepitus aiunt aeque liberos ac ructus eſſe oportere. Honorem igitur[59]. kalend. Martiis[60]. Tu me diliges, & valebis.

53. a pedere. 54. heic habes igitur ſententiam ſcholae Stoicae. 55. *ſapiens beneloquens erit*. 56. quam multa ſcripta ſunt à me, occaſione verbi vnius obſcoeni, quod tu ad me ſcripſiſti in tua epiſtola? 57. verbis. 58. Stoici. 59. praefabimur obſcoenis vocibus. 60. ſcripta eſt haec epiſtola.

## XXIII.

## CICERO PAPIRIO PAETO.

*Quamquam pedibus laborare Paetum audierat, tamen aduentum ſuum praenuntiat, quia non arbitretur etiam coquum arthriticum habere.*

HEri veni in Cumanum[1], cras ad te fortaſſe[2]. Sed cum[3] certum ſciam, faciam te paullo ante certiorem[4]. Etſi M. Cepatius, cum mihi in ſilua Gallinaria[5] obuiam veniſſet, quaeſiſſemque[6] quid ageres, dixit te in lecto eſſe, quod ex pedibus

XXIII.

1. Villam meam ſeu praedium prope Cumas oppidum. 2. veniam. 3. quando hoc conſtituero. 4. de aduentu meo. 5. quae nomen a gallinis habet. 6. & ego interrogaſſem ex eo.

7. de

2 bus laborares[7]. Tuli ſcilicet moleſte[8], vt debui[9]: ſed tamen conſtitui ad te venire, vt & viderem te, & viſerem, & coenarem etiam[10]. Non enim arbitror cocum etiam te arthriticum[11] habere. Exſpecta igitur hoſpitem[12] cum minime edacem[13], tum inimicum coenis ſumtuoſis[14].

7. du hätteſt das Podagra, te vexari doloribus pedum. 8. ich habe es vngerne vernommen. 9. quemadmodum decuit. 10. tecum. 11. laborantem morbo articulari, der etwan auch mit dem Podagra geplaget wäre. 12. me, tanquam hoſpitem tuum. 13. qui edax non eſt. 14. & coenas magnificas ſumtuoſasque in odio habet.

## XXIV.

## CICERO PAETO.

*Rufum, a Paeto commendatum, ſibi curae fore oſtendit: & vt ille ad amicorum conuictum redeat, hortatur: nihilque ſibi rep. carius eſſe concludit.*
*. Panſa & Hirtio* COSS.

RVſum iſtum amicum tuum, de quo iterum iam ad me ſcribis, adiuuarem quantum poſſem, etiam ſi ab eo laeſus eſſem, cum te tantopere viderem eius cauſſa laborare[1]. Cum vero & ex
2 tuis litteris, & ex illius[2] ad me miſſis[3] intelligam & iudicem, magnae curae ei ſalutem meam fuiſſe; non poſſum ei non amicus eſſe[4], neque ſolum tua[5] commendatione, quae apud me, vt debet, valet plurimum, ſed etiam voluntate[6] ac iudicio meo.

XXIV.

1. eum commendare, pro eo ſollicitum eſſe. 2. Rufi. 3. litteris. 4. oportet, vt ſim ei amicus. 5. propter tuam. 6. iuxta voluntatem.

7. quod

Digitized by Google

meo. Volo enim te ſcire, mi Paete, initium mihi 3
ſuſpicionis & cautionis & diligentiae fuiſſe litteras
tuas [7]: quibus litteris congruentes [8] fuerunt aliae [9]
poſtea multorum [10]. Nam & Aquini & Fabrate- 4
riae [11] conſilia ſunt inita de me [12]: quae te video
inaudiſſe: &, quaſi diuinarent, quam his mole-
ſtus eſſem futurus, nihil aliud egerunt, niſi me vt
opprimerent. Quod ego non ſuſpicans, incau-
tior fuiſſem [13], niſi a te admonitus eſſem: quam-
obrem iſte tuus amicus apud me non eget com-
mendatione. Vtinam ea fortuna [14] reipub. ſit, 5
vt ille me quam gratiſſimum poſſit cognoſcere.
Sed haec hactenus. Te ad coenas itare [15] deſiſ- 6
ſe, moleſte fero. Magna enim te delectatione
& voluptate [16] priuaſti. Deinde etiam vereor
(licet enim verum dicere) ne, neſcio quid illud,
quod ſolebas [17], dediſcas [18], & obliuiſcare coenu-
las facere [19]. nam ſi tum [20], cum habebas [21] quos
imitarere, non multum proficiebas [22], quid nunc
te facturum putem? Spurinna quidem, cum ei rem 7
demonſtraſſem, & vitam tuam ſuperiorem [23] ex-
poſuiſſem, magnum periculum ſummae reipub.
demonſtrabat [24], niſi ad ſuperiorem conſuetudi-
nem

7. quod litterae tuae mihi dederint initium ſuſpicionis &c. 8. conſentientes. 9. litterae. 10. amicorum ad me. 11. nomina oppidorum in Latio. 12. opprimendo per Antonium. 13. non tam bene ac prudenter mihi cauiſſem. 14. is ſtatus & ea conditio. 15. quod tu vero deſieris ad coenas amicorum frequenter ire. 16. gaudio. 17. antea facere. 18. verlerneſt. 19. parare amicis tuis. 20. illo tempore. 21. alios. 22. parcior eras in apparandis coenis. 23. ſuperiorem tuam viuendi conſuetudinem. 24. demonſtrabat, magnum periculum fore in ſumma ſeu ſtatu reipublicae.



Digitized by Google

nem tum, cum Fauonius [25] flaret, reuertiſſes: hoc tempore [26] fieri poſſe, ſi forte tu frigus ferre non
8 poſſes. Sed mehercule, mi Paete, extra iocum moneo te, quod pertinere ad beate [27] viuendum arbitror, vt cum viris bonis, iucundis, amantibus tui
9 viuas. Nihil aptius vitae [28]: nihil ad beate viuendum accommodatius [29]: nec id ad voluptatem refero, ſed ad communitatem vitae atque victus [30], remiſſionemque animorum [31]: quae maxime ſermone efficitur familiari: qui eſt in conuiuiis dulciſſimus, vt ſapientius noſtri, quam Graeci [32]: illi [33] *συμπόσια*, aut *σύνδειπνα*, id eſt compotationes aut concoenationes; nos conuiuia [34]: quod [35] tum
10 maxime ſimul viuitur. Vides vt te philoſophando reuocare coner ad coenas [36]? Cura vt valeas, id fo-
11 ris coenitando facillime conſequere [37]. Sed caue, ſi me amas, exiſtimes me, quod [38] iocoſius ſcribam, abieciſſe curam reipub. Sic tibi, mi Paete, perſuade, me dies & noctes nihil aliud agere, nihil curare, niſi vt mei ciues ſalui liberique ſint. Nullum locum [39] praetermitto monendi, agendi, prouidendi. Hoc denique animo ſum, vt ſi in hac cura atque adminiſtratione vita mihi ponenda [40] ſit,

prae-

25. ventus, ineunte vere. 26. vernali. 27. feliciter. 28. nihil aptius eſt ad vitam. 29. magis idoneum. 30. ſed vt amici ſimul viuant. 31. & vt poſſimus animum relaxare a curis. 32. vt adeo noſtri Romani longe ſapientius nomen habeant, quam Graeci. 33. Graeci. 34. appellamus. 35. quoniam in conuiuiis. 36. parandas pro amicis. 37. hanc valetudinem tuam facile conſequere, ſi extra domum tuam frequenter coenes apud amicos. 38. ideo quod. 39. occaſionem. 40. deponenda.

41. daſs

Digitized by Google

praeclare actum mecum putem[41]. Etiam atque etiam vale.

41. daſs ich ſo dann meine, es ſey mir gar wol geſchehen.

## XXV.

# CICERO IMP. PAETO.

*Cum Ciliciae Cicero pro conſule praeeſſet, a Paeto litteras de re militari accepit: quas iocans his exagitat, & vna M. Fabium commendat.*

SVmmum me ducem litterae tuae reddidere[1]. plane neſciebam te tam peritum eſſe rei militaris. Pyrrhi te libros[2] & Cineae video lectitaſſe[3]. Itaque obtemperare cogito praeceptis tuis: hoc amplius[4], nauicularum habere aliquid in ora maritima[5]. contra equitem Parthum negant vllam armaturam meliorem inueniri poſſe[6]. Sed quid 2
ludimus[7]? neſcis, quo[8] cum imperatore tibi negotium ſit; παιδείαν Κύρου[9], quam contrieram[10]
legendo, totam in hoc imperio explicaui[11]. Sed 3
iocabimur alias coram[12], &, vt ſpero, breui tempore. Nunc ades[13] ad imperandum, vel ad parendum[14] potius. Sic enim antiqui loquebantur.
Cum M. Fabio (quod ſcire te arbitror) mihi ſum- 4
mus

XXV.

1. litterae tuae me laudauerunt & repraeſentarunt, tanquam ſummum ducem. 2. de re militari. 3. ſaepius legiſſe. 4. vmb ſo viel mehr. 5. cogito habere aliquas nauiculas auf der Seeküſte. 6. dicunt enim, quod nulla melior armatura inueniri poſſit contra Parthicum equitatum. 7. iocamur. 8. quanto, quali. 9. *Cyri* regis Perſici *inſtitutionem*. 10. gleichſam abgerieben. 11. declaraui, exemplo meo repraeſentaui. 12. praeſentes. 13. veni. 14. obediendum.



Digitized by Google

mus eſt vſus[15], valdeque eum diligo: cum propter ſummam probitatem eius ac ſingularem modeſtiam: tum quod in iis controuerſiis, quas habeo cum tuis combibonibus[16] Epicureis, optima
5 opera[17] eius vti ſoleo. Is cum ad me Laodiceam veniſſet, mecumque ego eum eſſe vellem, repente percuſſus eſt[18] atrociſſimis litteris, in quibus ſcriptum erat, fundum[19] Herculanenſem a Q. Fabio fratre proſcriptum[20] eſſe: qui fundus cum eo
6 communis eſſet. Id M. Fabius pergrauiter tulit: exiſtimauitque fratrem ſuum, hominem non ſapientem, impulſu inimicorum ſuorum eo[21] pro-
7 greſſum eſſe. Nunc ſi me amas, mi Paete, negotium totum ſuſcipe, & moleſtia[22] Fabium libera. Auctoritate tua nobis opus eſt & conſilio & etiam gratia[23]. Noli pati litigare fratres[24], & iudiciis turpibus conflictari[25]. Mathonem & Pollionem
8 inimicos habet Fabius. Quid multa[26]? non mehercule tam perſcribere poſſum, quam mihi gratum feceris, ſi otioſum[27] Fabium reddideris. id ille in te poſitum eſſe putat[28], mihique perſuadet.

15. familiaritas. 16. Sauff-Brüdern. 17. labore. 18. territus eſt. 19. praedium. 20. ad venditionem. 21. vt id faceret. 22. ab hac. 23. fauore apud amicos tuos. 24. noli pati, vt hi duo fratres inuicem habeant lites. 25. & vt illi pugnent turpibus iudiciis, Proceſſe. 26. quid opus eſt multis verbis? 27. tranquillum, daſs er ſtille ſitzet. 28. ille putat, te poſſe hoc efficere.

## XXVI.

## CICERO PAETO S. D.

*Deſcriptio & excuſatio coenae liberioris, praeſertim accumbente Cytheride meretrice.*

Accu-

Digitized by Google

ACcubueram[1] hora nona, cum ad te harum[2]
exemplum[3] in codicillis[4] exaraui. Dices,
vbi? apud Volumnium Eutrapelum: & quidem
ſupra me[5] Atticus, infra Verrius, familiares tui.
Miraris tam exhilaratam eſſe ſeruitutem[6] no- 2
ſtram? quid ergo faciam? te conſulo[7], qui philo-
ſophum audis: angar? excruciemne me? quid
adſequar[8]? deinde quem ad finem? Viuas, in- 3
quis, in litteris. an quidquam me aliud agere cen-
ſes? aut poſſem viuere, niſi in litteris viuerem.
Sed eſt earum etiam non ſatietas, ſed quidam mo- 4
dus[9]. a quibus[10] cum diſceſſi, etſi minimum
mihi eſt in coena[11], quod tu vnum ζήτημα Dioni
philoſopho poſuiſti[12]; tamen quid potius faciam,
priusquam me dormitum[13] conferam, non repe-
rio[14]. Audi reliqua. Infra Eutrapelum Cythe- 5
ris[15] accubuit[16]. In eo igitur, inquis, conuiuio
Cicero ille[17], *quem adſpectabant? cuius ob os Graii*
*ora obuertebant ſua*[18]? Non mehercule ſuſpica- 6
tus ſum illam[19] adfore[20]: ſed tamen ne Ariſtip-
pus

XXVI.

1. ad menſam. 2. litterarum. 3. Concept. 4. in der Schreibtafel. 5. accumbebat, ſedebat. 6. quam nunc patimur ſub dominatione Iulii Caeſaris. 7. te voco in conſilium. 8. was ſollte ich doch damit ausrichten? 9. moderatio eſſe debet in ſtudiis, licet animus illis non ſatietur. 10. quando diſceſſi a ſtudiis. 11. etſi coenam ego parum curo. 12. quod ζήτημα, ſiue, quam quaeſtionem, nempe, quanti faciendae ſint coniurationes, tu propoſuiſti philoſopho Dioni. 13. zubette, ſchlaffen. 14. video. 15. meretrix famoſa. 16. ſedit ad menſam. 17. ſedebat, erat. 18. ſunt verba ex Graeco aliquo Poëta deſumta. 19. Citheriden. 20. [illegible] conuiuio.



Digitized by Google

pus quidem ille Socraticus[21] erubuit, cum eſſet obiectum[22], habere eum Laida[23]. Habeo, inquit, non habeor a Laide[24]. Graece hoc melius[25]: tu, ſi voles, interpretabere.
7 Me vero nihil iſtorum ne iuuenem quidem mouit vnquam, ne nunc ſenem[26]. conuiuio delector, ibi loquor, quod in ſolum[27], vt dicitur, & gemitum, & in riſus maximos transfero.
8 An tu id melius[28], qui etiam philoſophum irriſeris? Cum ille, ſi quis quidquam quaereret, dixiſſet, coenam te quaerere a mane dixeris[29]. Ille baro[30] te putabat quaeſiturum, vnum coelum eſſet, innumerabilia. quid ad te[31]? at hercule coena numquid ad te[32]? ibi
9 praeſertim. Sic igitur viuitur: quotidie aliquid legitur, aut ſcribitur. deinde, ne amicis nihil tribuamus[33], epulamur vna[34] non modo non contra legem[35], ſi vlla nunc lex eſt, ſed etiam intra
10 legem[36], & quidem aliquanto[37]. Quare nihil eſt quod aduentum noſtrum extimeſcas. Non multi cibi hoſpitem accipies, ſed multi ioci[38]. Vale.

M. TVL-

21. Philoſophus, Socratis diſcipulus. 22. ei. 23. meretricem. 24 habeo ego Laidem, ſed non habeor ſive poſſideor a Laide. ἔχω, καὶ οὐκ ἔχομαι. vide *Athenaeum* Deipnoſoph. XII. 11. 25. ſonat. 26. ſane cum ego adhuc iuuenis eſſem, amor me non mouit, multo minus mouere me poterit nunc ſenem. 27. prouerbium ignotum. 28. intelligis. 29. dixeris, quod tu iam a tempore matutino quaeras aliquem, qui te inuitaret ad coenam. 30. homo ſtultus & ſtupidus. 31. hoc attinet. 32. attinet. 33. vt tamen etiam amicis aliquod tempus tribuamus. 34. beyſammen. 35. ſumtuariam, Policey-Ordnung. 36. minori ſumtu epulamur, quam lex permittit. 37. paululum. 38. hoſpitem me accipies, qui non quidem multum edat, ſed multum iocetur.

LIBER X.

Digitized by Google

# M. TVLLII CICERONIS EPISTOLARVM AD PLANCVM ET ALIOS, LIBER X.

## I.

## M. T. CICERO CN. PLANCO IMP. COS. DES. S. D.

*Inuehitur in Antonii immoderatam potentiam, & Plancum tranſalpinae Galliae praeſidem hortatur, vt in remp. incumbat: & tandem de Furnio benigne ſuſcepto gratias agit.*

ET[1] abſui proficiſcens in Graeciam: &[2] poſteaquam de medio curſu[3] reipub. ſum voce[4] reuocatus, nunquam per[5] M. Antonium quietus fui: cuius tanta eſt non[6] inſolentia[7] (nam id quidem vulgare vitium eſt) ſed immanitas[8], non modo vt vocem[9], ſed ne vultum quidem liberum poſſit ferre cuiusquam. Itaque 2
mihi maxima cura eſt, non de[10] mea quidem vita, cui ſatis feci vel aetate[11], vel factis[12], vel (ſi quid etiam

LIBER X.

I.

1. Non ſolum. 2. ſed etiam. 3. adminiſtratione. 4. per vocem reipublicae, quae me quaſi reuocabat ex Graecia, cum vexaretur per Antonium. 5. propter turbas Antonii. 6. non ſolum. 7. ſuperba crudelitas. 8. inhumanitas. 9. ſermonem, monitum. 10. propter meam. 11. dum ego iam ſenex ſum. 12. honeſtis, rebus bene geſtis. 13. per



Digitized by Google

etiam hoc ad rem pertinet) gloria[13]; ſed me patria ſollicitat[14]: in primisque, mi Plance, exſpectatio conſulatus tui[15]: quae[16] ita longa eſt, vt optandum ſit, vt poſſimus ad id[17] tempus reipub. ſpi-
3 ritum[18] ducere[19]. Quae poteſt enim ſpes eſſe in ea republica, in qua hominis impotentiſſimi[20] atque intemperantiſſimi armis oppreſſa ſunt omnia? & in qua nec ſenatus, nec populus vim habet vllam? nec leges vllae ſunt, nec iudicia, nec omnino ſimulacrum[21] aliquod, aut veſtigium ciuitatis[22]? ſed quum[23] acta omnia[24] mitti ad te arbitrabar: nihil erat[25], quod ſingulis de rebus ſcri-
4 berem. Illud autem erat amoris mei[26], quem a tua pueritia ſuſceptum[27] non ſeruaui ſolum, ſed etiam auxi, monere te atque hortari, vt in rempublicam[28] omni cogitatione curaque incumberes: quae ſi ad tuum[29] tempus perducitur, facilis gubernatio eſt: vt perducatur autem[30], magnae[31]
5 cum diligentiae eſt, tum etiam fortunae. Sed & te aliquando ante, vt ſpero, habebimus: & praeterquam quod reipub. conſulere debemus, tamen tuae dignitati ita fauemus, vt omne noſtrum conſi-

13. per gloriam rerum geſtarum. 14. timorem & curam mihi facit. 15. exſpectatio illius temporis, quo tu conſul fies. 16. exſpectatio. 17. conſulatus tui. 18. veluti animam. 19. producere, ne plane moriatur. 20. crudeliſſimi. 21. imago, vmbra aliqua. 22. antiquae. 23. quoniam. 24. narrationes omnes de rebus Romae actis. 25. non opus erat. 26. illud autem pertinebat ad amorem meum. 27. inceptum. 28. bene adminiſtrandam. 29. tui conſulatus. 30. vt autem reſpublica ad illud vsque tempus perducatur. 31. ad hoc magna diligentia & fortuna requiritur.

32. glo-

Digitized by Google

conſilium, ſtudium, officium, operam, laborem,
diligentiam ad amplitudinem[32] tuam conſera-
mus. Ita facillime & reipub. quae mihi cariſſima 6
eſt, & amicitiae noſtrae, quam ſanctiſſime[33] no-
bis colendam[34] puto, me intelligo ſatis facturum.
Furnium noſtrum tanti a te fieri[35], quantum ipſius 7
& humanitas & dignitas poſtulat, nec miror, &
gaudeo: teque hoc exiſtimare[36] volo, quidquid
in eum iudicii[37] officiique contuleris, id ita me
accipere, vt in meipſum te putem contuliſſe[38].

32. gloriam. 33. ſinceriſſime. 34. eſſe. 35. aeſti-
mari. 36. perſuaderi. 37. bonae exiſtimationis. 38.
vt putem, te contuliſſe hoc in me ipſum.

## II.

## CICERO PLANCO S.

*Excuſat, quod in ſenatum ad agendam Planci cauſ-
ſam non venerit, & officia ſua in aliis rebus pol-
licetur.*

MEum ſtudium[1] honôri tuo pro neceſſitudine
noſtra[2] non defuiſſet[3], ſi aut tuto in ſenatum
aut honeſte[4] venire potuiſſem. Sed nec ſine peri- 2
culo quiſquam libere de repub. ſentiens[5], verſari[6]
poteſt in ſumma impunitate gladiorum[7]: nec no-
ſtrae dignitatis videtur[8] eſſe, ibi[9] ſententiam de
rep.

II.

1. Mea cupido & voluntas de te bene merendi. 2.
propter amicitiam. 3. würde nicht entſtanden ſeyn,
noch ermangelt haben, augere honorem tuum. 4. mit
Ehren vnd Reſpect. 5. qui libere ſentit de ſtatu reipu-
blicae. 6. eſſe iam. 7. poſtquam crudelitas rebellium
ciuium non punitur. 8. ſo ſtehet mirs auch nicht an.
9. in eo loco.



Digitized by Google

rep. dicere, vbi me & melius & propius audiant
3 armati[10], quam ſenatores. Quapropter in priuatis rebus nullum neque officium, neque ſtudium meum deſiderabis[11]. ne[12] in publicis quidem, ſi quid erit, in quo me intereſſe neceſſe ſit, vnquam deero[13], ne cum periculo quidem meo, dignitati
4 tuae[14]. In his autem rebus, quae nihilominus vt[15] ego abſim[16], confici poſſunt, peto a te, vt me rationem habere velis & ſalutis & dignitatis meae[17]. Vale.

10. milites. 11. vermiſſen. 12. ne in publicis quidem negotiis vnquam deero dignitati tuae. 13. entſtehen, ermangeln. 14. honori tuo. 15. tametſi. 16. non praeſens ſim in ſenatu. 17. velis haud grauatim permittere, vt obſeruem ea, quae decent meam ſalutem & dignitatem.

## III.

## CICERO PLANCO S.

*Veritus Cicero ne cum Antonio ſe Plancus coniungat, aucupatur laudibus eiusdem beneuolentiam hortaturque vt remp. tueatur.*

CVm ipſum Furnium per ſe vidi libentiſſime, tum hoc libentius[1], quod illum audiens, te vi-
2 debar audire[2]. Nam & in re militari virtutem[3], & in adminiſtranda[4] prouincia iuſtitiam, & in omni genere[5] prudentiam mihi tuam expoſuit[6]: & praeterea mihi non ignotam in conſuetudine & familiaritate ſuauitatem tuam adiunxit[7]: praeterea

III.

1. Vmb ſo viel lieber. 2. quod putabam, quod te audirem, cum audirem illum. 3. fortitudinem. 4. regenda. 5. re. 6. enarrauit. 7. ſimul expoſuit.

8. audi-

Digitized by Google

terea ſummam erga ſe liberalitatem: quae omnia mihi iucunda[8], hoc extremum[9] etiam gratum fuit. Ego, Plance, neceſſitudinem[10] conſtitu- 3
tam[11] habui cum domo[12] veſtra ante aliquanto[13] quam tu natus es: amorem[14] autem erga te ab ineunte pueritia tua: confirmata iam aetate[15] familiaritatem[16] cum ſtudio meo tum iudicio tuo conſtitutam[17]. His de cauſſis mirabiliter[18] faueo dignitati tuae, quam mihi tecum ſtatuo[19] eſſe
communem. Omnia ſumma[20] conſecutus es 4
virtute duce, comite fortuna[21]: eaque[22] es adeptus adoleſcens[23], multis inuidentibus[24], quos
ingenio induſtriaque fregiſti[25]. Nunc me, aman- 5
tiſſimum tui, nemini concedentem[26], qui tibi vetuſtate[27] neceſſitudinis potior[28] poſſit eſſe, ſi audies[29], omnem tibi reliquae vitae dignitatem ex
optimo reip. ſtatu adquires[30]. Scis profecto (ni- 6
hil enim te fugere potuit[31]) fuiſſe quoddam tempus, cum homines exiſtimarent, te nimis ſeruire
tempo-

8. auditu, cognitu. 9. tua nempe liberalitas erga Furnium. 10. ſummam amicitiam. 11. confirmatam. 12. familia. 13. eine geraume Zeit vorher. 14. conſtitutum habui. 15. poſtquam tua aetas confirmata eſt, & tu factus es vir. 16. tecum. 17. habui. 18. plurimum. 19. arbitror, affirmo. 20. ſummum honorem, alle hohe Qualitäten. 21. dum ſequutus fuiſti virtutem ducem, & fortunam comitem habuiſti. 22. eosque honores, ea bona. 23. cum adhuc eſſes adoleſcens. 24. licet multi homines tibi inuiderent. 25. ſuperaſti. 26 & qui concedo nemini in amore erga te. 27. quoad vetuſtatem amicitiae. 28. prior, acceptior, quam ego ſum. 29. ſi conſilia mea ſequeris. 30. omnem dignitatem in reliqua tua vita accipies ex optima adminiſtratione reip. 31. tu enim omnia ſcire potuiſti.

32. du

Digitized by Google

temporibus[32]: quod ego quoque exiſtimarem,
te ſi ea[33], quae patiebare, probare etiam arbitrarer.
Sed cum intelligerem, quid ſentires[34], te
7 arbitrabar videre[35], quid poſſes. Nunc alia ratio
eſt[36] omnium rerum: tuum iudicium eſt, idque
liberum[37]. conſul es deſignatus, optima aetate,
ſumma eloquentia, maxima orbitate reip. viro-
8 rum talium[38]. Incumbe, per[39] deos immorta-
les, in eam curam & cogitationem, quae tibi ſum-
mam dignitatem & gloriam adferat. Vnus[40] au-
tem eſt, hoc praeſertim tempore, per tot annos
repub. devexata[41], reipublicae bene gerendae[42]
9 curſus ad gloriam. Haec amore[43] magis impul-
ſus ſcribenda ad te putaui, quam quo[44] arbitrarer,
te monitis & praeceptis meis egere. Sciebam
enim, ex iisdem te haec haurire fontibus[45], ex
quibus ipſe hauſeram. Quare modum[46] faciam.
10 Nunc tantum[47] ſignificandum putaui, vt potius
amorem tibi oſtenderem meum, quam oſtenta-
rem prudentiam. Interea, quae ad dignitatem
tuam pertinere arbitrabor, ſtudioſe diligenterque
curabo. Vale.

IV. PLAN-

32. du hätteſt den Mantel allzuſehr nach dem Winde gehänget, dum Caeſarem vehementius coluiſſes. 33. ſi arbitrarer, te etiam probare ea. 34. quae tua eſſet ſententia. 35. intelligere. 36. alius ſtatus & conditio. 37. in tuo arbitrio id poſitum nunc eſt. 38. praeſertim, cum reſpublica orbata ſit talibus viris, qualis tu es. 39. rogo te, per. 40. vnicus. 41. poſtquam reſp. eſt vexata per tot annos. 42. adminiſtrandae. 43. ex amore erga te. 44. quod. 45. philoſophiae. 46. ſcribendi, finem epiſtolae huic. 47. hoc tantummodo.

IV. 1. te

Digitized by Google

## IV.

# PLANCVS CICERONI.

Gratias agit Ciceroni, quod ſe ad veriſſimae gloriae ſtudium ſit adhortatus, ſeque in reipublicae poteſtate fore pollicetur.

*Gratiſſimae mihi tuae litterae fuerunt, quas ex Furnii ſermone te*[1] *ſcripſiſſe animaduerto. Ego* 2
*autem praeteriti temporis excuſationem adfero*[2]*,*
*quod*[3] *te profectum*[4] *audieram: nec multo*[5] *ante rediiſſe ſciui, quam ex epiſtola tua cognoui. Nullum* 3
*enim in te officium, ne minimum quidem, ſine maxima culpa videor poſſe praeterire: in quo*[6] *tuendo*[7] *habeo cauſſas plurimas, vel*[8] *paternae neceſſitudinis*[9]*, vel meae a pueritia*[10] *obſeruantiae*[11]*: vel tui erga me mutui amoris. Quare, mi Cicero, quod*[12] 4
*mea, tuaque patitur aetas, perſuade tibi, te vnum eſſe, in quo ego colendo patriam mihi conſtituerim ſanctitatem*[13]*. Omnia igitur tua conſilia mihi non* 5
*magis prudentiae plena, quae*[14] *ſumma eſt, videntur, quam*[15] *fidelitatis: quam ego ex mea conſcientia metior*[16]*. Quare ſi aut aliter ſentirem, certe ad-* 6
*monitio tua me reprimere*[17]*; aut ſi dubitarem, hortatio impellere poſſet, vt id ſequerer, quod tu optimum putares. Nunc vero quid eſt, quod me in aliam* 7
*partem*

IV.

1. te ipſummet, tua manu. 2. ego autem adfero ipſis excuſationem, quod non ſcripſeris praeterito tempore. 3. quia. 4. eſſe. 5. diu. 6. officio. 7. obſeruando. 8. partim. 9. amicitiae, quam coluiſti cum patre meo. 10. mea. 11. erga te. 12. quantum. 13. in quo colendo ego mihi propoſui ſinceritatem mei patris. 14. prudentia. 15. quam plena. 16. quam fidelitatem ego ſcio magnam eſſe. 17. poſſet.

18. Qua

Digitized by Google

*partem trahere poſſit? quaecunque in me bona*[18]
*ſunt, aut fortunae beneficio*[19] *tributa*[20], *aut meo la-*
*bore parta, etſi a te propter amorem carius*[21] *ſunt*
*aeſtimata, tamen vel inimiciſſimi iudicio*[22] *tanta*
*ſunt, vt praeter bonam famam nihil deſiderare vi-*
8 *deantur. Quare hoc vnum tibi perſuade, quan-*
*tum*[23] *viribus eniti, conſilio prouidere, auctoritate*
*mouere potuero, hoc omne reipublicae ſemper futu-*
9 *rum*[24]. *Non eſt ignotus mihi ſenſus*[25] *tuus: neque,*
*ſi facultas, optabilis mihi quidem, tui praeſentis eſ-*
*ſet*[26], *vnquam a tuis conſiliis diſcreparem*[27]: *nec*
*nunc committam, vt vllum meum factum repreben-*
10 *dere iure poſſis. Sum in exſpectatione omnium re-*
*rum, quid in Gallia citeriore, quid in vrbe*[28] *menſe*
11 *Ianuario geratur, vt ſciam. Interim maximam*
*heic ſollicitudinem curamque ſuſtineo*[29], *ne inter*
*aliena vitia hae gentes noſtra mala ſuam putent oc-*
12 *caſionem*[30]. *Quod ſi proinde, vt ipſe mereor, mihi*
*ſucceſſerit*[31], *certe & tibi, cui maxime cupio*[32], *&*
*omnibus viris bonis ſatisfaciam. Fac valeas, me-*
*que mutuo diligas.*

V. Ci-

18. Qualitäten. 19. per beneficium. 20. mihi. 21. maioris pretii. 22. etiam iuxta iudicium eius, qui mihi inimiciſſimus eſt. 23. potero. 24 me velle id ſemper tribuere reipublicae. 25. ſententia tua. 26. ſi mihi liceret tecum eſſe, quod quidem valde opto. 27. diſſentirem. 28 Roma. 29. perfero. 30. ne gentes hae Gallicae, dum vident aliena vitia, putent, mala noſtra & diſcordias ciuiles, eſſe ſibi occaſionem ad excitandas ſeditiones opportunam. 31. quaeres ſi ita ſucceſſerit mihi, prout ego mereor. 32. faueo.



Digitized by Google

## V.

# CICERO PLANCO S.

*Denuo Plancum ad ſuſcipiendam tuendamque rempublicam ſtimulis gloriae inſtigat.*

BInas a te accepi litteras eodem exemplo[1]; quod ipſum argumento[2] mihi fuit diligentiae tuae. Intellexi enim te laborare[3], vt ad me tuae exſpectatiſſimae litterae perferrentur. Ex qui- 2
bus cepi fructum[4] duplicem, mihique in comparatione difficilem ad iudicandum[5], amoremne erga me tuum, an animum in rempub. pluris aeſtimandum putarem. Eſt omnino patriae[6] cari- 3
tas meo quidem iudicio maxima: ſed amor voluntatisque coniunctio[7] plus certe habet ſuauitatis. Itaque commemoratio tua paternae neceſ- 4
ſitudinis[8], beneuolentiaeque eius, quam erga me a pueritia contuliſſes[9], ceterarumque rerum, quae ad eam ſententiam pertinebant, incredibilem mihi laetitiam attulerat. Rurſus declaratio animi tui, 5
quem haberes de repub. quemque habiturus eſſes[10], mihi erat iucundiſſima: eoque[11] maior erat haec laetitia, quod[12] ad illa ſuperiora[13] accedebat. Itaque te non hortor ſolum, mi Plance, ſed 6
plane etiam oro, quod feci iis[14] litteris, quibus[15]

tu hu-

V.

1. vnius exempli & ſcripturae. 2. indicio. 3. ſollicitum eſſe. 4. vtilitatem. 5. de quo fructu difficulter iudicare poſſum, ſi eos inuicem volo comparare. 6. erga patriam. 7. inter amicos. 8. amicitiae cum patre tuo cultae. 9. habuiſſes. 10. in poſterum. 11. vmb ſo viel. 12. quoniam illa. 13. ad ea, quae ſupra commemoraſti. 14. in iis. 15. ad quos,

16. cu-

Digitized by Google

tu humaniſſime reſpondiſti, vt tota mente, omni-
7 que animi impetu in remp. incumbas[16]. Nihil eſt,
quod tibi maiori fructui gloriaeque eſſe[17] poſſit:
nec quidquam ex omnibus rebus humanis eſt
praeclarius, aut praeſtantius, quam de republica
bene mereri. adhuc[18] enim patitur tua ſumma
humanitas & ſapientia, me[19], quod ſentiam, libe-
8 re dicere. Fortuna ſuffragante[20] videris res ma-
ximas conſecutus: quod quamquam ſine virtute
non potuiſſes[21], tamen ex maxima parte ea, quae
es adeptus, fortunae temporibusque tribuuntur.
His temporibus difficillimis reipublicae, quidquid
9 ſubveneris[22], id erit totum & proprium tuum[23].
Incredibile eſt omnium ciuium, latronibus[24] ex-
ceptis, odium in Antonium: magna ſpes in te &
in tuo exercitu, magna exſpectatio, cuius, per
deos[25], gratiae gloriaeque caue tempus amittas[26].
10 Sic moneo[27], vt filium[28]; ſic faueo[29], vt mihi; ſic
hortor[30], vt & pro patria & amiciſſimum[31].

VI. CI-

16. curam reip. geras. 17. poſſit afferre maiorem vtilitatem & gloriam. 18. noch zur Zeit. 19. vt ego libere dicam. 20. dum fortuna tibi auxilium attulit. 21. conſequi. 22. quicquid auxilii attuleris. 23. id omne tibi ſoli adſcribetur. 24. rebellibus ciuibus, qui ſequuntur partes Antonii. 25. rogo te. 26. caue, vt hoc tempus amittas, in quo excitaſti ſpem de te, cum habeas fauorem ſeu gratiam omnium, & gloriam poſſis acquirere. 27. te. 28. tanquam meum filium. 29. tibi. 30. te. 31. qui & pro patria pugnes, & mihi es amiciſſimus.

VI. 1. pro-

Digitized by Google

## VI.

# CICERO PLANCO.

*Plancus litteris ad ſenatum ſcriptis pacem cum Antonio ſuaſerat: quam Cicero his diſuadet, quae armis potius, quam pactione ſit quaerenda: hortaturque, vt ſeiungat ſe a ſocietate malorum, totusque ad remp. tranſeat.*

QVae locutus eſt Furnius noſter de animo[1] tuo in[2] rempub. ea gratiſſima fuerunt ſenatui, populoque Rom. probatiſſima[3]. quae autem recitatae ſunt litterae[4] in ſenatu, nequaquam[5] conſentire cum Furnii oratione viſae ſunt. Pacis 2
enim auctor[6] eras, cum collega tuus[7], vir clariſſimus, a foediſſimis latronibus[8] obſideretur[9]; qui aut poſitis armis pacem petere debent, aut ſi pugnantes eam[10] poſtulant, victoria[11] pax, non pactione[12], parienda[13] eſt. Sed de pace litterae 3
vel Lepidi, vel tuae quam in partem[14] acceptae ſint[15], ex viro optimo, fratre tuo, & C. Furnio poteris cognoſcere. Me autem impulit tui[16] ca- 4
ritas, vt, quamquam nec tibi ipſi conſilium deeſſet, & fratris Furniique beneuolentia fideliſque prudentia tibi praeſto eſſet futura[17], vellem tamen meae quoque auctoritatis, pro plurimis noſtris neceſſitudinibus[18], praeceptum ad te aliquod perue-

VI.

1. propenſo, beneuolo. 2. erga. 3. valde grata, laudantur. 4. tuae. 5. plane non. 6. ſuaſor. 7. Decius Brutus. 8. Antonianis militibus. 9. in vrbe Mutina. 10. pacem. 11. per victoriam. 12. Vergleich, Accord. 13. paranda, efficienda. 14. quomodo. 15. intellectae. 16. erga te. 17. auxilium adferret. 18. quoniam magna inter nos amicitia eſt.



Digitized by Google

5 peruenire. Crede igitur mihi, Plance, omnes[19],
quos adhuc gradus dignitatis conſecutus ſis, (es
autem adeptus ampliſſimos[20]) eos honorum vo-
cabula habituros[21], non dignitatis inſignia[22], niſi
te cum libertate populi Rom. & cum ſenatus au-
6 ctoritate coniunxeris. Seiunge te quaeſo ali-
quando ab iis, cum quibus te non tuum iudicium[23],
7 ſed temporum[24] vincula[25] coniunxerunt. Com-
plures in perturbatione reipub. conſules dicti[26]:
quorum nemo conſularis[27] habitus[28], niſi qui ani-
8 mo exſtitit in rempub. conſulari[29]. Talem igi-
tur te eſſe oportet, qui primum te ab impiorum
ciuium tui diſſimillimorum ſocietate ſeiungas:
deinde & ſenatui bonisque omnibus auctorem,
principem, ducem praebeas[30]: poſtremo, vt pa-
cem eſſe iudices non in armis poſitis[31], ſed in ab-
9 iecto armorum & ſeruitutis metu. Haec ſi &
ages & ſenties, tum eris non modo conſul, & con-
ſularis[32], ſed magnus etiam conſul & conſularis.
Sin aliter[33], tum in iſtis ampliſſimis nominibus ho-
norum non modo dignitas nulla erit, ſed erit
10 ſumma deformitas. Haec impulſus beneuolen-
tia[34] ſcripſi paullo ſeuerius: quae tu in experien-
do ea ratione[35], quae te digna eſt[36], vera eſſe co-
gnoſces. D. XIII. kal. Aprilis[37].

VII.

19. gradus. 20. gradus. 21. eos habituros eſſe tantummodo nomina honorum. 22. vera ornamenta. 23. tua voluntas. 24. calamitoſorum, turbulentorum. 25. neceſſitas. 26. fuerunt. 27. animo conſulari praeditus. 28. fuit. 29. qui dignus eſſet conſule. 30. te. 31. non in depoſitione armorum. 32. conſularem habens animum, conſulatu dignus. 33. facies. 34. ex beneuolentia erga te. 35. eo modo. 36. quae te decet. 37. die xx. Martii.

VII.

Digitized by Google

## VII.

# PLANCVS CICERONI.

*Cauſſam breuitatis indicat, & ſtudii in remp. ſui ſerius patefacti, ſuamque dignitatem Ciceroni commendat.*

PLura tibi de meis conſiliis ſcriberem, rationemque[1] omnium rerum redderem verboſius[2], quo magis iudicares, omnia me reipublicae praeſtitiſſe, quae & tua exhortatione excepi[3], & mea adfirmatione tibi recepi[4]: (non minus etiam a te probari[5], quam diligi ſemper volui: nec te magis in culpa[6] defenſorem mihi paraui, quam praedicatorem[7] meritorum meorum eſſe volui:) ſed breuiorem[8] me duae res faciunt: vna[9], quod publicis litteris omnia ſum perſecutus[10]: altera, quod M. Variſidium equitem Romanum, familiarem meum, ipſum ad te tranſire iuſſi, ex quo omnia cognoſcere poſſes. Non medius fidius[11] medio- 2
cri dolore adficiebar, cum alii occupare poſſeſſionem laudis viderentur: ſed usque[12] mihi temperaui, dum[13] perducerem eo[14] rem, vt dignum aliquid & conſulatu meo[15], & veſtra exſpectatione efficerem. Quod ſpero, ſi me fortuna non fe- 3
fellerit, me conſecuturum; vt maximo praeſidio[16]

VII.

1. ſtatum, Beſchaffenheit. 2. pluribus verbis. 3. audiui, in animum poſui. 4. promiſi. 5. laudari. 6. mea aliqua. 7. laudatorem. 8. in ſcribendo. 9. res ſeu cauſſa. 10. quia omnia iam plene ſcripſi in litteris publicis ad Senatum. 11. ſane. 12. eo vsque, in ſo weit. 13. donec. 14. in eum ſtatum. 15. quem proximo anno geram.

 16. au-

Digitized by Google

dio[16] reipublicae nos fuiſſe, & nunc ſentiant ho-
4 mines, & in poſterum memoria teneant[17]. A te peto, vt dignitati meae ſuffrageris[18], &, quarum rerum ſpe ad laudem me vocaſti, harum fructu in reliquum facias alacriorem[19]. Non minus poſſe te[20], quam velle, exploratum[21] mihi eſt. Fac valeas, meque mutuo diligas.

16. auxilio. 17. recordari poſſint. 18. ſuffragium des tuum dignitati meae. 19. & vt me facias alacriorem fructu harum rerum, quarum ſpe me vocaſti ad laudem.

## VIII.

## PLANCVS IMP. COS. DES. COSS. PR. TRIB. PL. SEN. POP. PL. Q. R. S. D.

*Cauſſas adfert, cur ſe ſero libertatis defenſorem profiteatur, & de exercitu & prouinciae ſtatu ſignificat.*

SI cui forte videor diutius & hominum exſpectationem & ſpem reipub. de mea voluntate[1] tenuiſſe ſuſpenſam[2], huic prius excuſandum me eſſe arbitror, quam de inſequenti[3] officio quid-
2 quam vlli pollicendum. Non enim praeteritam culpam videri volo redemiſſe[4], ſed optimae mentis cogitata[5] iam pridem, maturo[6] tempore enuntiare[7]. Non me praeteribat[8], in tanta ſollicitudine hominum, & tam perturbato ſtatu ciuitatis, fructuo-



1. beneuola. 2. dubiam. 3. futuro. 4. emendaſſe. 5. conſilia, quae iampridem in bono animo habui. 6. iuſto, opportuno. 7. proferre. 8. ego bene ſciebam.



Digitized by Google

fructuoſiſſimam [9] eſſe profeſſionem [10] bonae vo-
luntatis: magnosque honores ex ea re complu-
res conſecutos [11] videbam. Sed cum in eum ca- 3
ſum [12] me fortuna demiſiſſet [13], vt aut celeriter pol-
licendo magna in ſpe ad proficiendum impedi-
menta opponerem [14]: aut, ſi in eo mihi tempera-
viſſem, maiores occaſiones ad opitulandum [15] ha-
berem; expeditius [16] iter communis ſalutis, quam
meae laudis, eſſe volui. Nam quis in ea fortu- 4
na [17], quae [18] mea eſt, & ab ea vita, quam in me co-
gnitam [19] hominibus arbitror, & cum ea ſpe, quam
in manibus habeo, aut ſordidum [20] quidquam pa-
ti, aut pernicioſum concupiſcere poteſt? Sed 5
aliquantum nobis temporis, & magni laboris, &
multae impenſae [21] opus fuerunt, vt, quae reipu-
blicae bonisque omnibus polliceremur, exitu [22]
praeſtaremus: neque ad auxilium patriae nudi [23]
cum bona voluntate, ſed cum facultatibus acce-
deremus. Confirmandus [24] erat exercitus no- 6
bis, magnis ſaepe praemiis ſollicitatus [25], vt ab re-
pub. potius moderata [26], quam ab vno infinita [27]
ſperaret. Confirmandae [28] complures ciuitates: 7
quae

9. vtiliſſimam. 10. oſtenſionem, declarationem. 11. fuiſſe. 12. calamitatem, neceſſitatem. 13. conieciſſet. 14. vt aut opponerem mihi impedimenta ad proficiendum aliquid celeriter, pollicendo in magna ſpe. 15. auxilium ferendum. 16. volui tamen, vt via, ad conſervandam ſalutem communem, planior eſſet, quam meae laudis via. id eſt, ego volo meam laudem poſtponere ſaluti reipublicae. 17. ſtatus. 18 qualis nunc. 19. eſſe. 20. vnanſtändig. 21. maximi ſumtus. 22. in euentu. 23. ſo bloſs, imparati. 24. in fide erga rempublicam. 25. ad defectionem. 26. praemia. 27. praemia. 28. erant etiam.



Digitized by Google

quae ſuperiore anno largitionibus[29] conceſſio-
nibusque praemiorum erant obligatae : vt &
illa[30] vana[31] putarent, & eadem a melioribus au-
8 ctoribus[32] petenda[33] exiſtimarent. Eliciendae[34]
etiam voluntates[35] reliquorum, qui finitimis pro-
vinciis exercitibusque praefuerunt : vt potius
cum pluribus ſocietatem defendendae libertatis
iniremus[36], quam cum paucioribus funeſtam[37]
9 orbi terrarum victoriam partiremur. Muniendi
vero noſmetipſi fuimus, aucto exercitu, auxiliis-
que multiplicatis : vt, cum praeferremus ſenſus
aperte[38], tum etiam inuitis quibusdam[39], ſciri,
quid defenſuri eſſemus, non eſſet periculoſum[40].
10 Itaque nunquam diffitebor, multa me, vt ad effe-
ctum horum conſiliorum peruenirem, & ſimulaſ-
ſe inuitum[41], & diſſimulaſſe cum dolore : quod[42]
praematura denuntiatio boni ciuis imparati[43]
quam periculoſa eſſet, ex caſu collegae[44] vide-
11 bam. Quo nomine[45] etiam C. Furnio legato[46],
viro forti atque ſtrenuo, plura etiam verbo[47],
quam ſcriptura mandata dedimus ; vt & tectius[48]
ad vos perferrentur, & nos eſſemus tutiores :
quibusque rebus & communem ſalutem muniri,
& nos

29. donationibus. 30. illas largitiones. 31. fruſtra-
neas, inanes. 32. viris. 33. eſſe. 34. erant. 35. die
Intentiones. 36. faceremus. 37. triſtem, lugubrem.
38. cum oſtenderemus aperte noſtram ſententiam. 39.
contra voluntatem quorundam. 40. non periculoſum
eſſet, vt ſciretur ab omnibus. 41. gantz vngerne. 42.
quoniam. 43. qui nondum paratus eſſet ad auxilium fe-
rendum. 44. mei, Bruti, qui ab Antonio obſidebatur.
45. quapropter. 46. meinem General-Lieutenant. 47.
mündlich. 48. occultius.

49. dece-

Digitized by Google

& nos armari conueniret[49], praecepimus[50]. Ex
quo intelligi poteſt, curam reipublicae ſummae
defendendae iampridem apud nos excubare[51].
Nunc cum deûm[52] benignitate ab omni re[53] ſi- 12
mus paratiores; non ſolum bene ſperare de no-
bis homines, ſed explorate[54] iudicare volumus.
Legiones habeo quinque ſub ſignis[55], & ſua fide 13
virtuteque reipub. coniunctiſſimas[56], & noſtra li-
beralitate nobis obſequentes[57]: prouinciam
omnium ciuitatum conſenſu paratiſſimam, &
ſumma contentione[58] ad officia certantem[59]:
equitatus, auxiliorumque tantas copias[60], quan-
tas hae gentes ad defendendam ſuam ſalutem li-
bertatemque conficere[61] poſſunt. Ipſe ita ſum 14
animo paratus, vt vel prouinciam tueri, vel ire quo
reſp. vocet, vel tradere exercitum, auxilia, prouin-
ciamque, vel omnem impetum belli in me conuer-
tere, non recuſem: ſi modo meo caſu[62] aut con-
firmare patriae ſalutem, aut periculum morari[63]
poſſim. Haec ſi iam, expeditis omnibus rebus[64], 15
tranquilloque ſtatu ciuitatis, polliceor, in damno
meae laudis, reipub. commodo laetabor[65]: ſin ad
ſocie-

49. deceret. 50. Furnio. 51. vigilare, eſſe, nos non eſſe otioſos, quod attinet curam. 52. deorum. 53. in omnibus rebus. 54. certo. 55. ſuis. 56. quae legiones coniunctiſſimae ſunt cum rep. per ſuam fidem & fortitudinem. 57. & hae legiones ſunt nobis obſtrictae ad obſequium per noſtram liberalitatem. 58. ſummo ſtudio. 59. quaſi certantem ad officia mihi praeſtanda. 60. adferentem. 61. parare, anſchaffen, aufbringen. 62. per meam mortem & interitum. 63. aufhalten. 64 quando omnia erunt expedita & peracta. 65. laetabor, licet ego damnum accipiam meae laudis, ſi modo reipublicae commoda promoueantur.



Digitized by Google

ſocietatem integerrimorum [66] & maximorum periculorum accedam, conſilia mea aequis iudicibus ab obtrectatione inuidorum defendenda
16 commendo [67]. Mihi quidem ipſi fructus meritorum meorum in reipub. incolumitate ſatis magnus eſt paratus [68]: eos vero, qui meam auctoritatem, & multo magis veſtram fidem, ſecuti [69], nec vlla ſpe decipi nec vllo metu terreri potuerunt, vt commendatos vobis habeatis, petendum [70] videtur.

66. pleniſſimorum, praeſentium, certiſſimorum. 67. tibi. 68. fructus quidem ſatis magnus eſt paratus mihi ipſi in reip. incolumitate. 69. ſunt, nempe milites. 70. eſſe a vobis.

## IX.
## PLANCVS CICERONI.

*Suum ſtudium erga remp. praeſe fert: dignitatem ſuam commendat: quid egerit & acturus ſit, exponit: exercitum laudat.*

NIhil me tibi temere [1], aut te ceteris [2] de me fruſtra recepiſſe [3], laetor. Certe hoc [4] maius habes teſtimonium amoris mei, quo [5] maturius tibi quam ceteris, conſilia mea volui eſſe nota [6]. In dies vero meritorum meorum fieri acceſſiones [7], praeuidere te ſpero, cogniturum magis [8], reci-
2 pio [9]. Quod ad me attinet, mi Cicero, ita [10] ab imminentibus malis reſpublica, me adiuuante, liberetur,

IX.

1. inconſiderate. 2. aliis. 3. pollicitum eſſe. 4. ein deſto gröſſers. 5. ie. 6. volui aperire. 7. augmenta. 8. te vero id magis adhuc cogniturum eſſe. 9. polliceor. 10. formula iurandi.

11. con-

Digitized by Google

retur, ſic honores praemiaque veſtra ſuſpicio [11],
conferenda [12] certe cum immortalitate, vt ſine
his [13] nihil de meo ſtudio [14] perſeuerantiaque [15]
ſim remiſſurus. Niſi in multitudine optimorum 3
ciuium impetus animi mei fuerit ſingularis & ope-
ra [16] praecipua, nihil ad meam dignitatem acce-
dere volo ſuffragatione veſtra: concupiſco autem
nihil mihi, contra quod ipſe pugno: & temporis
& rei te moderatorem facile patior eſſe [17]. Nihil
aut ſero, aut exigue a patria ciui tributum poteſt
videri [18]. Exercitum ad d. VI. kal. Maias [19] Rho- 4
danum [20] traieci magnis itineribus [21]. Vienna [22]
equites mille via breuiore praemiſi. ipſe, ſi ab Le-
pido non impediar, celeritate [23] ſatisfaciam [24]: ſin
autem itineri meo ſe oppoſuerit [25], ad tempus [26]
conſilium capiam. Copias adduco & genere [27] & 5
numero & fidelitate firmiſſimas. Te, vt diligas
me, ſi mutuo me facturum ſcis [28], rogo. Vale.

X. CI-

11. conſidero, reſpectire. 12. quae praemia comparanda ſunt. 13. praemiis & honoribus, etiamſi ego ea non accipiam. 14. erga rempubl. 15. conſtantiaque. 16. labor. 17. facile patior, vt tu dirigas & rem & tempus. 18. quicquid patria tribuit ciui, hoc illa putanda eſt nunquam aut ſero nimis, aut nimis exigue tribuere. 19. die XXVI. Aprilis. 20. fluuium Galliae, hodie die Rhône. 21. mit ſtarcken Marches oder Tagreiſen. 22. ex vrbe Vienna, hodie Vienne in Delphinatu. 23. per celeritatem meam. 24. reipublicae ac vobis omnibus. 25. Lepidus. 26. pro ratione temporis. 27. nach ihrer Art. 28. quoniam ſcis, quod ego te mutuo amem.



Digitized by Google

## X.

# CICERO PLANCO.

*Laudat Planci praeclaram voluntatem ſtudiumque iuuandi rempublicam: ideoque praemia ſperare ab ſenatu iubet, in qua re ſuam operam pollicetur; hortaturque vt pergat in tuenda republica.*

ETſi ſatis ex Furnio noſtro cognoram, quae tua voluntas, quod conſilium de repub. eſſet; tamen tuis litteris lectis, liquidius [1] de toto ſenſu [2] tuo
2 iudicaui. Quamobrem quamquam in vno proelio omnis fortuna reipublicae diſceptat [3]: quod [4] quidem, cum haec legeres, iam decretum [5] arbitrabar fore: tamen ipſa fama [6], quae de tua voluntate percrebruit [7], magnam es laudem conſe-
3 cutus. Itaque ſi conſulem Romae habuiſſemus, declaratum eſſet ab ſenatu cum tuis magnis honoribus, quam gratus eſſet conatus & apparatus tuus. cuius rei non modo non praeteriit tempus [8], ſed ne maturum [9] quidem etiamnum, meo qui-
4 dem iudicio [10], fuit. Is enim denique honos mihi videri ſolet [11], qui non propter ſpem futuri beneficii, ſed propter magna merita claris viris de-
5 fertur [12] & datur. Quare, ſit [13] modo aliqua reſpub. in qua honos elucere poſſit; omnibus, mihi crede,

X.

1. clarius, deutlicher. 2. ſententia. 3. in periculo eſt, auff einer einzigen Schlacht beruhet alles. 4. praelium. 5. factum. 6. per ipſam famam. 7. innotuit vbique. 8. non modo autem praeteriit tempus ad eam declarationem faciendam. 9. tempus. 10. quantum ego iudico. 11. ego enim puto, hunc eſſe verum honorem. 12. offertur. 13. ſi modo ſit reſpublica aliqua.

14. omnes

Digitized by Google

crede, ampliſſimis honoribus abundabis[14]. Is autem, qui vere appellari poteſt honos, non invitamentum[15] ad tempus[16], ſed perpetuae virtutis eſt praemium. Quamobrem, mi Plance, incumbe[17] toto pectore ad laudem[18], ſubueni[19] patriae, opitulare collegae[20], omnium gentium conſenſum & incredibilem conſpirationem[21] adiuua. Me, tuorum conſiliorum adiutorem[22], dignitatis[23] fautorem, omnibus in rebus tibi amiciſſimum fideliſſimumque, cognoſces. Ad eas enim cauſſas, quibus[24] inter nos amore ſumus, officiis, vetuſtate[25] coniuncti, patriae caritas acceſſit: eaque[26] effecit, vt tuam vitam anteferrem meae. III. kalend. Aprilis[27].

6

7

8

14. omnes honores ampliſſimos accipies. 15. Anlockung. 16. breue. 17. bemühe dich. 18. acquirendam. 19. fer auxilium. 20. tuo, Bruto. 21. concordiam. 22. tanquam adiutorem. 23. tuae. 24. propter quas. 25. amicitiae. 26. caritas. 27. die XXX. Martii.

## XI.

## PLANCVS CICERONI.

*Gratias agit beneficentiae Ciceronis, & de ſuo in remp. ſtudio pollicetur omnia.*

IMmortales ago tibi gratias, agamque dum[1] viuam: nam relaturum[2] me, adfirmare non poſſum. Tantis enim tuis officiis non videor mihi reſpondere[3] poſſe: niſi forte (vt tu grauiſſime diſertiſſimeque ſcripſiſti) ita ſenſurus es, vt me referre

XI.

1. quamdiu. 2. me referre poſſe gratiam ipſa re. 3. paria facere.

4. hoc

2 ferre gratiam putes[4], cum memoria tenebo[5]. Si de filii tui dignitate eſſet actum[6], amabilius certe nihil facere potuiſſes. Primae tuae ſententiae infinitis cum muneribus[7]: poſteriores[8] ad tempus, arbitriumque amicorum meorum, compoſitae[9]: oratio[10] aſſidua, & perpetua de me[11] iurgia cum obtrectatoribus propter me, notiſſima mihi ſunt.
3 non mediocris adhibenda mihi eſt cura, vt reipub. me ciuem, dignum tuis laudibus, praeſtem[12];
4 in[13] amicitia tua memorem atque gratum. Quod reliquum eſt, tuum munus tuere[14]: & me, ſi quem[15] eſſe voluiſti, cum exitu rebusque[16] co-
5 gnoſcis, defende ac ſuſcipe. Cum Rhodanum[17] copias traieciſſem, fratremque[18] cum tribus millibus equitum praemiſiſſem, ipſe[19] iter ad Mutinam[20] dirigerem: in itinere de proelio facto, Brutoque & Mutina obſidione liberatis[21], audiui.
6 Animaduerti, nullum alium receptum[22] Antonium reliquiasque[23], quae cum eo eſſent, habere, niſi in his partibus[24]: Duasque ei ſpes eſſe propoſitas,
7 vnam Lepidi[25], ipſius alteram exercitus[26]. Quod[27] quae-

4. hoc modo. 5. quando beneficium tuum conſeruato in memoria perpetua. 6. profecto, ſi actum eſſet, de filii tui dignitate. 7. beneficiis coniunctae. 8. ſententiae. 9. accommodatae, directae. 10. tua. 11. defendendo. 12. oſtendam, exhibeam. 13. & me praeſtem in. 14. tueri debes beneficium tuum mihi datum. 15. qualem me. 16. in rebus ipſis. 17. fluuium. 18. meum. 19. ego vero ipſe. 20. vrbem. 21. & de Bruto & vrbe Mutina, qui liberati eſſent ab obſidione. 22. locum, in quem Antonius ſe poſſet recipere. 23. exercitus. 24. locis. 25. vnam ſpem, in auxilio Lepidi. 26. alteram ſpem, in ipſo exercitu. 27. ideo autem, quia.

28. er-

Digitized by Google

quaedam pars exercitus non minus furioſa[28] eſt,
quam[29] qui cum Antonio fuerunt, equitatum re-
vocaui. Ipſe in Allobrogibus[30] conſtiti, vt proin-
de ad omnia paratus eſſem, ac res[31] me moneret.
Si nudus[32] huc ſe Antonius conferet, facile mihi 8
videor per me[33] ſuſtinere[34] poſſe, remque publi-
cam ex veſtra ſententia[35] adminiſtrare: quamuis
ab exercitu Lepidi recipiatur[36]. ſi vero copiarum 9
aliquid ſecum adducet, &, ſi decima legio vetera-
na, quae noſtra opera[37] reuocata cum reliquis eſt,
ad eundem furorem[38] redierit; tamen ne quid
detrimenti fiat, dabitur opera a me; idque me
praeſtaturum ſpero, dum[39] iſtinc[40] copiae traii-
ciantur, coniunctaeque nobiſcum facilius perdi-
tos[41] opprimant. Hoc tibi ſpondeo, mi Cicero, 10
neque animum[42], neque diligentiam mihi defutu-
ram[43]. cupio mehercule nullam reſiduam ſolli-
citudinem[44] eſſe: ſed ſi fuerit[45], nec animo, nec
beneuolentiae, nec patientiae cuiusquam pro vo-
bis[46] cedam. Do quidem ego operam, vt etiam 11
Lepidum ad huius rei ſocietatem incitem: omnia-
que ei obſequia polliceor, ſi modo rempub. re-
ſpicere[47] volet. Vtor in hac re adiutoribus in- 12
terpre-

28. erhitzt, contra rempublicam. 29. quam illi, qui. 30. in prouincia Allobrogum, Gallicae gentis. 31. ſtatus & ratio rerum. 32. imparatus, ſine exercitu. 33. per meas copias & vires. 34. impetum Antonii. 35. nach eurem Wunſch vnd Verlangen. 36. Antonius. 37. per meum laborem, Bemühung. 38. rebellionem. 39. donec. 40. ex hoc loco. 41. rebelles Antonianos. 42. Muth vnd Courage. 43. eſſe. 44. vt nulla amplius cura ſuperſit. 45. aliqua ſollicitudo reſidua ſeu reliqua. 46. defendendis. 47. Bedencken.

48. inter-

Digitized by Google

terpretibusque[48] fratre meo, & Laterenſe, & Furnio noſtro. Non me impedient priuatae offenſiones[49], quo minus pro reipub. ſalute etiam cum
13 inimiciſſimo conſentiam. Quod ſi nihil profecero[50], nihilominus maximo ſum animo, & maiore fortaſſe cum mea gloria vobis ſatisfaciam. Fac valeas, meque mutuo diligas.

48. Internuntiis, Vnterhändler. 49. inimicitiae cum Lepido. 50. ausrichten werde.

## XII.
## CICERO PLANCO.

*Gratas ſenatui Planci litteras fuiſſe, & quae eius cauſſa in ſenatu acta ſint, ſignificat, & ad liberandam remp. diligentiſſime hortatur.*

ETſi reipublicae cauſſa maxime gaudere debeo, tantum ei te praeſidii, tantum opis[1] attuliſſe, extremis paene temporibus; tamen ita te victorem complectar[2], repub. recuperata[3], vt magnam partem mihi laetitiae tua dignitas adfert, quam[4] & eſſe iam & futuram[5] ampliſſimam in-
2 telligo. Caue enim putes[6] vllas litteras vnquam gratiores, quam tuas, in ſenatu eſſe recitatas; idque contigit[7] cum meritorum tuorum in rempub. eximia quadam magnitudine[8], tum verborum ſententiarumque grauitate[9]: quod mihi quidem minime nouum[10], qui & te noſſem, & tuarum litterarum

XII.

1. auxilii. 2. amabo. 3. quando reſtituta per te erit reſpublica in priſtinum ſtatum. 4. dignitatem. 5. fore. 6. noli putare. 7. factum eſt. 8. ob magnitudinem. 9. ob grauitatem. 10. videtur.

11. ſed

Digitized by Google

terarum ad me miſſarum promiſſa meminiſſem, &
haberem a Furnio noſtro tua penitus conſilia co-
gnita. Sed ſenatui maiora viſa ſunt, quam erant 3
exſpectata[11]: non[12] quod vnquam de tua vo-
luntate dubitaſſet[13]: ſed nec quantum facere poſ-
ſes, nec quo progredi velles, exploratum ſatis ha-
bebat[14]. Itaque cum ad d. VII. idus Apriles[15] ma- 4
ne[16] mihi tuas litteras M. Variſidius reddidiſſet,
easque legiſſem, incredibili gaudio ſum elatus.
cumque magna multitudo optimorum virorum &
ciuium me de domo[17] deduceret, feci continuo
omnes[18] participes meae voluptatis[19]. Interim 5
ad me venit Munatius noſter, vt conſueuerat[20]:
& ego ei litteras tuas oſtendi: nihil dum[21] enim
ſciebat. nam ad me primum Variſidius[22]: idque
ſibi ad te mandatum eſſe dicebat. Paullo poſt idem 6
mihi Munatius eas litteras legendas dedit, quas
ipſi miſeras, & eas[23], quas publice[24]. placuit no-
bis, vt ſtatim ad Cornutum Praetorem vrbis litte-
ras deferremus, qui, quod[25] conſules aberant,
conſulare munus[26] ſuſtinebat, more maiorum[27].
Sena-

11. ſed conſilia tua ſenatui viſa ſunt maiora praeter exſpectationem. 12. non quidem ideo, quod. 13. Senatus. 14. ſed ſenatus nondum perſpicue videbat, quantum poſſes facere, aut quorſum velles progredi. 15. die VII. Aprilis. 16. matutino tempore. 17. mea, quod facere ſolebant clientes & amici, ad demonſtrandum honorem erga patronos ſuos. 18. iſtos meos comites. 19. gaudii ex tuis litteris percepti. 20. pro conſuetudine ſua. 21. is enim nondum aliquid ſciebat. 22. venerat. 23. quoque litteras. 24. ad Senatum miſeras. 25. quoniam. 26. officium conſulum gerebat. 27. ex more antiquo, nach alter hergebrachter Gewohnheit.

28. in

Digitized by Google

7 Senatus eſt continuo conuocatus, frequensque[28]
conuenit propter famam atque exſpectationem
tuarum litterarum[29]. Recitatis litteris[30] oblata
religio Cornuto eſt[31], pullariorum admonitu[32],
non ſatis diligenter eum auſpiciis operam dediſ-
ſe[33]. Idque a noſtro collegio[34] comprobatum
8 eſt. Itaque res dilata eſt in poſterum. Eo autem
die magna mihi fuit pro tua dignitate contentio[35]
cum Seruilio; qui cum gratia[36] effeciſſet, vt ſua
ſententia prima pronuntiaretur, frequens eum ſe-
natus reliquit[37], & in alia omnia diſceſſit[38]: meae-
que ſententiae, quae ſecunda pronuntiata erat,
cum frequenter adſentiretur ſenatus[39], rogatu[40]
9 Seruilii P. Titius interceſſit[41]. Res in poſterum
dilata[42]. Venit paratus Seruilius, Ioui ipſi ini-
quus, cuius in templo res agebatur[43]. Hunc quem-
admodum fregerim[44], quantaque contentione[45]
Titium interceſſorem[46] abiecerim[47], ex alio-
rum

28. in magna copia Senatorum. 29. quoniam fama erat, te litteras ad Senatum ſcripſiſſe, & omnes exſpectabant earum recitationem. 30. cum itaque litterae tuae eſſent recitatae. 31. ſo hatt man dem Cornuto einen Gewiſſens-Scrupel gemacht. 32. dum pullarii admonebant. Erant autem pullarii, qui pullos ad religionem paſcebant, & ex iis capiebant auguria. 33. quod Cornutus eo die non ſatis diligenter obſeruaſſet auſpicia. 34. augurali. 35. rixa. 36. per fauorem aliorum. 37. plerique Senatores eum reliquerunt. 38. & aliam elegerunt ſententiam, ſententiam eius non adprobarunt. 39. cum plerique Senatores adſentirent meae ſententiae. 40. auff Bitte. 41. hatt dawider proteſtiret. 42. fuit. 43. ſenatus erat conuocatus ob hanc rem. 44. eius impetum in me debilitauerim. 45. quanto ſtudio. 46. proteſtantem, impedire conantem. 47. proſtrauerim verbis.

48. magis

Digitized by Google

rum te litteris malo[48] cognoſcere. Vnum hoc 10
ex meis[49]: ſenatus grauior, conſtantior, amicior[50] tuis laudibus eſſe non potuit quam tum[51] fuit: nec vero tibi ſenatus amicior[52], quam cuncta ciuitas. Mirabiliter enim populus Rom. vniverſus, & omnium generum[53] ordinumque conſenſus ad liberandam rempub. conſpirauit[54].
Perge igitur, vt agis, nomenque tuum commen- 11
da immortalitati: atque haec omnia, quae habent ſpeciem gloriae, collecta inaniſſimis ſplendoris inſignibus[55], contemne: breuia, fugacia, caduca exiſtima[56]. Verum decus[57] in virtute poſitum eſt: quae maxime illuſtratur magnis[58] in rempub. meritis. Eam facultatem habes maximam[59]: 12
quam quando complexus[60] es, tene, perfice, vt ne minus reſp. tibi[61], quam tu reipub. debeas. Me 13
tuae dignitatis non modo fautorem, ſed etiam amplificatorem cognoſces. Id tum reipub. quae vita mea eſt carior[62], tum noſtrae neceſſitudini debere me iudico. Atque in his curis, quas con- 14
tuli ad dignitatem tuam, cepi magnam voluptatem[63], quod bene cognitam mihi T. Munatii prudentiam & fidem, magis etiam perſpexi in eius incredibili erga te beneuolentia & diligentia. III. idus Apriles[64].

XIII.

48. magis volo. 49. litteris addo. 50. fauentior. 51. illo tempore. 52. eſt, fuit. 53. aller Stände. 54. vnanimis eſt. 55. & quae collecta ſunt ex inanibus titulis & ornamentis externi ſplendoris. 56. & perſuade tibi, illa omnia eſſe breuia, caduca & fugacia. 57. verus honor. 58. per magna merita. 59. tu vero maximam habes occaſionem & poteſtatem ad haec facienda. 60. ſuſcipies. 61. debeat. 62. quae mihi carior eſt, quam ipſa mea vita. 63. gaudium. 64. die XI. Aprilis.



Digitized by Google

## XIII.

# CICERO PLANCO.

*De SC. pro dignitate Planci facto ſcribit, eumque hortatur, vt Antonianum bellum conficiat.*

VT primum[1] poteſtas[2] data eſt[3] augendae dignitatis tuae[4], nihil praetermiſi in te ornando, quod poſitum eſt aut in praemio virtutis, aut in honore verborum[5]: id ex ipſo ſenatusconſulto[6]
2 poteris cognoſcere. Ita enim eſt perſcriptum[7], vt a me de ſcripto dicta ſententia[8] eſt: quam[9] ſenatus frequens[10] ſecutus[11] eſt ſummo ſtudio[12]: ma-
3 gnoque conſenſu. Ego quamquam ex tuis litteris, quas mihi miſiſti, perſpexeram te magis iudicio[13] bonorum, quam inſignibus gloriae[14] delectari; tamen conſiderandum nobis exiſtimavi[15], etiam ſi tu nihil poſtulares, quantum tibi a
4 repub. deberetur[16]. Tu contexes extrema cum primis[17]. qui enim M. Antonium oppreſſerit, is bellum

XIII.

1. Quamprimum, ſo bald als. 2. occaſio & facultas. 3. mihi. 4. prouehendi te ad dignitatem maiorem. 5. vt tibi honores decernerentur, quibus respublica tibi gratias ageret pro rebus bene geſtis, tanquam praemia virtutis tuae. 6. decreto ſenatus. 7. ad te a ſenatu. 8. quemadmodum ſententiam meam dixeram e tabellis domi ſcriptis. 9. meam ſententiam. 10. plerique ſenatores, maxima pars Senatus. 11. approbauit. 12. ex ſummo amore erga te. 13. eo, quod boni viri de te ſentiunt. 14. honoribus decretis tibi a ſenatu. 15. putavi, nos oportere conſiderare. 16. quantum respublica tibi deberet. 17. tu coepiſti bellum contra Antonium; itaque neceſſe etiam erit, vt illud conficias.

18. per-

Digitized by Google

bellum confecerit[18]. Itaque[19] Homerus non Aiacem, nec Achillem, ſed Vlyſſem appellauit πτολίπορθον[20].

18. perduxerit ad finem. 19. & ideo ob hanc cauſſam. 20. vrbium vaſtatorem.

## XIV.

## CICERO PLANCO.

*Laudat Planci ſtudium & celeritatem in auxiliis Bruto collegae ferendis, hortaturque, vt belli reliquias exſtinguat.*

O Gratam famam[1] biduo[2] ante victoriam, de ſubſidio tuo[3], de ſtudio, de celeritate[4], de copiis[5], atque etiam hoſtibus fuſis[6]! ſpes omnis in te[7] eſt. Fugiſſe enim ex praelio Mutinenſi dicuntur notiſſimi latronum duces[8]. Eſt autem non minus gratum extrema delere[9], quam prima depellere[10]. Equidem exſpectabam iam tuas litteras, idque cum multis[11] ſperabamque etiam Lepidum temporibus admonitum[12], tecum & reipub. ſatis[13] eſſe facturum. In illam igitur curam incumbe[14],

(margin: 2 at "Fugiſſe enim…"; 3 at "Equidem exſpectabam…"; 4 at "In illam igitur…")

XIV.

1. rumorem, famam, quam accepimus. 2. duos dies. 3. auxilio contra Antonium. 4. aduentus tui. 5. exercitu. 6. profligatis, poſtquam hoſtes coniecti ſunt in fugam. 7. ſita; nos ponimus omnem ſpem in te. 8. auctores & duces coniuratorum, eorum, qui a partibus Antonii ſtabant; quos Cicero appellat latrones, propter crudelitatem ipſorum. 9. reliquias copiarum Antonii opprimere. 10. compeſcere motus primos ſiue initia ſeditionis. 11. exſpectabam. non ego ſolus, ſed multi mecum exſpectabant tuas litteras. 12. per ſtatum praeſentem temporum. 13. tecum facturum eſſe, tuas partes defenſurum, & ſatisfacturum etiam eſſe reipublicae.



Digitized by Google

cumbe[14], mi Plance, vt ne qua[15] ſcintilla teterri-
4 mi[16] belli relinquatur. Quod ſi erit factum; & rempub. diuino beneficio adfeceris[17], & ipſe aeternam gloriam conſequere[18]. D. III. non. Mai[19].

14. id ergo age. 15. aliqua. 16. turpiſſimi & nefandi. 17. maximum beneficium praeſtabis reipublicae. 18. impetrabis. 19. die v. Maii.

## XV.

## PLANCVS CICERONI.

Nuntiat quae ad opprimendum Antonium & egerit & acturus ſit.

*His litteris ſcriptis[1], quae poſtea accidiſſent ſcire te, ad remp. putaui pertinere[2]. Sedulitas mea,*
2 *vt ſpero, & mihi & reipub. tulit fructum[3]. Namque aſſiduis internuntiis[4] cum Lepido egi, vt omiſſa omni contentione, reconciliataque voluntate[5] noſtra, communi conſilio reipub. ſuccurreret: ſe, liberos, vrbem pluris, quam vnum perditum abiectumque latronem[6], putaret[7]: obſequioque meo, ſi ita face-*
3 *ret[8], ad omnes res abuteretur. Profeci[9] itaque per Laterenſem internuntium. fidem mihi dedit[10], ſe Antonium, ſi prohibere prouincia ſua non potuiſſet, bello perſecuturum[11]: me, vt venirem[12], copiaſque[13] con-*

XV.

1. Cum hae litterae iam eſſent ſcriptae. 2. ego putavi, id pertinere ad ſalutem reipublicae, vt tu ſcires ea, quae accidiſſent poſtea. 3. attulit vtilitatem. 4. Vnterhandlungen. 5. amicitia. 6. Antonium. 7. ſe, liberosque & vrbem pluris aeſtimaret. 8. facere vellet. 9. rem iſtam. 10. Lepidus. 11. eſſe. 12. ad ſe. 13. meas.

14. cum

Digitized by Google

*coniungerem* [14], *rogauit: eoque magis, quod* [15] *& Antonius ab equitatu firmus eſſe dicebatur, & Lepidus ne mediocrem quidem equitatum habebat. nam etiam ex paucitate eius* [16], *non multis ante diebus, decem, qui optimi fuerant, ad me tranſierunt. Qui-* 4
*bus rebus ego cognitis cunctatus non ſum: in curſu bonorum conſiliorum Lepidum adiuuandum* [17] *puta-*
*vi. Aduentus meus quid profecturus* [18] *eſſet, vidi:* 5
*vel quod equitatu meo* [19] *perſequi atque opprimere equitatum eius* [20] *poſſem: vel quod exercitus Lepidi eam partem, quae corrupta* [21] *eſt, & ab repub. alienata* [22], *& corrigere & coërcere praeſentia* [23] *mei*
*exercitus poſſem. Itaque in Iſara flumine maximo,* 6
*quod in finibus eſt Allobrogum, ponte vno die facto,*
*exercitum ad d. IIII. idus Maii* [24] *traduxi. Cum ve-* 7
*ro mihi nuntiatum eſſet, L. Antonium, praemiſſum cum equitibus & cohortibus, ad forum Iulii* [25] *veniſſe: fratrem* [26] *cum equitum IIII millibus, vt occurreret ei* [27], *miſi ad d. v. idus Maii* [28]. *ipſe* [29] *maximis itineribus cum quatuor legionibus expeditis* [30] *& re-*
*liquo equitatu ſubſequar. Si nos mediocris modo* 8
*fortuna reipub. adiuuerit, & audaciae perditorum* [31], *& noſtrae ſollicitudinis heic finem reperie-*
*mus. Quod ſi latro* [32], *praecognito noſtro aduentu* [33], 9
*rurſus*

14. cum ſuis. 15. quoniam & dicebatur, quod Antonius firmum haberet equitatum. 16. ex paucis eius equitibus. 17. eſſe. 18. was er ausrichten würde. 19. cum meo. 20. Antonii. 21. donis. 22. & inimicitiam gerit cum republica. 23. per praeſentiam. 24. d. XII. Maii. 25. nomen oppidi. 26. meum. 27. Antonio. 28. d. XII. Maii. 29. ego ipſe. 30. ad proelium. 31. rebellium. 32. Antonius. 33. ſi prius reſciuerit aduentum noſtrum.



Digitized by Google

*rurſus in Italiam ſe recipere coeperit; Bruti erit officium, occurrere ei: cui*[34] *ſcio nec conſilium nec animum defuturum. Ego tamen, ſi id acciderit, fratrem cum equitatu mittam, qui ſequatur*[35], *Italiam a vaſtatione defendat. Fac valeas, meque mutuo diligas.*

34. Bruto. 35. Antonium.

## XVI.

## CICERO PLANCO.

*Gratiſſimas ſenatui fuiſſe Planci litteras, factumque SC. ſignificat, & vt in ſubitis ſenatus conſilium ne exſpectet, ſed ipſe a ſe ſe conſilium capiat, auctor eſt.*

NIhil poſt hominum memoriam glorioſius, nihil gratiùs, ne tempore[1] quidem ipſo opportunius, accidere vidi, quam tuas, Plance, litteras.
2 Redditae ſunt enim frequenti ſenatu[2] Cornuto, cum is frigidas[3] ſane & inconſtantes[4] recitaſſet litteras Lepidi: ſub eas[5] ſtatim recitatae ſunt tuae, non ſine magnis quidem clamoribus[6]: cum[7] rebus enim ipſis[8] eſſent & ſtudiis beneficiisque[9] in rempub. gratiſſimae, tum erant[10] grauiſſimis verbis & ſententiis.
3 Flagitare[11] ſenatus inſtitit[12] Cornutum, vt referret[13] ſtatim de tuis litteris: ille ſe conſi-

XVI.

1. pro ſtatu praeſentis temporis. 2. cum plerique Senatores conueniſſent. 3. kaltſinnig. 4. dubias. 5. poſt eas. 6. acclamationibus. 7. cum litterae tuae eſſent gratiſſimae. 8. quoad res ipſas, quae in illis erant perſcriptae. 9. propter tua beneficia. 10. litterae tuae. 11. rogare vehementer. 12. perrexit. 13. ad Senatum, ad ferendas ſententias.

14. ein

Digitized by Google

conſiderare ait velle. Cum ei magnum conui-
cium[14] fieret cuncto a ſenatu, quinque tribuni
pleb. retulerunt[15]. Seruilius rogatus[16], rem di- 4
ſtulit. ego eam ſententiam dixi, cui ſunt adſenſi ad
vnum[17]. Ea[18] quae fuerit, ex ſenatusconſulto
cognoſces. Tu quamquam conſilio non eges, 5
vel abundas potius; tamen hoc animo eſſe debes,
vt nihil huc[19] reiicias, neue in rebus tam ſubitis
tamque anguſtis a ſenatu conſilium petendum pu-
tes. Ipſe tibi ſis ſenatus[20], quocunque te ratio[21] 6
reipub. ducet, ſequare. Cures, vt ante factum ali-
quid a te egregium audiamus[22], quam futurum
putarimus[23]. Illud tibi promitto, quidquid ad te 7
erit factum, id ſenatum non modo vt[24] fideliter,
ſed etiam vt ſapienter factum, comprobaturum[25].

14. ein Vorwurff. 15. thaten den Vortrag. 16. de ſententia ſua. 17. omnes. 18. ſententia. 19. ad Senatum remittas, vt prius de ea re deliberetur. 20. tu ipſe debes repraeſentare ſenatum, & decernere id, quod putas ex commodo reipublicae eſſe. 21. ſtatus, conditio. 22. vt ante audiamus, aliquid egregie abs te factum eſſe. 23. quam vt putare debeamus, illud aliquando demum fore. 24. tanquam. 25. eſſe.

## XVII.

## PLANCVS CICERONI.

*Praeſentem belli ſtatum deſcribit, cum excuſatione fratris a ſe dimiſſi, & commendatione ſuae dignitatis.*

ANtonius idib. Maii[1] ad Forum Iulii[2] cum primis copiis venit. Ventidius bidui ſpatio[3] ab-

eſt ab

XVII.

1. die xv. Maii. 2. nomen oppidi. 3. nur zwo Tagreiſen. 4. oppi-

eſt ab eo. Lepidus ad forum Voconii [4] caſtra habet: qui locus a Foro Iulii quatuor & viginti millia paſſuum abeſt: ibique me exſpectare con-
2 ſtituit, quemadmodum ipſe mihi ſcripſit. Quod ſi omnia mihi integra [5] & ipſe & fortuna ſeruarit, recipio [6] vobis, celeriter me negotium ex ſenten-
3 tia [7] confecturum [8]. Fratrem meum aſſiduis laboribus concurſationibusque confectum [9] grauiter ſe habuiſſe [10], antea tibi ſcripſi. ſed tamen cum primum poſſe ingredi coepit [11], non magis ſibi, quam reip. ſe conualuiſſe exiſtimans, ad omnia
4 pericula princeps [12] eſſe non recuſabat. Sed ego eum non ſolum hortatus ſum, verum etiam coëgi iſto [13] proficiſci: quod [14] & illa valetudine [15] magis conficere [16] ſe, quam me iuuare poſſet in caſtris: & quod [17] acerbiſſimo interitu conſulum [18] remp. nudatam [19] tali ciue, praetore in vrbanis of-
5 ficiis [20] indigere exiſtimabam. Quod [21] ſi qui veſtrum [22] non probabit [23], mihi prudentiam in conſilio defuiſſe ſciat [24], non [25] illi [26] erga patriam fidelitatem. Lepidus tamen quod ego deſiderabam, fecit, vt Apellam ad me mitteret, quo obſide [27]

4. oppidum Galliae. 5. in bono & optato ſtatu. 6. polliceor. 7. ex voto. 8. eſſe. 9. debilitatum. 10. aegrotaſſe. 11. ſo bald er wieder anfieng gehen zu lernen. 12. vornan zu ſeyn. 13. ad iſtum locum. 14. quoniam. 15. per illam ſuam debilitatem corporis. 16. abmatten. 17. quoniam. 18. poſtquam conſules Hirtius & Panſa in proelio ad Mutinam triſtiſſima & acerbiſſima morte perierunt. 19. orbatam. 20. in officiis in vrbe Roma peragendis. 21. conſilium meum. 22. ſi quis ex vobis. 23. laudabit. 24. is ſcire debet. 25. defuiſſe. 26. fratri meo,

27. vt

Digitized by Google

de[27] fidei illius & ſocietatis in repub. adminiſtran-
da vterer. Studium[28] mihi ſuum L. Gellius de 6
tribus fratribus Segauianis probauit[29], quo ego
interprete[30] nouiſſime[31] ad Lepidum ſum vſus.
amicum eum reipub. cognoſcere videor: liben-
terque ei ſum teſtimonio[32], & omnibus ero[33], qui
bene merentur. Fac valeas, meque mutuo dili-
gas, dignitatemque meam, ſi mereor, tuearis, ſicut
adhuc[34] ſingulari cum beneuolentia feciſti.

27. vt ego vterer illo tanquam obſide & pignore fidei ac ſocietatis Lepidi. 28. induſtriam. 29. angenehm vnd gefällig gemacht. 30. internuntio, mediatore. 31. nuperrime. 32. & ego libenter ei do hoc teſtimonium. 33. teſtimonio. 34. huc vſque.

## XVIII.

## PLANCVS CICERONI S.

*Narrat quibus cauſſis ad Lepidum proficiſcatur.*

QVid in animo habuerim cum Laeuus Nerua-
que diſceſſerunt a me, & ex litteris, quas eis
dedi, & ex ipſis cognoſcere potuiſti, qui omnibus
rebus conſiliisque meis interfuerunt. Accidit mi- 2
hi, quod homini pudenti[1] & cupido ſatisfaciendi
reip. bonisque omnibus accidere ſolet, vt conſi-
lium ſequerer periculoſum magis, dum me pro-
barem[2], quam tutum, quod habere poſſet obtre-
ctationem[3]. Itaque poſt diſceſſum legatorum, 3
cum binis continuis[4] litteris & Lepidus me, vt ve-
nirem[5],

XVIII.

1. modeſto, moderato, retiré. 2. dummodo me gratum & acceptum & laude dignum facerem. 3. üble Nachrede. 4. cum Lepidus me rogaret in zweyen Schreiben nacheinander.



Digitized by Google

nirem [5], rogaret, & Laterenſis multo etiam ma-
gis prope implorans [6] obteſtaretur, nonnullam
rem aliam extimeſcens [7], quam eandem, quae
mihi quoque facit timorem, varietatem [8] atque in-
fidelitatem exercitus eius; non dubitandum pu-
taui, quin ſuccurrerem [9], meque communi peri-
4 culo offerrem. Sciebam enim, & cautius illud
erat conſilium: exſpectare me ad Iſaram [10], dum [11]
Brutus traiiceret exercitum; & cum collega con-
ſentiente [12], ſicut milites faciunt [13], hoſtibus ob-
5 viam ire. Tamen, ſi quid Lepidus bene ſentiens
detrimenti cepiſſet [14], hoc omne adſignatum [15] iri
aut pertinaciae meae, aut timori, videbam, ſi aut
hominem offenſum [16] mihi, coniunctum cum re-
pub. non ſubleuaſſem [17]: aut ipſe a certamine belli
6 tam neceſſarii me remouiſſem [18]. Itaque potius
periclitari [19] volui, ſi poſſet mea praeſentia & *Le-*
*pidum* tueri, & exercitum facere meliorem, quam
nimis cautus videri. Sollicitiorem [20] certe ho-
minem, non ſuis contractis [21], neminem puto
7 fuiſſe. Nam quae res nullam habebat dubitatio-
nem, ſi exercitus Lepidi abſit [22]; ea nunc magnam
adfert ſollicitudinem, magnumque habet caſum [23].
8 Mihi enim ſi contigiſſet, vt prior occurrerem
Anto-

5. ad ſe. 6. lachrymis. 7. dum ego aliud quidpiam extimeſcebam. 8. nempe inconſtantiam. 9. Lepido. 10. fluuium. 11. donec. 12. cum Bruto, qui approbaret meum conſilium. 13. facere ſolent. 14. accepiſſet. 15. attributum iri. 16. inimicum. 17. iuuaſſem. 18. ſeparaſſem. 19. in periculum me coniicere. 20. bekümmerter. 21. qui copias ſuas nondum contraxiſſet. 22. abeſſet. 23. diſcrimen, momentum, periculum.

24. An-

Digitized by Google

Antonio, non mehercule horam conſtitiſſet[24]:
tantum ego & mihi confido, & ſic perculſas[25] il-
lius[26] copias, Ventidiique mulionis[27] caſtra de-
ſpicio[28]. ſed non poſſum non exhorreſcere, ſi
quid intra cutem ſubeſt vulneris, quod prius noce-
re poteſt, quam ſciri, curarique poſſit[29]. Sed cer- 9
te, niſi vno loco me tenerem[30], magnum pericu-
lum ipſe Lepidus, magnum[31] ea pars exercitus
adiret[32], quae bene de repub. ſentit. magnam
etiam perditi hoſtes acceſſionem ſibi feciſſent, ſi
quas[33] copias a Lepido abſtraxiſſent: quae[34] ſi
aduentus meus repreſſerit, agam gratias fortunae,
conſtantiaeque meae, quae ad hanc experientiam
excitauit[35]. Itaque ad d. XII. kalend. Iun[36]. ab 10
Iſara caſtra moui: pontem tamen, quem in Iſara
feceram, caſtellis[37] duobus ad capita[38] poſitis re-
liqui: praeſidiaque ibi[39] firma poſui, vt venienti
Bruto exercituique eius ſine mora tranſitus[40] eſ-
ſet paratus. Ipſe, vt ſpero, diebus octo[41], quibus
has litteras dabam, cum Lepidi copiis me coniun-
gam.

24. Antonius. 25. timidos. 26. Antonii. 27. Maul-eſeltreiber. 28. contemno. 29. quam ſciri poſſit adeſſe vulnus, & illud curari. 30. conſiſterem. 31. periculum. 32. incideret. 33. aliquas. 34. quae mala. 35. me. 36. die XXI. Maii. 37. Schantzen, Redouten, Fortreſſen. 38. an beyde Ecken oder Vfer. 39. in his caſtellis. 40. ſuper fluuium. 41. intra dies octo.

## XIX.

## CICERO PLANCO.

*Gratiarum actionem ſibi gratam fuiſſe, & litteris eius ſenatum delectatum, ſignificat, & vt reliquias belli conficiat, hortatur.*

Quam-

Digitized by Google

QVamquam gratiarum actionem a te non deſiderabam, cum te re ipſa [1] atque animo ſcirem eſſe gratiſſimum: tamen (fatendum eſt enim) fuit
2 ea [2] mihi periucunda. Sic [3] enim vidi, quaſi [4] ea quae oculis cernuntur, me a te amari. Dices, quid antea [5]? Semper quidem [6], ſed nunquam illuſtrius [7].
3 Litterae tuae mirabiliter gratae ſunt ſenatui cum rebus ipſis [8], quae erant grauiſſimae & maximae, fortiſſimi animi ſummique conſilii [9], tum etiam
4 grauitate [10] ſententiarum atque verborum. Sed, mi Plance, incumbe [11], vt belli extrema [12] perficias: in hoc erit ſumma & gratia [13] & gloria. Cupio omnia reipub. cauſſa: ſed mehercule in ea [14] conſeruanda iam defatigatus, non multo plus [15] patriae faueo, quam tuae gloriae, cuius [16] maximam facultatem tibi dii immortales, vt ſpero, dedere:
5 quam complectere obſecro [17]. Qui enim Antonium oppreſſerit, is hoc teterrimum [18] bellum periculoſiſſimumque confecerit [19].

XIX.

1. quoad rem ipſam. 2. gratiarum actio. 3. perinde, eben ſo deutlich. 4. non ſecus ac ea. 5. quid? num antea te non amaui? 6. me amaſti. 7. euidentius, clarius. 8. quoad res ipſas. 9. indices. 10. propter grauitatem. 11. id age. 12. finem facias belli. 13. hoc erit omnibus gratiſſimum, & tibi glorioſiſſimum. 14. republica. 15. nicht viel ein mehrers. 16. ad quam gloriam acquirendam. 17. quam gloriam rogo vt ſemper velis conſiderare. 18. turpiſſimum. 19. finiuerit.

## XX.
## CICERO PLANCO.

*Petit, vt de Lepidi fide ſignificet, vtrum remp. ſequatur, an Antonium: hortaturque, vt reliquias belli opprimat.*

Ita [1]

Digitized by Google

ITa[1] erant omnia, quae iſtinc[2] adferebantur,
incerta, vt quid ad te ſcriberem, non occurre-
ret[3]. Modo enim[4] quae vellemus[5] de Lepido, 2
modo contra[6] nuntiabantur: de te tamen con-
ſtans fama[7], nec decipi[8] poſſe, nec vinci: quorum
alterius[9] fortuna quandam partem habet, alterum
proprium eſt prudentiae tuae. Sed accepi litteras 3
a collega tuo[10] datas idibus Maiis[11]: in quibus
erat[12], te ad ſe[13] ſcripſiſſe, a Lepido non recipi
Antonium. Quod erit certius, ſi tu ad nos idem 4
ſcripſeris: ſed minus audes fortaſſe[14] propter in-
anem laetitiam litterarum[15] ſuperiorum. Verum,
vt errare id[16], Plance, voluiſti, (quis enim id ef-
fugerit?) ſic decipi te non potuiſſe, quis non vi-
det? Nunc vero etiam erroris cauſſa ſublata eſt. 5
Culpa enim illa, *bis ad eundem*[17], vulgari repre-
henſa prouerbio eſt. Sin, vt ſcripſiſti ad colle-
gam, ita ſe res habet, omni cura liberati ſumus:
nec tamen erimus[18] prius, quam[19] ita eſſe tu nos
feceris certiores. Mea quidem, vt ad te ſaepius 6
ſcripſi, haec ſententia eſt: Qui reliquias huius
belli oppreſſerit, eum totius belli confectorem[20]
fore: quem te & opto eſſe, & confido futurum.

Stu-

XX.

1. vsque adeo. 2. a vobis. 3. mihi in mentem. 4. ea nuntiabantur. 5. optaremus. 6. contrarium. 7. erat. 8. ab hoſtibus. 9. in quorum vno. 10. D. Bruto. 11. die xv. Maii. 12. continebatur. 13. Brutum. 14. hoc ſcribere ad nos. 15. tuarum. 16. in eo. 17. bis ad eundem lapidem impingere Graecum prouerbium eſt: Δὶς πρὸς τὸν ἀυτὸν αἰσχρὸν ἐισκρέειν λίθον, id eſt: *bis ad eundem turpe offendere lapidem.* 18. liberati a cura. 19. donec, prius quam. 20. finitorem.

21. bene-

Digitized by Google

7 Studia[21] mea erga te, quibus certe nulla[22] eſſe maiora potuerunt, tibi tam grata eſſe, quam ego putaui fore, minime miror, vehementerque laetor. Quae quidem tu, ſi recte iſtic erit[23], maiora & grauiora cognoſces. IIII kal. Iun[24].

21. beneuolentiam, alacritatem officiorum. 22. ſtudia. 23. ſi in caſtris veſtris omnia bene ſe habebunt. 24. die XXIX. Maii.

## XXI.
## PLANCVS CICERONI.

*Perſidiam Lepidi, coniunctionemque cum Antonio nuntiat: ſubſidium copiarum mitti poſtulat: ſuam dignitatem commendat.*

PVderet me inconſtantiae mearum litterarum, ſi
2 non haec ex aliena leuitate penderent[1]. Omnia feci, quare[2], Lepido coniuncto[3] ad rempub. defendendam, minore[4] ſollicitudine veſtra, perdi-
3 tis[5] reſiſterem. Omnia ei petenti recepi[6], & vltro pollicitus ſum: ſcripſique tibi biduo ante, confidere me bono Lepido eſſe vſurum[7], communi-
4 que conſilio bellum adminiſtraturum[8]. Credidi chirographis[9] eius, adfirmationi praeſentis Laterenſis, qui tum apud me erat, reconciliaremque[10] me Lepido, fidemque haberem, orabat. non licuit

XXI.

1. Niſi hae omnes actiones prouenirent ſeu potius dependerent ex inconſtantia alterius, nempe Lepidi. 2. quapropter, per quod. 3. cum coniunctus mecum eſſet Lepidus. 4. cum. 5. rebellibus Antonianis. 6. promiſi. 7. quod ego fiduciam habeam, me vſurum eſſe Lepido tanquam bono viro. 8. eſſe. 9. ſeiner eigenen Handſchrifft. 10. & vt me vellem reconciliare.

11. ſta-

Digitized by Google

cuit diutius bene de eo ſperare. Illud certe caui,
& cauebo, ne mea credulitate respub. ſumma[11]
fallatur. Cum, in Iſara flumine vno die[12] ponte 5
effecto, exercitum traduxiſſem, pro magnitudine
rei[13] celeritatem adhibens, quod petierat per lit-
teras ipſe[14], vt maturarem venire: praeſto mihi
fuit[15] ſtator[16] eius cum litteris, quibus[17], ne veni-
rem, denuntiabat: ſe poſſe per ſe[18] conficere ne-
gotium: interea ad Iſaram exſpectarem. Indica- 6
bo temerarium meum conſilium tibi: nihilo mi-
nus ire decreram, exiſtimans eum ſocium gloriae
vitare[19]. Putabam poſſe me nec de laude ieiuni[20] 7
hominis delibare[21] quidquam, &[22] ſubeſſe tamen
propinquis locis, vt ſi durius aliquid eſſet[23], ſuc-
currere celeriter poſſem. Ego non malus[24] ho-
mo hoc ſuſpicabar. At Laterenſis, vir ſanctiſſi- 8
mus[25], ſuo chirographo mittit mihi litteras, in eis-
que deſperans de ſe, de exercitu, de Lepidi fide,
querensque ſe deſtitutum[26]: in quibus aperte de-
nuntiat, videam ne fallar, ſuam fidem ſolutam[27]
eſſe, reipub. ne deſim. Exemplar[28] eius chiro-
graphi Titio miſi. Ipſa chirographa omnia, &[29] 9
quibus credidi, & ea[30], quibus fidem non haben-
dam

11. ſtatus reip. 12. intra vnum diem. 13. weil die Sache von Wichtigkeit war. 14. Lepidus. 15. ad me venit. 16. ſeruus, a ſtando dictus. 17. in quibus litteris. 18. ipſum ſe. 19. Lepidum nolle habere me ſecum tanquam ſocium gloriae ſuae. 20. inepti. 21. detrahere. 22. & putabam, me poſſe eſſe ſeu manere. 23. accidiſſet. 24. ego ceu vir bonus ac ſincerus. 25. optimus, fide digniſſimus. 26. eſſe a Lepido. 27. fractam, ſiquidem ea, quae ipſe mihi promiſiſſet, iam praeſtare non poſſet. 28. Abſchrifft. 29. ea. 30. chirographa.

31. ver-

Digitized by Google

dam putaui, Laeuo Ciſpio dabo perferenda, qui
10 omnibus his interfuit rebus. Acceſſit eo, vt mi-
lites eius, cum Lepidus concionaretur[31], impro-
bi per ſe, corrupti etiam per eos, qui praeſunt,
Canidios Rufrenosque & ceteros, quos, cum
opus erit, ſcietis; conclamarint viri boni[33], pacem
ſe velle, neque eſſe cum vllis pugnaturos, duobus
iam conſulibus ſingularibus occiſis, tot ciuibus
pro patria amiſſis, hoſtibus denique omnibus iu-
dicatis, bonisque publicatis[34]. neque hoc aut vin-
11 dicarat[35] Lepidus, aut ſanarat[36]. Huc me venire,
& duobus exercitibus coniunctis obiicere exer-
citum fideliſſimum, auxilia maxima, principes
Galliae, prouinciam cunctam, ſummae dementiae
& temeritatis eſſe vidi: mihique, ſi ita oppreſſus[37]
eſſem, remque pub. mecum perdidiſſem, mortuo[38]
non modo honorem, ſed miſericordiam[39] quo-
12 que defuturum. Itaque rediturus ſum: nec tanta
munera[40] perditis hominibus dari poſſe ſinam[41].
Vt exercitum locis[42] habeam opportunis, pro-
vinciam tuear, etiamſi ille exercitus[43] deſciuerit,
omniaque integra ſeruem, dabo operam, quoad
exercitus huc ſummittatis[44], parique felicitate
13 remp. heic vindicetis. Nec[45] depugnare, ſi oc-
caſio tulerit; nec obſideri[46], ſi neceſſe fuerit; nec
mori,

31. verba faceret ad milites, alloqueretur milites in concione. 33. ironice. 34. & poſtquam bona propoſita eſſent publice vt venderentur. 35. vltus erat. 36. emendauerat. 37. ab hoſtibus. 38. mihi. 39. Mitleiden. 40. occaſionem perdendi meum exercitum. 41. permittam. 42. in locis. 43. Lepidi. 44. donec vos mittatis huc plures copias. 45. nec quisquam fuit paratior quam ego. 46. ab hoſtibus.

47. trans-

Digitized by Google

ıori, ſi caſus inciderit, pro vobis paratior fuit
uisquam. Quare hortor te, mi Cicero, exercitum 14
uc traiiciendum[47] quamprimum cures: & [48]
naturet prius, quam hoſtes magis corroborentur,
z noſtri perturbentur. In quo[49] ſi celeritas erit
dhibita, reſp. in poſſeſſione victoriae, deletis ſce-
eratis[50], permanebit. Fac valeas, meque diligas.
'ratrem meum tibi, fortiſſimum ciuem & ad omnia 15
ıaratiſſimum excuſem[51] litteris: qui ex labore[52]
ı febriculam incidit aſſiduam, & ſatis moleſtam.
'um primum poterit iſtuc recurrere, non dubi-
ıbit, ne quo loco reipub. deſit[53]. Meam digni- 16
ıtem commendatam habeas, rogo. Concupi-
ere me nihil oportet. Habeo te & amantiſſi-
ıum mei, & [54], quod optaui, ſummae auctorita-
s. Tu videris[55], quantum & quando tuum mu- 17
ıus apud me velis eſſe[56]. Tantum te rogo, in
Iirtii locum me ſubdas[57], & ad tuum amorem &
ıd meam obſeruantiam[58].

47. transmittendum. 48. & cures, vt exercitus veni-
e maturet prius. 49. negotio. 50. poſtquam ſcelera-
i deleti erunt. 51. oportet vt apud te excuſem. 52.
ıimio. 53. omnem operam adhibebit, vt auxilium fe-
at reip. 54. & te quidem virum ſummae auctoritatis.
55. tu conſiderabis. 56. quantum velis tuum benefi-
:ium eſſe apud me, & quando id mihi velis praeſtare. 57.
ponas. 58. quod attinet amorem meum & obſeruan-
iam erga te.

## XXII.

## CICERO PLANCO.

*Agris diuidundis Plancus praefici cupiebat, cui de ea re Cicero reſpondet.*



Digitized by Google

IN te & in collega omnis ſpes eſt, diis approbantibus[1]. Concordia[2] veſtra, quae ſenatui declarata litteris[3] veſtris eſt, mirifice & ſenatus & cun-
2 cta ciuitas delectata eſt. Quod ad me ſcripſeras de re agraria[4], ſi conſultus[5] ſenatus eſſet, vt quisque de te honorificentiſſimam ſententiam dixiſſet, eam ſecutus eſſem, qui certe ego fuiſſem[6]: ſed propter tarditatem ſententiarum, moramque rerum, cum ea, quae conſulebantur, ad exitum non peruenirent, commodiſſimum mihi Plancoque fratri[7] viſum eſt, vti eo[8], quod, noſtro arbitratu componeretur; quis fuerit impedimento, arbi-
3 tror te ex Planci litteris cognouiſſe. Sed ſiue in ſenatusconſulto, ſiue in ceteris rebus deſideras aliquid, ſic tibi perſuade, tantam eſſe apud omnes bonos tui[9] caritatem, vt nullum genus ampliſſimae dignitatis excogitari poſſit, quod tibi non paratum ſit. Litteras tuas vehementer exſpecto, & quidem tales, quales maxime opto. Vale.

XXII.

1. dum dii adprobant noſtram ſpem. 2. propter veſtram. 3. per litteras. 4. de agris diuidendis. 5. in conſilium adhibitus. 6. ſi quisquam de te dixiſſet ſententiam honorificam, ego certe is fuiſſem, qui dixiſſem honorificentiſſimam. 7. tuo placuit. 8. eam rem vſurpare & accipere. 9. erga te.

## XXIII.

## PLANCVS CICERONI.

*Excuſat ſe, quod Lepido crediderit: accepto de coniunctione Lepidi & Antonii nuntio, ſuas copias retraxiſſe ſignificat: auxilium exercitus Caeſariani poſtulat.*

Nun-

Digitized by Google

NVnquam mehercule, mi Cicero, me poenite-
bit maxima pericula pro patria ſubire, dum[1],
ſi quid acciderit mihi, a reprehenſione temeritatis
abſim. Confiterer imprudentia[2] me lapſum[3], ſi 2
vnquam Lepido ex animo[4] credidiſſem. credu-
litas enim error eſt magis, quam culpa, & quidem
in optimi cuiusque mentem facillime irrepit[5]. Sed 3
ego non hoc vitio[6] paene[7] ſum deceptus. Lepi-
dum[8] enim pulchre[9] noram. Quid ergo eſt? pu-
dor me, qui in bello maxime eſt periculoſus, hunc
caſum coëgit ſubire[10]. nam niſi vno loco eſſe-
mus[11], verebar, ne cui[12] obtrectatorum viderer &
nimium pertinaciter Lepido offenſus[13], & mea[14]
patientia etiam alere[15] bellum. Itaque copias pro- 4
pe in adſpectum Lepidi Antoniique adduxi, qua-
dragintaque millium paſſuum ſpatio relicto con-
ſedi[16], eo conſilio, vt vel celeriter accedere, vel
ſalutariter[17] recipere[18] me poſſem. Adiunxi 5
haec[19], in loco eligendo, flumen oppoſitum vt
haberem, in quo mora tranſitus eſſet[20]: Vocon-
tii[21] ſub manu vt eſſent: per quorum loca mihi fi-
deliter[22] pateret iter. Lepidus, deſperato aduentu 6
meo,

XXIII.

1. dummodo. 2. ex imprudentia. 3. eſſe. 4. ein Ernſt. 5. ſe inſinuat. 6. credulitatis. 7. plane. 8. Lepidi animum fraudulentum. 9. probe, ſatis bene. 10. pudor effecit, vt inciderem in hunc errorem. 11. ego & Lepidus. 12. alicui ex obtrectatoribus & inuidis meis. 13. inimicus. 14. per meam. 15. ſuſtentare, protrahere. 16. caſtra poſui. 17. ſine damno aut periculo. 18. retiriren, zurücke ziehen. 19 ad meum prudens conſilium. 20. vt hoſtes non poſſent facile tranſire flumen. 21. & vt Vocontii, populus Galliae ad Alpinos montes, mihi eſſent ad manum. 22. tuto.



Digitized by Google

meo, quem non mediocriter captabat[23], ſe cum Antonio coniunxit ad d. IIII kalend. Iunias[24]: eodemque die ad[25] me caſtra mouerunt[26]: viginti millia paſſuum cum abeſſent, res mihi nuntiata eſt.
7 Dedi operam deûm benignitate[27], vt & celeriter me reciperem, & hic diſceſſus[28] nihil fugae ſimile haberet[29], non miles vllus, non eques, non quidquam impedimentorum[30] amitteretur, aut ab illis
8 furentibus latronibus interciperetur. Itaque pridie nonas Iunias[31] omnes copias Iſaram[32] traieci: pontesque, quos feceram, interrupi, vt ſpatium ad ſe colligendum[33] homines[34] haberent, & ego me interea cum collega[35] coniungerem: quem tri-
9 duo, cum has dabam litteras, exſpectabam. Laterenſis noſtri & fidem & animum ſingularem in rempub. ſemper fatebor. ſed certe nimia eius indulgentia[36] in Lepidum ad haec pericula perſpi-
10 cienda fecit eum minus ſagacem[37]. Qui quidem cum in fraudem ſe deductum[38] videret, manus, quas iuſtius in Lepidi perniciem armaſſet, ſibi adferre conatus[39] eſt. in quo caſu tamen interpellatus[40], & adhuc viuit, & dicitur victurus. Sed ta-
11 men de hoc mihi parum certum[41] eſt. Magno cum dolore parricidarum[42] elapſus ſum his[43].

venie-

23. optabat. 24. d. XXIX. Maii. 25. aduerſus. 26. Lepidus & Antonius. 27. per benignitatem. 28. Retirade. 29. nihil haberet, quod ſimile eſſet fugae. 30. Bagage. 31. die IV. Iunii. 32. fluuium. 33. ſich zu verſammlen. 34. milites. 35. meo. 36. credulitas. 37. ſcharffſinnig, prudentem. 38. eſſe. 39. ſeipſum voluit interficere. 40. impeditus. 41. mihi conſtat. 42. latronum iſtorum. 43. bin ich ihnen entwiſchet.

Digitized by Google

44. con-

veniebant enim eodem furore in [44] me, quo [45] in patriam, incitati. Iracundias autem harum rerum recentes habebant [46], quod [47] Lepidum caſtigare [48] non deſtiteram, vt exſtingueret bellum: quod [49] colloquia facta improbabam: quod legatos, fide Lepidi miſſos ad me, in conſpectum venire vetueram: quod C. Catium Veſtinum tribunum militum miſſum ab Antonio ad eum cum literis exceperam. In quo [50] hanc capio voluptatem [51], quod [52] certe, quo magis me petiuerunt [53], tanto maiorem his fruſtratio [54] dolorem attulit. Tu, mi Cicero, quod adhuc feciſti, idem praeſta, ut vigilanter neruoſeque [55] nos, qui ſtamus in acie, subornes [56]. Veniat Caeſar [57] cum copiis, quas habet firmiſſimas: aut ſi ipſum aliqua res impedit, exercitus mittatur, cuius ipſius magnum periculum agitur [58]. Quidquid aliquando futurum fuit [59] in caſtris perditorum [60] contra patriam, hoc omne iam conuenit. Pro vrbis vero ſalute cur non omnibus facultatibus, quas habemus, vtamur? Quod ſi vos iſtic [61] non defueritis [62], profecto, quod ad me attinet, omnibus rebus abunde reipub. satisfaciam. Te quidem, mi Cicero, in dies mehercule

12
13
14
15
16
17

44. contra. 45. quo furoſe venerant contra patriam. 46. habebant autem cauſſas recentes mihi iraſcendi. 47. quoniam. 48. ſeueris verbis monere. 49. quia. 50. negotio. 51. delectationem. 52. quia. 53. ſtuduerunt tollere. 54. die vergebene Bemühung, die ihnen von mir angedrehte Naſe. 55. mit Nachdruck. 56. instruas rebus ad bellum neceſſariis. 57. Octauianus. 58. cum ipſe exercitus eſt in magno periculo. 59. conuenire debuit. 60. rebellium. 61. Romae. 62. ad nos iuuandos.



Digitized by Google

hercule habeo cariorem: ſollicitudineſque meas quotidie magis tua merita[63] exacuunt[64], ne quid
18 aut ex amore, aut ex iudicio tuo[65] perdam. Opto, vt mihi liceat iam praeſenti pietate[66] meorum officiorum tua beneficia tibi facere iucundiora. VIII. Idus Iunias[67]. Cularone[68] ex finibus Allobrogum.

63. beneficia erga me. 64. impellunt. 65. de me. 66. ſinceritate. 67. die VI. Iunii. 68. oppidi nomen, quod alio nomine poſtea dictum eſt Gratianopolis, hodie Grenoble.

## XXIV.

## PLANCVS IMP. COS. DES. CICERONI S. D.

*Se memorem beneficiorum pollicetur: ſuas copias narrat: ſubſidium Caeſariani aut Africani exercitus poſcit: Octauianum, vt parum reipub. amantem, carpit.*

FAcere non poſſum[1], quin in[2] ſingulas res, meritaque[3] tua tibi gratias agam. Sed mehercule facio[4] cum pudore. neque enim tanta neceſſitudo[5], quantam tu mihi tecum eſſe voluiſti, deſide-
2 rare videtur gratiarum actionem. Neque ego lubenter pro maximis tuis beneficiis tam vili munere[6] defungor orationis: & malo praeſens[7] obſervantia[8], indulgentia, aſſiduitate[9] memorem[10] me tibi

XXIV.

1. Ich kan nicht vnterlaſſen. 2. propter. 3. beneficia erga me. 4. id. 5. amicitia. 6. tam vile donum inanium verborum reddo. 7. Romae. 8. per obſervantiam meam erga te. 9. per aſſiduitatem officiorum. 10. gratum.

11. oſten-

tibi probare[11]. Quod ſi mihi vita contigerit, 3
omnes gratas amicitias, atque etiam pias[12] pro-
pinquitates in tua obſeruantia, indulgentia, aſſi-
duitate vincam. Amor enim tuus ac iudicium de
me vtrum[13] mihi plus dignitatis in perpetuum[14],
an voluptatis quotidie ſit allaturus, non facile di-
xerim[15]. De militum commodis fuit tibi curae[16]: 4
quos ego, non potentiae meae cauſſa[17] (nihil enim
me non ſalutariter cogitare ſcio[18]) ornari volui a
ſenatu, ſed primum quod ita meritos[19] iudicabam;
deinde quod ad omnes caſus coniunctiores[20] rei-
publicae eſſe volebam; nouiſſime[21], vt ab omni
omnium ſollicitatione[22] auerſos eos, tales vobis
praeſtare poſſem, quales adhuc fuerunt. Nos ad- 5
huc heic omnia integra[23] ſuſtinuimus: quod con-
ſilium noſtrum, etſi, quanta ſit auiditas hominum,
non ſine cauſſa talis victoriae, ſcio, tamen vobis
probari ſpero. Non enim, ſi quid in his exerciti- 6
bus ſit offenſum[24], magna ſubſidia reſpub. habet
expedita[25], quibus ſubito impetu ac latrocinio
parricidarum reſiſtat. Copias vero noſtras notas 7
tibi eſſe arbitror. In caſtris meis legiones ſunt ve-
teranae

11. oſtendere. 12. pietatem & amorem propinquorum tuorum. 13. an. 14. apud poſteros. 15. dicere poſſum. 16. tu proſpexiſti de praemiis militum. 17. non vt ego vellem augeri meam potentiam. 18. ſcio enim, quod nihil ſoleam cogitare, niſi quod ſalutare eſt. 19. eſſe milites. 20. milites cum rep. magis coniunctos & beneficio hoc obſtrictos. 21. tandem etiam ideo. 22. corruptela, Verführung, Beſtechung. 23. ſine damno & periculo. 24. ſi hi exercitus accipiant aliquod damnum. 25. reſpublica enim non habet magna ſubſidia parata.



Digitized by Google

teranae tres, tironum vel luculentiſſima[26] ex
omnibus vna. In caſtris Bruti vna veterana legio,
altera bima[27], octo[28] tironum. Ita vniuerſus
exercitus numero ampliſſimus eſt, firmitate[29] exi-
guus. Quantum autem in acie tironi[30] ſit commit-
8 tendum, nimium ſaepe expertum habemus. Ad
hoc robur noſtrorum exercituum, ſiue Africanus
exercitus, qui eſt veteranus, ſiue Caeſaris[31] ac-
ceſſiſſet, aequo animo[32] ſummam rempub. in diſ-
crimen[33] deduceremus. aliquanto autem propius
9 eſſe, quod ad Caeſarem attinet, videbamus[34]. Ni-
hil deſtiti eum[35] litteris hortari, neque ille intermi-
ſit adfirmare, ſe ſine mora venire: cum interim
auerſum illum ab hac cogitatione, ad alia conſilia
video ſe contuliſſe. Ego tamen ad eum Furnium
noſtrum cum mandatis litteriſque miſi, ſi quid *for-*
10 te proficere[36] poſſet. Scis tu, mi Cicero, quod ad
Caeſaris amorem attinet, ſocietatem mihi eſſe te-
cum, vel quod in familiaritate Caeſaris[37], viuo il-
lo[38], iam[39] tueri eum, & diligere fuit mihi neceſſe:
vel quod ipſe, quoad[40] ego noſſe potui, modera-
tiſſimi atque humaniſſimi fuit ſenſus[41]: vel quod
ex[42] tam inſigni amicitia mea atque Caeſaris,
hunc[43] filii loco, & illius & veſtro iudicio, ſubſti-
tutum,

26. optima. 27. quae ante duos annos conſcripta eſt. 28. legiones. 29. quod autem attinet firmitatem. 30. den neugeworbenen Soldaten. 31. Octauiani. 32. ſonder Bedencken. 33. praelium. 34. videbamus autem, quod Caeſaris exercitus propior nobis eſſet, quam Africanus. 35. Caeſarem Octauianum. 36. ausrichten. 37. Iulii. 38. cum ille adhuc viueret. 39. iam tum, ſchon damals. 40. quantum ego potui intelligere. 41. ingenii. 42. iuxta. 43. Caeſarem Octauianum.

44. nicht

Digitized by Google

tutum, non perinde habere[44] mihi turpe videtur.
Sed quidquid tibi ſcribo, dolenter[45] mehercule 11
magis, quam inimice facio. Quod viuit Antonius
hodie, quod Lepidus vna[46] eſt, quod exercitus
habent non contemnendos, quod ſperant, quod
audent; id omne Caeſari acceptum[47] referre poſ-
ſunt. Neque ego ſuperiora[48] repetam: ſed ex eo 12
tempore, quo ipſe mihi profeſſus eſt[49] ſe venire, ſi
venire voluiſſet; aut oppreſſum iam bellum eſſet,
aut in aduerſiſſimam illi[50] Hiſpaniam cum detri-
mento eorum maximo detruſum[51]. Quae mens 13
eum, aut quorum conſilia a tanta gloria, ſibi ve-
ro[52] etiam neceſſaria ac ſalutari, auocarint, & ad
cogitationem conſulatus bimeſtris[53] ſummo cum
terrore hominum, & inſulſa[54] cum efflagitatione
tranſtulerint, exputare[55] non poſſum. Multum in 14
hac re mihi videntur neceſſarii[56] eius, & reip. &
ipſius cauſſa, proficere poſſe: plurimum, vt puto,
tu quoque[57], cuius ille tanta merita habet[58], quanta
nemo praeter me. nunquam enim obliuiſcar ma-
xima ac plurima me tibi debere. De his rebus, vt 15
exigeret[59] cum eo[60], Furnio mandaui. Quod ſi
quantam debeo[61], habuero apud eum, auctorita-
tem

44. nicht eben ſo hoch aeſtimiren. 45. magis ex dolore & triſtitia animi. 46. apud ipſum. 47. das alles können ſie dem Caeſari dancken, quippe per cuius culpam & tarditatem illi coniunxerunt ſuas copias. 48. ea quae antea acta ſunt. 49. pollicitus. 50. inimiciſſimam Lepido. 51. fuiſſet. 52. omnino. 53. zweymonatlich. 54. vngereimt. 55. das kan ich nicht begreiffen oder klug werden. 56. familiares Caeſaris. 57. poteris proficere. 58. a quo Caeſar tanta accepit beneficia. 59. colloqueretur, expoſtularet. 60. Octauiano. 61. habere.

16 tem, plurimum ipſum iuuero. Nos interea duriori conditione[62] bellum ſuſtinemus: quod[63] neque expeditiſſimam dimicationem putamus[64], neque tamen refugiendo commiſſuri ſumus, vt
17 maius detrimentum respub. accipere poſſit. Quod ſi aut Caeſar ſe reſpexerit[65], aut Africanae legiones celeriter venerint, ſecuros vos ab hac parte reddemus. Tu, vt inſtituiſti, me diligas rogo, proprieque tuum[66] eſſe, tibi perſuadeas. v. kal. Sextil[67]. ex caſtris.

62. in ſtatu. 63. quia. 64. quia putamus, praelium non fore ita facile. 65. conſiderauerit ſuam ſalutem. 66. ad me paratiſſimum eſſe ad officia tibi praeſtanda. 67. die XXVIII. Iulii.

## XXV.
## CICERO FVRNIO S. D.

*Modeſte reprehendit in Furnio praeproperam praeturae feſtinationem.*

SI intereſt[1], id quod homines arbitrantur, reipublicae, te, vt inſtituiſti[2] atque feciſti, nauare operam, rebusque[3] maximis, quae ad exſtinguendas reliquias belli pertinent, intereſſe: nihil videris melius, neque laudabilius, neque honeſtius[4]
2 facere poſſe. Iſtamque operam tuam, nauitatem[5], animum in rempub. celeritati praeturae[6] anteponendam cenſeo. nolo enim te ignorare, quantam laudem conſecutus ſis, mihi crede, proximam Planco, idque ipſius Planci teſtimonio:

prae-

XXV.

1. ſi ex vtilitate eſt reip. 2. coepiſti. 3. & te intereſſe rebus. 4. reputirlicher. 5. induſtriam. 6. impetrandae, quam tu nimis celeriter adpetis.

7. dum

praeterea fama ſcientiaque omnium[7]. Quamob- 3
rem ſi quid operis tibi etiam nunc reſtat, id maxi-
mopere cenſeo perſequendum[8]. Quid enim ho-
neſtius? aut quid honeſto anteponendum? ſin au-
tem ſatisfactum reipub. putas, celeriter ad comi-
tia[9], quando mature futura ſunt[10], veniendum
cenſeo: dummodo ne haec ambitioſa feſtinatio
aliquid imminuat eius gloriae, quam conſecuti ſu-
mus. Multi clariſſimi viri cum reipub. darent 4
operam[11], annum petitionis ſuae non obierunt[12]:
quod eo facilius nobis eſt, quod[13] non eſt annus
hic tibi deſtinatus, vt[14], ſi aedilis fuiſſes, poſt bien-
nium tuus annus[15] eſſet. Nunc nihil praetermit- 5
tere videbere vſitati & quaſi legitimi temporis ad
petendum[16]. Video autem, Planco conſule[17],
etſi etiam ſine eo rationes expeditas haberes[18],
tamen ſplendidiorem petitionem tuam[19], ſi modo
iſta[20] ex ſententia[21] confecta eſſent. Omnino me 6
plura ſcribere, cum tuum tantum conſilium iudi-
ciumque ſit[22], arbitrabar non ita neceſſe[23]: ſed
tamen ſententiam meam tibi ignotam eſſe nole-
bam.

7. dum omnes id ſciunt & de eo loquuntur. 8. eſſe, & perficiendum. 9. conuentum populi, in quo annui magiſtratus eligebantur. 10. quando illa maturo tempore fient. 11. cum officia praeſtarent reipublicae. 12. non venerunt Romam in eo anno, in quo tamen poterant legitimè petere magiſtratum. 13. quoniam. 14. ita vt. 15. petitionis. 16. nunc autem non videtur, ac ſi tu praetermiſſurus eſſes aliquod vſitatum & legitimum tempus ad petendum. 17. quando Plancus erit conſul. 18. etſi etiam ſine eo res tuae forent expeditae & ſine impedimento. 19. fore. 20. quae gerenda ſunt in bello. 21. ex voto noſtro. 22. cum tu ipſe habeas tantum conſilium & iudicium. 23. eſſe.

24. Im-

Digitized by Google

bam, cuius eſt haec ſumma[24], vt omnia te metiri[25] dignitate[26] malim, quam ambitione[27]: maioremque fructum ponere in perpetuitate[28] laudis,
7 quàm in celeritate praeturae[29]. Haec eadem locutus ſum domi meae[30], adhibito Q. fratre meo[31], & Caecina, & Caluiſio, ſtudioſiſſimis tui[32], cum Dardanus libertus tuus intereſſet. omnibus videbatur probari[33] oratio mea: ſed tu optime iudicabis[34].

24. Innhalt. 25. aeſtimare, dirigere. 26. ex, iuxta, ad dignitatem. 27. tua. 28. perpetua duratione. 29. ad quam tu feſtines. 30. in domo mea. 31. cum adeſſet Quintus frater meus. 32. qui tibi omnes bene cupiunt. 33. placere. 34. de tota hac re.

## XXVI.

## M. CICERO FVRNIO S. D.

*Scripſerat Furnius, ſe ad comitia praetoria venturum. Diſſuadet Cicero, comitiaque dilata ſignificat.*

Lectis tuis litteris, quibus[1] declarabas, aut omittendos[2] Narbonenſes[3], aut cum periculo dimicandum; illud magis timui, quod vitatum[4] non
2 moleſte fero. Quod de Planci & Bruti concordia ſcribis, in eo vel maximam ſpem pono victoriae. De Gallorum ſtudio[5] nos aliquando noſcemus[6], vt ſcribis, cuius id opera[7] maxime excita-
3 tum[8] ſit. Sed iam, mihi crede, cognouimus. Itaque

XXVI.

1. in quibus. 2. eſſe. 3. Galliae populus. 4. euitatum nunc fuiſſe. 5. fauore erga nos. 6. intelligemus. 7. per cuius laborem. 8. effectum.

9. ira-

Digitized by Google

que iucundiſſimis tuis litteris ſtomachatus[9] ſum
in extremo[10]. Scribis enim, ſi in Sextilem[11] co-
mitia[12], cito te[13]: ſin iam confecta[14], citius[15], ne
diutius cum periculo fatuus[16] ſis. O mi Furni, 4
quam tu cauſſam tuam[17] non noſti, qui alienas[18]
tam facile diſcas! Tu nunc candidatum te putas,
& id cogitas, vt aut ad comitia curras, aut, ſi iam
confecta[19], domi tuae ſis[20]: ſcilicet ne cum ma-
ximo periculo, vt ſcribis, ſtultiſſimus ſis. Non 5
arbitror te ita ſentire. Omnes enim tuos ad lau-
dem impetus[21] noui. Quod ſi, vt ſcribis, ita ſen-
tis, non magis[22] te[23], quam de te iudicium repre-
hendo meum. Te adipiſcendi magiſtratus leuiſ- 6
ſimi[24] & diuulgatiſſimi[25], ſi ita adipiſcare[26], vt
plerique[27], praepropera feſtinatio abducet a tan-
tis laudibus, quibus te omnes in caelum iure & ve-
re ferunt? Scilicet id agitur[28], vtrum[29] hac peti- 7
tione, an proxima praetor fias: non[30], vt ita de
repub. mereare, omni honore vt digniſſimus
iudicere? Vtrum neſcis, quam alte adſcenderis? 8
an pro nihilo id putas? Si neſcis, tibi ignoſco,
nos in culpa ſumus: ſin intelligis, vita tibi eſt
prae-

9. iratus tamen factus ſum. 10. tandem, cum legerem finem litterarum. 11. menſem Auguſtum. 12. differantur. 13. venturum eſſe Romam. 14. ſint comitia. 15. te velle venire. 16. ſtultus. 17. quam plane tu non intelligis cauſſam tuam & rationes proprias! 18. cauſſas. 19. ſint comitia. 20. maneas in domo tua. 21. cupiditates. 22. non tam. 23. reprehendo. 24. gering. 25. vulgaris, non admodum honorati. 26. ſi nempe ita adipiſcaris praeturam. 27. quemadmodum plerique illum ſolent adipiſci. 28. ia darauff kommt es auch an. ironia. 29. an. 30. non vero id agitur.

31. dul-

Digitized by Google

practura[31], vel officio, quod pauci[32]; vel gloria[33], quam omnes ſequuntur, dulcior? Hac de re & ego, & Caluiſius, homo magni iudicij tuique amantiſſimus, te accuſamus quotidie. Comitia tamen, cum ex his pendes[34], quantum facere poſſumus, quod multis de cauſſis reipub. arbitrabamur conducere[35], in[36] Ianuarium menſem protrudimus[37]. Vince igitur[38], & vale.

31. dulcior. 32. ſequuntur. 33. quam gloria. 34. weil dir doch das Hertz daran hänget. 35. vtile eſſe. 36. vsque in. 37. praeferemus, differemus. 38. hoſtes.

## XXVII.

## CICERO LEPIDO S.

*Lepidum leuiter obiurgat, quod ſummis honoribus ornatus ab ſenatu, gratias non egerit: &, ne pacem cum Antonio conciliare nitatur, admonet.*

QVod[1] mihi pro[2] mea ſumma erga te beneuolentia magnae curae eſt, vt quam ampliſſima[3] dignitate ſis; moleſte tuli[4], te ſenatui gratias non egiſſe, cum eſſes ab eo ordine[5] ornatus ſummis
2 honoribus[6]. Pacis inter ciues conciliandae te cupidum eſſe, laetor[7]. eam ſi a ſeruitute ſeiungis[8], conſules[9] & reipub. & dignitati tuae: ſin[10] iſta pax perditum[11] hominem in poſſeſſionem impoten-

XXVII.

1. Quoniam. 2. propter meam. 3. in maxima. 4. es hat mich gar ſehr verdroſſen. 5. Senatorio. 6. maxime honoratus. 7. gaudeo, quod cupidus ſis facere pacem inter ciues. 8. ſepares, ſi ita facias, vt haec pax non coniuncta ſit cum ſeruitute. 9. proſpicies, bonum conſilium & vtilitatem dabis. 10. quod ſi vero. 11. Antonium, hominem peſſimum.

Digitized by Google

12. Cum-

potentiſſimi[12] dominatus reſtitutura[13] eſt; hoc
animo ſcito eſſe omnes ſanos[14], vt mortem ſer-
vituti anteponant. Itaque ſapientius, meo quidem 3
iudicio[15] facies, ſi te in iſtam pacificationem non
interpones[16], quae neque ſenatui, neque populo,
neque cuiquam bono probatur[17]. Sed haec au- 4
dies ex aliis, aut certior fies[18] litteris. Tu pro tua
prudentia[19], quid optimum factu[20] ſit, videbis.

12. crudeliſſimi, immoderati. 13. reſtituet, reſtituere debet. 14. ſcire debes, omnes bonos, quibus adhuc ſana ratio eſt, hunc animum habere. 15. quantum ego quidem iudico. 16. ſi non audebis hoc modo facere pacem. 17. placere poteſt. 18. aut nuntium certum accipies ex litteris aliorum. 19. iuxta tuam. 20. quid deceat & vtile ſit fieri.

## XXVIII.

## CICERO TREBONIO S.

*Dolet ſe non fuiſſe participem coniurationis in Caeſarem, vt Antonium vna oppreſſiſſent, qui nunc tantas turbas cieat: deinde ſuum libertatis recuperandae ſtudium declarat.*

QVam vellem[1] ad illas pulcherrimas epulas[2]
me idibus Martiis[3] inuitaſſes, reliquiarum ni-
hil haberemus[4]. At nunc cum his[5] tantum nego-
tii eſt, vt veſtrum illud diuinum in rempub. bene-
ficium[6] nonnullam habeat querelam[7]. Quod 2
vero

XXVIII.

1. Quam vehementer ego optarem. 2. occiſionem Iulii Caeſaris in curia. 3. die xv. Martii. 4. iam nihil haberemus reliquum inimicorum, ſed ſimul quoque occiſus fuiſſet Antonius. 5. reliquiis. 6. occiſio Caeſaris. 7. Beſchwerlichkeit, de qua poſſumus conqueri.



Digitized by Google

vero a te, viro optimo, ſeductus eſt [8], tuoque beneficio adhuc viuit haec peſtis [9]: interdum, quod mihi vix fas eſt [10], tibi ſubiraſcor [11]. mihi enim negotii plus reliquiſti vni [12], quam praeter me omnibus.
3 Vt enim primum [13] poſt Antonii foediſſimum diſceſſum ſenatus haberi [14] libere [15] potuit, ad illum animum meum reuerti priſtinum, quem tu cum ciue acerrimo, patre tuo, in ore [16] & amore ſemper habuiſti.
4 Nam cum ſenatum ad d. XIII. kalend. Ianuarias [17] tribuni plebis vocauiſſent [18], deque alia re referrent [19], totam rempub. ſum complexus [20], egique acerrime: ſenatumque iam languentem [21] & defeſſum ad priſtinam virtutem [22] conſuetudinemque reuocaui, magis animi, quam ingenii viribus [23].
5 Hic dies [24], meaque contentio [25] atque actio ſpem primum populo Rom. attulit libertatis recuperandae.
6 Nec vero ipſe [26] poſtea tempus vllum intermiſi de repub [27]. non cogitandi ſolum, ſed etiam agendi. quod niſi [28] res vrbanas [29] actaque omnia ad te perferri arbitrarer, ipſe perſcriberem [30], quamquam eram maxim[is] occupationibus impeditus. Sed illa [31] cognoſces ex aliis.

8. a te in locum tutum. 9. Antonius. 10. facere. 11. paululum iraſcor. 12. tu enim hoc modo mihi vni plus negotii reliquiſti. 13. quamprimum. 14. conuocari. 15. ſine timore, in priſtina libertate. 16. laude. 17. die XX. Decembris. 18. conuocaſſent. 19. proponerent. 20. de toto ſtatu reip. fui locutus. 21. timidum. 22. fortitudinem, animoſitatem. 23. magis per vires animi mei, quam ingenii aut eloquentiae. 24. in quo haec dixi. 25. oratio. 26. ego. 27. de ſalute reip. 28. niſi. 29. ea quae aguntur in vrbe Roma. 30. ego ipſe vellem ea perſcribere ad te. 31. acta omnia.

32. cogno-

Digitized by Google

aliis. A me pauca[32], & ea ſummatim[33]. Habe- 7
mus fortem ſenatum, conſulares partim timidos,
partim male ſentientes : magnum damnum fa-
ctum[34] eſt in Seruio[35]: L. Caeſar optime ſentit:
ſed, quod auunculus eſt[36], non accerrimas dicit
ſententias: conſules egregii[37], praeclarus D. Bru-
tus: egregius puer Caeſar[38]: de quo ſpero equi-
dem reliqua. Hoc vero certum habeto[39], niſi il- 8
le[40] veteranos[41] celeriter conſcripſiſſet[42], legio-
nesque duae de exercitu Antonii ad eius ſe au-
ctoritatem[43] contuliſſent, atque is oppoſitus eſſet
terror Antonio ; nihil Antonium ſceleris, nihil
crudelitatis praeteriturum fuiſſe. Haec tibi, etſi 9
audita eſſe arbitrabar, volui tamen notiora eſſe.
Plura ſcribam, ſi plus otii habuero.

32. cognoſces. 33. breuiter. 34. accepimus. 35. in morte Seruii Sulpitii. 36. quoniam ille Auunculus eſt Antonii. 37. ſunt, nempe Hirtius & Panſa. 38. Octauianus, qui tum agebat annum XVIII. anni autem pueritiae apud Romanos vsque ad annum aetatis XX. producebantur. 39. firmiter credas. 40. Caeſar vel Brutus. 41. milites. 42. collegiſſet. 43. partes.

## XXIX.

## CICERO APPIO S.

*De ſtudio ſuo erga Appium exſulantem ſcribit, eumque bonam ſpem habere iubet.*

DE meo ſtudio[1] erga ſalutem[2] & incolumitatem tuam, credo te cognoſſe ex litteris tuorum:

XXIX.

1. Propenſione, Gefliſſenheit. 2. conſeruationem tuae ſalutis, Wolergehen.

rum: quibus me cumulatiſſime[3] ſatisfeciſſe certo ſcio: nec iis concedo[4], quamquam ſunt ſingulari in te beneuolentia[5], vt te ſaluum malint[6], quam
2 ego[7]. Illi mihi neceſſe eſt concedant[8], vt tibi plus, quam ipſi[9] hoc tempore prodeſſe[10] poſſim: quod quidem nec deſtiti[11] facere, nec deſiſtam: & iam in maxima re feci, & fundamenta ieci ſalutis
3 tuae. Tu fac bono animo magnoque[12] ſis: meque tibi nulla re defuturum eſſe confidas[13]. Pridie nonas Quintiles[14].

3. pleniſſime, abundanter. 4. in amore erga te: 5. quanquam illi te amant ſingulariter. 6. vt illi magis velint aut cupiant, te eſſe ſaluum. 7. quam ego id volo aut cupio. 8. vt concedant. 9. ſie. 10. iuuare. 11. deſii. 12. vt bonum & magnum animum habeas. 13. & credas cum fiducia, me velle iuuare te in omnibus rebus. 14. die VI. Iulii.

## XXX.

## GALBA CICERONI.

*Galba proelium exponit ad Mutinam factum, victoriamque de Antonio relatam.*

XVII. kal. Maii[1], quo die Panſa in caſtris Hirtii erat futurus[2], cum quo[3] ego eram, (nam ei obviam proceſſeram millia paſſuum centum, quo[4] maturius veniret) Antonius legiones eduxit duas, ſecundam, & quintam, & triceſimam, & cohortes praetorias[5] duas, vnam ſuam, alteram Silani, & euo-

XXX.

1. die XV. Aprilis. 2. ſeyn wollte. 3. Panſa. 4. vt ille eo. 5. die Bataillons oder Eſquadrons von der Leib-Garde.

6. Euo-

Digitized by Google

& euocatorum [6] partem. Ita obuiam venit no- 2
bis, quod [7] nos quatuor legiones tironum [8] habe-
re ſolum arbitrabatur: ſed noctu, quo tutius ve-
nire in caſtra poſſemus, legionem Martiam, cui
ego praeeſſe ſolebam, & duas cohortes praeto-
rias miſerat Hirtius nobis. Cum equites Antonii 3
apparuiſſent, contineri neque legio Martia neque
cohortes praetoriae potuerunt [9], quas ſequi [10]
coepimus coacti [11]; cum [12] eas retinere non pote-
ramus. Antonius ad Forum Gallorum [13] ſuas co- 4
pias continebat, neque ſciri volebat [14] ſe legiones
habere: tantum [15] equitatum & leuem armaturam [16]
oſtendebat. Poſteaquam vidit [17], ſe inuito [18], le- 5
gionem ire [19] Panſa; ſequi ſe duas legiones iuſſit
tironum. poſteaquam anguſtias [20] paludis & ſil-
varum tranſiimus, acies eſt inſtructa a nobis duo-
decim cohortium. Nondum venerant legiones 6
duae: repente Antonius in aciem ſuas copias de [21]
vico produxit, & ſine mora concurrit [22]. Primo 7
ita pugnatum eſt [23], vt acrius non poſſet ex vtra-
que parte pugnari: etſi dexterius [24] cornu, in quo
ego eram cum Martiae legionis cohortibus octo,
impetu

6. Euocati, velut iam ſupra indicauimus, erant milites emeriti & in agros diuiſi, qui, vrgente neceſſitate, denuo euocabantur ad bellum gerendum. 7. quoniam. 8 neugeworbene. 9. ab impetu in hoſtem. 10. in hoſtem, ad praelium. 11. non libenter. 12. dum. 13. nomen oppidi inter Mutinam & Bononiam. 14. neque volebat vt nos ſciremus. 15. tantummodo. 16. die leichtbewaffnete Soldaten. 17. Panſa. 18. contra ſuum iuſſum & voluntatem. 19. contra hoſtem. 20. den engen moraſtigen Paſs. 21. ex oppidulo. 22. incipit praelium. 23. pugnauimus. 24. dextrum.


Digitized by Google

impetu primo fugauerat legionem triceſimam
quintam Antonii: vt amplius paſſus centum vltra
8 aciem, quo loco ſteterat, proceſſerit[25]. Itaque
cum equites[26] noſtrum cornu circuire vellent, re-
cipere[27] me coepi, & leuem armaturam oppone-
re Maurorum[28] equitibus, ne auerſos[29] noſtros
9 adgrederentur. Interim video me eſſe inter An-
tonianos, Antoniumque poſt me eſſe aliquanto[30]:
repente equum immiſi[31] ad eam legionem tiro-
10 num, quae veniebat ex caſtris, ſcuto reiecto[32]. An-
toniani me inſequi[33], noſtri pila[34] conilcere vel-
le[35]. Ita neſcio quo fato ſum ſeruatus, quod[36] ſum
11 cito a noſtris cognitus. In ipſa Aemilia[37], vbi co-
hors Caeſaris praetoria erat, diu pugnatum eſt.
Cornu ſiniſterius[38], quod erat infirmius, vbi Mar-
tiae legionis duae cohortes erant, & cohors prae-
toria, pedem referre[39] coeperunt: quod[40] ab
equitatu circuibantur, quo vel plurimum valet[41]
Antonius: cum omnes ſe recepiſſent noſtri or-
dines, recipere me nouiſſimus[42] coepi ad caſtra.
12 Antonius tanquam victor caſtra[43] putauit ſe poſſe
capere. quo[44] cum venit, complures ibi amiſit,
13 nec egit quidquam[45]. Audita re Hirtius cum co-
hortibus viginti veteranis redeunti[46] Antonio in
ſua

25. cornu dextrum. 26. Antoniani. 27. zurückziehen. 28. Africae populorum, qui erant in exercitu Antonii. 29. im Rücken, von hinten zu. 30. non longe poſt me. 31. equitaui. 32. dum ſcutum meum reieci in tergum. 33. coeperunt. 34. die Wurffpfeile. 35. coeperunt. 36. quoniam, dum. 37. via. 38. ſiniſtrum. 39. ſich zu retiriren. 40. quia. 41. quo equitatu Antonius nos ſuperat. 42. poſtremus. 43. noſtra. 44. ad quae caſtra. 45. praeterea. 46. reuertenti.

47. in

Digitized by Google

ſua caſtra occurrit, copiasque eius omnes deleuit, ſugauitque eodem loco, vbi erat pugnatum ad forum Gallorum. Antonius cum equitibus, hora[47] 14
noctis quarta, ſe in caſtra ſua ad Mutinam recepit: Hirtius in ea caſtra rediit, vnde Panſa exierat, vbi duas legiones reliquerat, quae ab Antonio erant oppugnatae[48]. Sic partem maiorem ſuarum co- 15
piarum Antonius amiſit veteranarum: nec id tamen ſine aliqua iactura[49] cohortium praetoriarum noſtrarum, & legionis Martiae fieri potuit. Aquilae duae[50], ſigna[51] ſexaginta ſunt relata[52] Antonii. Res bene geſta eſt. ad d. XII. kalend. 16
Maii[53], ex caſtris. Vale.

47. in hora. 48. angefallen worden. 49. Verluſt. 50. aquilae erant inſignia legionum. 51. ſigna erant inſignia centuriarum & manipulorum. 52. ad nos, tanquam teſtimonia victoriae ab Antonio impetratae. 53. die XX. Aprilis.

## XXXI.

## C. ASINIVS POLLIO CICERONI S. D.

*Excuſationem adfert, quod ſtudium erga rempub. ſuum nondum declarauerit: ſeque libertatis recuperandae percupidum oſtendit.*

MInime mirum debet tibi videri, nihil me ſcripſiſſe de republica, poſteaquam itum eſt[1] ad arma. Nam ſaltus[2] Caſtulonenſis[3], qui ſemper 2
tenuit[4] noſtros tabellarios, etſi nunc frequentioribus

XXXI.

1. arripuimus arma. 2. ſylua. 3. Caſtulo Hiſpaniae oppidum. 4. retinuit.



Digitized by Google

ribus latrociniis[5] infeſtior[6] factus eſt, tamen nequaquam tanta in mora eſt[7], quanta[8] qui locis omnibus diſpoſiti ab vtraque parte[9] ſcrutantur[10]
3 tabellarios[11], & retinent. Itaque niſi naue[12] perlatae litterae eſſent, omnino neſcirem, quid iſtic[13] fieret. nunc vero nactus occaſionem, poſteaquam nauigari coeptum[14] eſt, cupidiſſime, & quam cre-
4 berrime potero, ſcribam ad te. Ne moueare[15] eius[16] ſermonibus, quem tametſi nemo eſt, qui videre velit[17], tamen nequaquam perinde ac dignus eſt, oderunt homines, periculum non eſt[18]. Adeo eſt enim inuiſus mihi, vt nihil non acerbum pu-
5 tem[19], quod commune cum illo ſit. Natura autem mea & ſtudia[20] trahunt me ad pacis & liber-
6 tatis cupiditatem. Itaque illud initium ciuilis belli ſaepe defleui. Cum vero non liceret mihi nullius partis eſſe[21], quia vtrobique magnos inimicos habebam; ea caſtra[22] fugi, in quibus plane tutum me ab inſidiis inimici ſciebam non futurum[23], compulſus[24] eo[25], quo[26] minime volebam: ne in extremis[27] eſſem, plane pericula non dubitanter[28] adii.

5. propter frequentia latrocinia. 6. periculoſior. 7. tamen hic ſaltus nequaquam facit tantam moram. 8. quanta in mora ſunt illi qui. 9. bellantium. 10. durchſuchen. 11. die Courriers. 12. zu Waſſer. 13. Romae. 14. dum poſt hyemem iterum naues abeunt. 15. periculum non eſt, ne mouearis. 16. Balbi quaeſtoris; de quo in Epiſt. ſequente. 17. qui libenter videat. 18. iſt nicht zu beſorgen. 19. vt putem, illa omnia eſſe mihi moleſta, quae cum illo communia habeo. 20. deſideria. 21. cum vero neceſſe eſſet, vt eligerem vnam partem in bello ciuili. 22. Pompeiana. 23. fore. 24. fui. 25. ad eam partem. 26. ad quam accedere. 27. periculis. 28. ſonder eintziges Bedencken.

29. quo-

Digitized by Google

ſtudii. Caeſarem vero, quod[29] me in tanta fortuna 7
modo cognitum vetuſtiſſimorum familiarium lo-
co[30] habuit, dilexi ſumma cum pietate[31] & fide.
quae mea ſententia[32] gerere mihi licuit, ita feci,
vt optimus quisque maxime probarit[33]: quod iuſ-
ſus ſum[34] eo tempore, id ita feci, vt appareret[35]
inuito[36] imperatum eſſe. Cuius facti iniuſtiſſima 8
inuidia erudire[37] me potuit, quam iucunda liber-
tas, & quam miſera ſub dominatione vita eſſet.
Ita ſi id agitur[38], vt rurſus in poteſtate omnia vnius 9
ſint, quicunque is eſt, ei me profiteor inimicum.
nec periculum eſt vllum, quod pro libertate, aut
refugiam, aut deprecer[39]. Sed conſules neque 10
ſenatusconſulto[40], neque litteris[41] praeceperant
mihi, quid facerem. Vnas[42] enim poſt idus Mar-
tias[43] demum a Panſa litteras accepi, in quibus
hortatur me, vt ſenatui ſcribam, me & exercitum
in poteſtate eius futurum; quod cum Lepidus
concionaretur[44], atque omnibus ſcriberet, ſe con-
ſentire cum Antonio, maxime contrarium fuit[45].
Nam quibus commeatibus[46], inuito illo[47], per il- 11
lius prouinciam[48] legiones ducerem? aut, ſi ce-
tera tranſiſſem, num etiam Alpes[49] poteram trans-
volare,

29. quoniam. 30. in loco. 31. religione, ſinceritate. 32. nach meinem Sinn. 33. illa laudauerit. 34. facere a Caeſare. 35. vt omnes poſſent videre. 36. mihi. 37. docere, declarare mihi. 38. wenn man demnach darauf vmgehet. 39. ableinen. 40. per SCtum. 41. per litteras. 42. vnicas. 43. quo die Caeſar interfectus fuerat. 44. in concione militum diceret, & palam faceret. 45. mihi. 46. mit was vor Fuhren vnd Gelegenheiten. 47. contra voluntatem Lepidi. 48. Hiſpaniam. 49. montes Pyrenaeos.



Digitized by Google

volare, quae praeſidio illius tenentur[50]? adde huc, quod perferri litterae nulla conditione[51] potuerunt. Sexcentis[52] enim locis excutiuntur[53];
12 deinde etiam retinentur a Lepido tabellarii. Illud me Cordubae[54] pro concione[55] dixiſſe nemo vocabit in dubium, prouinciam me nulli, niſi qui a
13 ſenatu miſſus veniſſet, traditurum[56]. Nam de legione trigeſima tradenda quantas habuerim contentiones[57], quid ego ſcribam? qua tradita[58], quanto pro repub[59]. infirmior futurus fuerim, quis ignorat? hac enim legione noli acrius aut pu-
14 gnacius quidquam putare[60]. Quare me eum exiſtima eſſe, qui primum pacis cupidiſſimus ſim: (omnes enim ciues plane ſtudeo eſſe ſaluos) deinde qui & me & rempub. vindicare in libertatem
15 paratus ſim. Quod familiarem meum[61] tuorum numero[62] habes, opinione tua mihi gratius eſt[63]. Inuideo illi[64] tamen, quod ambulat & iocatur tecum. quaeres, quanti aeſtimem[65]: ſi vnquam licuerit[66] viuere in otio, experieris. nullum enim
16 veſtigium[67] abs te receſſurus ſum. Illud vehementer admiror, non ſcripſiſſe te mihi, manendo in prouincia, an ducendo exercitum in Italiam, reipub.

50. occuparentur, beſezet ſind. 51. nullo modo. 52. in quamplurimis. 53. litterae inquiruntur, excipiuntur. 54. in vrbe Hiſpaniae. 55. ad conuocatos milites. 56. eſſe. 57. Zanck vnd Widerwillen. 58. quam legionem ſi tradidiſſem. 59. defendenda. 60. debes perſuaderi, hanc legionem eſſe acerrimam & pugnaciſſimam. 61. Cornelium Gallum. 62. in numero. 63. das iſt mir lieber als du wol der . . 64. amico meo. 65. hoc. 66. mihi. 67. ich werde nicht einen Schritt von dir weichen.

68. in

reipub. magis ſatisfacere poſſim. Ego quidem, etſi 17
mihi tutius ac minus laborioſum eſt manere [68], tamen quia video tali [69] tempori multo magis legionibus opus eſſe, quam prouinciis, quae praeſertim recuperari nullo negotio [70] poſſunt; conſtitui, vt nunc eſt, cum exercitu proficiſci [71]. Dein- 18
de ex litteris, quas Panſa mihi miſit, cognoſces omnia: nam tibi earum exemplar miſi. xvii. kal. Aprilis [72], Cordubae.

68. in prouincia. 69. tam calamitoſo. 70. facile. 71. in Italiam. 72. die xvi. Martii.

## XXXII.

## C. ASINIVS POLLIO CICERONI.

*Balbi quaeſtoris ſui flagitia exponit: deinde de ſuo in rempublicam ſtudio addit.*

BAlbus quaeſtor, magna numerata pecunia [1], magno pondere [2] auri, maiore argenti coacto de publicis exactionibus [3], ne ſtipendio [4] quidem militibus reddito, duxit ſe [5] a Gadibus [6], & triduum [7] tempeſtate retentus ad Calpen [8], kalend. Iuniis traiecit ſeſe [9] in regnum Bogudis [10], plane bene peculiatus [11]. His rumoribus [12] vtrum [13] Ga- 2
des re-

XXXII.

1. poſtquam ei numerata fuit magna pecunia. 2. ſumma. 3. Contributionen. 4. ita tamen, vt nequidem ſtipendium exſolueret militibus. 5. contulit ſe. 6. vrbs Hiſpaniae hodie Cadix. vnde fretum Gaditanum nomen habet. 7. per tres dies. 8. montem ac oppidum in littore Hiſpanico. 9. nauigauit. 10. Mauritaniae Regis. 11. inſtructus nummis ſeu pecunia publica. 12. poſt hos rumores de eius fuga. 13. an.



Digitized by Google

des referatur[14], an Romam (ad ſingulos enim nun-
3 tios turpiſſime conſilia mutat) nondum ſcio. Sed
praeter furta & rapinas, & virgis caeſos ſocios,
haec quoque fecit, vt ipſe gloriari ſolet, eadem
4 quae C. Caeſar[15]. Ludis[16], quos Gadibus fecit[17],
Herennium Gallum, hiſtrionem, ſummo[18] ludo-
rum die annulo aureo donatum in decimum quar-
tum ſeſſum deduxit[19] tot enim fecerat ordines
5 equeſtris loci[20]. Quatuoruiratum[21] ſibi proro-
gauit: comitia biennii[22] biduo[23] habuit, hoc eſt
renuntiauit[24], quos ei viſum eſt[25]: exſules redu-
xit, non horum temporum[26], ſed illorum[27], qui-
bus a ſeditioſis ſenatus trucidatus aut expulſus eſt,
6 Sex. Varo proconſule[28]. Illa vero iam ne Caeſa-
ris quidem exemplo[29], quod[30] ludis[31] praetex-
tam[32] de ſuo itinere ad L. Lentulum proconſu-
lem ſollicitandum[33] poſuit. Et quidem cum age-
retur[34], fleuit. memoria rerum geſtarum com-
7 motus[35]. Gladiatoribus[36] autem Fadium quem-
dam, mi-

14. rediturus ſit. 15. fecit. 16. in ludis. 17. ſpectandos dedit. 18. vltimo. 19. annulus aureus & ſeſſio in XIV. gradibus theatrorum, erat ſignum dignitatis equeſtris. 20. Balbus enim fecerat tot ordines graduum, vbi in ludis locum ſuum haberent equites. 21. Quatuorviratus erat ſummus magiſtratus in quibusdam municipiis. 22. comitia ad eligendos magiſtratus in duos annos. 23. intra duos dies. 24. proclamauit illas magiſtratus. 25. libuit, placuit. 26. ciuilis belli, in quibus multi innocentes acti ſunt in exilium. 27. temporum. 28. cum Sextus Varus eſſet proconſul. 29. fecit. 30. quoniam. 31. in ludis. 32. nomen comoediae, quam Balbus ſpectandam dedit. 33. perſuadendum ad partes Caeſaris. 34. haec comoedia. 35. dum recordabatur rerum geſtarum cum animi triſtitia. 36. in ludis gladiatoriis. 37. com-

dam, militem Pompeianum, quia cum depreſ-
ſus[37] in ludum bis gratis[38] depugnaſſet, auctora-
ri[39] ſeſe nolebat, & ad populum confugerat, pri-
mum Gallos equites immiſit in populum: conie-
cti enim ſunt lapides in eum, cum adriperetur Fa-
dius; deinde abſtractum[40] defodit in luto & vi-
vum combuſſit: cum quidem pranſus[41] nudis pe-
dibus, tunica ſoluta, manibus ad tergum reiectis
inambularet, & illi miſero quiritanti[42]: *ciuis Ro-
manus natus ſum*, reſponderet, Abi nunc, populi
fidem implora. Beſtiis vero ciues Romanos, in[43] 8
his circulatorem quemdam auctionum[44], notiſſi-
mum hominem Hiſpali[45], quia deformis erat, ob-
iecit. Cum cuiusmodi portento[46] res mihi fuit.
Sed de illo plura[47] coram. Nunc quod prae- 9
ſtat[48], quid me velitis facere, conſtituite. Tres le-
giones firmas habeo: quarum vnam, vigeſimam
octauam, cum ad ſe initio belli[49] arceſſiſſet An-
tonius hac pollicitatione, quo die in caſtra veniſ-
ſet, denarios quingentos ſingulis militibus datu-
rum[50]: in victoria vero eadem praemia[51], quae
ſuis legionibus (quorum[52] quis vllum finem aut
modum futurum putauit?) incitatiſſimam[53] reti-
nui, aegre mehercules: nec retinuiſſem, ſi vno
loco

37. compulſus, coactus. 38. fruſtra. 39. vendi tanquam ſeruum. 40. Fadium. 41. Balbus. 42. winſelende, clamanti cum lacrymis. 43. interque hos. 44. circumforaneum, qui auctionari ſolebat in circulis. 45. in vrbe, hodie dicitur Seuilla. 46. vngeheuer, crudeli homine. 47. dicam. 48. quod maioris momenti eſt. 49. ciuilis. 50. eſſe. 51. ſe daturum eſſe. 52. praemiorum. 53. ad ſeditionem, ad accipiendas pollicitationes Antonii.

54. wür-

Digitized by Google

loco habuiſſem, vtpote cum ſingulae cohortes
10 quandam ſeditionem fecerint[54]. Reliquas quoque
legiones non deſtitit[55] litteris atque infinitis polli-
citationibus incitare[56]. Nec vero minus Lepidus
vrſit me & ſuis & Antonii litteris, vt legionem tri-
11 geſimam mitterem ſibi. Itaque quem exercitum
neque vendere vllis praemiis volui, nec[57] eorum
periculorum metu[58], quae victoribus illis porten-
debantur[59], diminuere, debetis exiſtimare reten-
tum[60] & conſeruatum reipub[61]. eſſe, atque[62] ita
credere, quodcunque imperaſſetis, facturum fuiſ-
12 ſe[63], ſi[64], quod iuſſiſtis, feci. Nam & prouinciam
in otio, & exercitum in mea poteſtate tenui, fini-
bus[65] meae prouinciae nusquam exceſſi. Militem
non modo legionarium, ſed ne auxiliarium qui-
dem vllum quoquam[66] miſi: &, ſi quos equites
13 decedentes[67] nactus ſum, ſupplicio adfeci. Qua-
rum rerum fructum ſatis magnum repub. ſalua tu-
liſſe me putabo[68]. Sed reſp. ſi me ſatis nouiſſet, &
maior pars ſenatus, maiores ex me fructus tuliſſet.
14 Epiſtolam, quam Balbo, cum etiam nunc in pro-
vincia eſſet, ſcripſi, legendam tibi miſi: etiam prae-
textam[69], ſi voles legere, Gallum Cornelium fa-
miliarem meum poſcito[70]. VI. idus Iunias[71], Cor-
duba. XXXIII.

54. würden gemacht haben. 55. Antonius. 56. ad ſeditionem. 57. nec diminuere. 58. propter metum 59. quae imminebant nobis, ſi illi fuiſſent victores. 60. fuiſſe exercitum. 61. ad commodum reip. 62. atque debetis. 63. me. 64. ſi modo vnquam. 65. ex finibus. 66. irgends wohin. 67. tranſire volentes ad hoſtem. 68. ego putabo, me ſatis magnum tuliſſe fructum ex iis rebus & conſiliis meis, ſi modo ſalua erit reſp. 69. nomen comoediae qua de ſupra. 70. eam poſcito ad legendum a Gallo. 71. die VIII. Iunii. XXXIII.

Digitized by Google

## XXXIII.

# POLLIO CICERONI S. D.

*Deplorat acceptam proelio Mutinenſi reip. calamitatem: ſeque communi incendio occurrere paratum oſtendit.*

QVo tardius certior fierem de proeliis apud
Mutinam factis, Lepidus effecit, qui meos ta-
bellarios nouem dies retinuit: tametſi tantam ca-
lamitatem reipub. quam tardiſſime audire optan-
dum eſt, ſed illis[1], qui prodeſſe nihil poſſunt, ne-
que mederi[2]. Atque vtinam eodem ſenatuscon- 2
ſulto, quo Plancum & Lepidum in Italiam arceſſi-
ſtis[3], me quoque iuſſiſſetis venire[4]. profecto non
accepiſſet respub. hoc vulnus[5]: quo[6] ſi qui lae-
tantur in praeſentia, quia videntur & duces & ve-
terani Caeſaris partium[7] interiiſſe; tamen poſt-
modum neceſſe eſt doleant[8], cum vaſtitatem Ita-
liae reſpexerint. Nam & robur, & ſoboles mi- 3
litum interiit, ſi quidem, quae[9] nuntiantur, vlla ex
parte vera ſunt. neque ego non videbam[10], quan-
to vſui[11] reipub. eſſem futurus, ſi ad Lepidum ve-
niſſem: omnem enim cunctationem eius diſcuſ-
ſiſſem[12], praeſertim adiutore Planco[13]. Sed ſcri- 4
benti[14] ad me eiusmodi litteras, quas leges[15], &[16]
conci-

XXXIII.

1. id optandum eſt. 2. calamitatibus publicis adferre remedium. 3. vt veniret iuſſiſtis. 4. in Italiam. 5. hanc calamitatem. 6. vulnere. 7. qui ſteterunt a partibus Caeſaris. 8. vt illi doleant. 9. ea quae. 10. & ego probe videbam. 11. vtilitati. 12. remouiſſem. 13. ſi Plancum adiutorem habuiſſem. 14. Lepido. 15. legere potes, 16. & quae ſimiles ſunt.



Digitized by Google

concionibus videlicet, quas Narbone[17] habuiſſe
dicitur, ſimiles, palparer[18] plane neceſſe erat, ſi
vellem commeatum[19] per prouinciam eius iter fa-
5 ciens habere. Praeterea verebar, ne ſi ante, quam
ego incepta perficerem, proelium confectum eſ-
ſet, pium[20] meum conſilium raperent in contra-
riam partem obtrectatores mei, propter amicitiam,
quae mihi cum Antonio, non maior tamen, quam
6 Planco[21], fuit. Itaque a Gadibus menſe Aprili bi-
nis tabellariis in duas naues impoſitis, & tibi, &
conſulibus, & octauiano ſcripſi, vt me faceretis
certiorem, quonam modo plurimum poſſem pro-
7 deſſe reipub. Sed vt rationem ineo[22], quo die
proelium Panſa commiſit, eodem[23] a Gadibus na-
ves[24] profectae ſunt. nulla enim poſt hiemem fuit
ante eam diem nauigatio. Et hercule longe re-
motus[25] ab omni ſuſpicione futuri ciuilis tumul-
tus, penitus in Luſitania legiones in hibernis[26] col-
8 locaram. Ita porro feſtinauit vterque[27] confli ge-
re[28], tanquam nihil peius timerent, quam ne ſine
maximo reipub. detrimento bellum componere-
9 tur. Sed ſi properandum fuit[29], nihil non ſummi
ducis conſilio geſſiſſe Hirtium video[30]. nam haec
mihi

17. in Galliae vrbe Narbone. 18. vt palparer, id eſt, abblandirer, gute Worte geben. alii legunt, *ſimularem.* 19. Prouiant, Prouiſion. 20. ſincerum. 21. quae tamen mea amicitia cum Antonio non maior fuit, quam illa, quam Plancus cum eodem habuit. 22. wie ich mir die Rechnung mache. 23. die. 24. quibus tabellarii ſunt impoſiti. 25. ego. 26. in die Winter-Quartiere. 27. Hirtius & Panſa. 28. pugnare cum Antonianis. 29. ad praelium. 30. video tamen, Hirtium omnia geſſiſſe ex conſilio ſummi ducis.

31. ex

Digitized by Google

mihi ſcribuntur ex Gallia Lepidi[31], & nuntiantur, Panſae exercitum conciſum[32] eſſe, Panſam ex vulneribus mortuum, eodem proelio Martiam legionem interiiſſe, & L. Fabatum, & C. Peducaeum, & D. Carſulenum. Hirtiano[33] autem proe- 10
lio & quartam legionem, & omnes peraeque[34] Antonii caeſas[35]: item Hirtii. quartam[36] vero, cum caſtra quoque Antonii cepiſſet, a quinta legione conciſam eſſe. Ibi Hirtium quoque periiſſe, & Pontium Aquilam: dici etiam, Octauianum cecidiſſe[37]. Quae ſi (quod dii prohibeant) vera 11
ſunt, non mediocriter doleo. Antonium turpiter Mutinae obſeſſionem reliquiſſe: ſed habere equitum legiones ſub ſignis[38] armatas tres, & P. Bagienni vnam[39], inermes[40] bene multos. Venti- 12
lium quoque ſe cum legione ſeptima, octaua, nona, coniunxiſſe. Si nihil in Lepido ſpei ſit, deſcenſurum[41] ad extrema, & non modo nationes[42], ſed etiam ſeruitia[43] concitaturum: Parmam direptam[44]: L. Antonium Alpes occupaſſe. Quae ſi 13
vera ſunt, nemini noſtrum[45] ceſſandum eſt, neque exſpectandum, quid decernat ſenatus. Res enim cogit, huic tanto incendio[46] ſuccurrere omnes[47], qui aut imperium, aut nomen denique populi Rom. ſaluum eſſe volunt. Brutum enim 14
decem

31. ex ea parte Galliae, quam Lepidus gubernat. 32. occiſum. 33. in eo praelio, quod Hirtius habuit. 34. benermaſſen. 35. fuiſſe. 36. legionem. 37. periiſſe. 38. ſuis. 39. legionem. 40. ſine armis milites. 41. wollte er es auffs äuſerſte laſſen ankommen. 42. externas. 43. ſeruos. 44. eſſe. 45. nemini ex nobis. 46. bello ciuili. 47. vt omnes ſuccurrant.

48. gar

Digitized by Google

decem & ſeptem cohortes, & duas non frequentes[48] tironum legiones, quas conſcripſerat Anto-
15 nius, habere audio. Neque tamen dubito, quin omnes, qui ſuperſint de Hirtii exercitu, confluant ad eum[49]. nam in delectu[50] non multum ſpei puto eſſe: praeſertim cum nihil ſit periculoſius, quam
16 ſpatium[51] confirmandi[52] ſeſe Antonio dari. Anni autem tempus libertatem maiorem mihi dat, propterea quia frumenta aut in agris, aut in villis ſunt. Itaque proximis litteris conſilium meum expedietur[53]. nam neque deeſſe, neque ſupereſſe rei-
17 pub. volo[54]. Maxime tamen doleo, adeo & longo & infeſto itinere ad me veniri, vt die quadrageſimo poſt, aut vltra etiam, quam facta ſunt omnia, nuntientur.

48. gar ſchwach. 49. Antonium. 50. in den Land-Ausſchuſs. 51. tempus. 52. ſich zu verſtärcken. 53. declarabitur vobis. 54. nec viuere volo, ſi intermoriatur aut pereat reſpublica.

## XXXIV.

## M. LEPIDVS IMP. ITER. PONT. MAX. M. T. C. S. P. D.

*Narrat, Antonio aduenientе, quid egerit, & agit gratias Ciceroni, quod iniquis de ſe rumoribus non crediderit.*

S. V. B. E. E. V[1]. Cum audiſſem, Antonium cum ſuis copiis, praemiſſo L. Antonio cum parte equitatus, in prouinciam meam venire, cum exercitu meo a confluente Rhodano[2] caſtra moui, ac contra

XXXIV.

1. Si vales bene eſt, ego valeo. 2. vbi Rhodanus & Araris confluunt. 3. pro-

contra eos venire [3] inſtitui. Itaque continuis iti- 2
neribus ad Forum Voconium [4] veni, & vltra ca-
ſtra ad flumen Argenteum [5] contra Antonianos
feci. P. Ventidius ſuas legiones tres coniunxit 3
cum eo, & vltra me caſtra poſuit. Habebat an-
tea legionem ſecundam, & ex reliquis legionibus
magnam multitudinem, ſed inermorum [6]: equita-
tum habet magnum. nam omnis [7] ex proelio in-
teger [8] diſceſſit, ita vt ſint amplius equitum. Itaque 4
ad me complures milites, & equites ab eo tranſie-
runt, & in dies ſingulos eius copiae minuuntur.
Silanus & Culeo ab eo diſceſſerunt. Nos etſi gra- 5
viter ab his laeſi eramus, quod [9] contra noſtram
voluntatem ad Antonium ierant: tamen noſtrae
humanitatis & neceſſitudinis cauſſa, eorum ſalu-
tis rationem habuimus [10]. nec tamen eorum ope-
ra [11] vtimur, neque in caſtris habemus, neque vlli
negotio praefecimus [12]. Quod ad bellum hoc at- 6
tinet, nec ſenatui nec reipub. deerimus; quae poſt-
ea egerimus, faciam te certiorem. Etſi omni tem- 7
pore ſumma ſtudia officii mutuo inter nos certa-
tim conſtiterunt [13], pro noſtra inter nos familiari-
tate, & proinde diligenter ab vtroque conſerua-
ta [14] ſunt: tamen non dubito in tanto & tam re-
pentino reipub. motu [15], quin nonnulla de me fal-
ſis rumoribus a meis obtrectatoribus me indigna [16]
ad te

3. procedere. 4. oppidum Galliae. 5. hodie Argens. 6. qui nulla habent arma. 7. equitatus. 8. illaeſus. 9. quoniam. 10. voluimus tamen eorum vitam conſeruare. 11. Dienſte. 12. eos. 13. fuerunt, exſtiterunt. 14. ſtudia, officia mutua. 15. tumultu, bello ciuili. 16. quae me non decent, & honorem meum laedunt.

ad te delata ſint, quae tuum animum magnopere mouerent[17], pro tuo amore in rempublicam.
8 Ea[18] te moderate accepiſſe, neque temere credendum iudicaſſe, a meis procuratoribus[19] certior ſum factus, quae mihi, vt debent[20], gratiſſima
9 ſunt. Memini enim & illa ſuperiora, quae abs tua voluntate profecta ſunt[21], ad meam dignitatem augendam & ornandam: quae perpetuo animo
10 meo fixa manebunt. Abs te, mi Cicero, magnopere peto, ſi meam vitam, & ſtudium diligentiſſime ſuperioribus temporibus in repub. adminiſtranda, quae Lepido digna ſunt, perſpecta habes, vt paria[22] aut eo ampliora[23] reliquo tempore ex-
11 ſpectes. Et proinde tua auctoritate me tuendum[24] exiſtimes, quo tibi plura tuo merito[25] debeo. Vale xi. kal. Iunias[26] ex caſtris, ex Ponte Argenteo.

17. ad ſuſpicionem de me. 18. eas relationes iniquas de me te modeſte & prudenter accepiſſe. 19. Agenten zu Rom. 20. eſſe. 21. prouenerunt. 22. ſtudia, officia. 23. maiora. 24. eſſe. 25. pro. 26. die XXII. Maii.

## XXXV.

## LEPIDVS IMP. ITER. PONT. MAX. SENAT. POP. PL. Q. ROM. S. D.

*Recepti Antonii cauſſam in ſuos milites confert, diſſenſionem ciuium inique ferentes.*

S. V[1]. liberique veſtri V. B. E. E. Q. V[2]. Deos homines-

XXXV.

1. Si vos. 2. valetis, bene eſt, ego quoque valeo.

3. Con-

Digitized by Google

ineſque teſtor, patres conſcripti[3], qua mente &
io animo ſemper in rempub. fuerim, & quam ni-
l antiquius[4] communi ſalute ac libertate iudica-
m: quod vobis breui probaſſem[5], niſi mihi for-
na proprium conſilium extorſiſſet[6]. Nam ex- 2
citus cunctus conſuetudinem ſuam in ciuibus
onſeruandis communique pace, ſeditione facta[7],
tinuit: meque tantae multitudinis ciuium Roma-
orum ſalutis atque incolumitatis cauſſam ſuſci-
ere, vt vere dicam, coegit. In qua re ego vos, 3
atres conſcripti, oro atque obſecro, vt, priuatis
fenſionibus omiſſis[8], ſummae[9] reip. conſulatis,
ue miſericordiam[10] noſtram exercitusque no-
ri in ciuili diſſenſione ſceleris loco ponatis[11].
uod ſi ſalutis omnium ac dignitatis rationem[12] 4
abueritis, melius & vobis, & reipublicae conſu-
tis. Data III. kalend[13]. a ponte Argenteo.

M. TVL-

3. Conſules & Senatores. 4. prius & praeſtantius eſſe, uam conſeruare ſalutem communem. 5. oſtendiſſem. . per vim quandam dediſſet. 7. poſtquam facta erat ditio. 8. vt priuatas erga me inimicitias omittatis. . ſaluti. 10. Mitleiden, Betrübniſs. 11. tanquam ſce- is accipiatis. 12. quod ſi declarabitis, vos velle pro- icere ſaluti omnium. 13. Iunias, id eſt, die XXX. Maii.



Digitized by Google

# M. TVLLII CICERONIS EPISTOLARVM AD D. BRVTVM ET HVIVS AD CIC. ETC.

# LIBER XI.

## I.

## D. BRVTVS BTVTO SVO ET C. CASSIO. S D.

*Decimus Brutus Albinus habitum cum Hirtio, deſignato conſule, ſermonem exponit: poſtulatam a ſe legationem liberam ſignificat: ſuum conſilium oſtendit vel migrandum ex Italia eſſe, vel poſtulandum publicum in vrbe praeſidium. Antonio & Dolabella* COSS.

QVo in ſtatu ſimus, cognoſcite. Heri veſperi apud me Hirtius fuit: qua mente [1] eſſet Antonius, demonſtravit. peſſima [2] ſcilicet & infideliſſima. Nam ſe neque mihi prouinciam dare
2 re poſſe aiebat, neque arbitrari [3] tuto in vrbe eſſe quemquam noſtrum [4]: adeo [5] eſſe militum concitatos [6] animos, & plebis. quorum vtrumque eſſe falſum, puto vos animaduertere: atque illud eſſe verum, quod Hirtius demonſtrabat, timere eum [7], ne, ſi

LIBER XI.

I.

1. Quo conſilio. 2. mente. 3. ſe. 4. ex nobis. 5. vsque adeo. 6. aduerſus nos. 7. Antonium.

8. ad

ne, ſi mediocre auxilium dignitatis noſtrae [8] ha-
buiſſemus, nullae partes iis [9] in repub. relinque-
rentur. Cum in his anguſtiis verſarer [10], placi- 3
tum [11] eſt mihi, vt poſtularem legationem [12] libe-
ram mihi, reliquisque noſtris [13], vt aliqua cauſſa
proficiſcendi honeſta quaereretur. Haec ſe im- 4
petraturum [14] pollicitus eſt: nec tamen impetratu-
rum confido: tanta eſt hominum inſolentia [15] &
noſtri inſectatio [16]. ac ſi [17] dederint, quod petimus,
tamen paullo poſt futurum [18] puto, vt hoſtes iudi-
cemur, aut aqua & igni nobis interdicamur [19].
Quid ergo eſt, inquis, tui conſilii? dandus eſt lo- 5
cus fortunae [20], cedendum [21] ex Italia, migran-
dum [22] Rhodum [23], aut aliquo [24] terrarum arbi-
tror. ſi melior caſus [25] fuerit, reuertemur Romam:
ſi mediocris [26], in exſilio viuemus: ſi peſſimus [27],
ad nouiſſima auxilia deſcendemus [28]. Succurret [29] 6
fortaſſe hoc loco alicui veſtrum [30], cur nouiſſi-
mum [31] tempus exſpectemus potius, quam nunc
aliquid moliamur [32]? quia [33] vbi conſiſtamus [34],
non [35]

8. ad dignitatem noſtram tuendam. 9. Antonianis ſeu Caeſarianis. 10. eſſem. 11. placuit. 12. ad aliquem regem. 13. qui partes noſtras defendunt. 14. eſſe. 15. ſuperbia, crudelitas. 16. & inimicitia erga nos. 17. ſi imo illi nobis. 18. fore. 19. daſs wir in die Oberacht erkläret werden. 20. oportet vt concedamus fortunae aduerſae. 21. eſſe. 22. eſſe nobis. 23. in inſulam Rhodum. 24. in aliquem locum orbis. 25. ſi melior erit noſtra fortuna. 26. caſus erit. 27. caſus erit. 28. tunc demum deueniemus ad vltima auxilia, nempe, ad bellum ciuile. 29. in mentem veniet. 30. ex vobis. 31. vltimum. 32. incipiamus bellum ciuile. 33. ideo hoc facimus, quia. 34. tuto eſſe poſſimus.



Digitized by Google

non[35] habemus, praeter Sex. Pompeium, & Baſſum Caecilium, qui mihi videntur hoc nuntio de
7 Caeſare allato firmiores[36] futuri. Satis tempore[37] ad eos accedemus, vbi, quid valeant, ſcierimus. Pro Caſſio & te, ſi quid me velitis recipere, reci-
8 piam. Poſtulat enim hoc Hirtius, vt faciam. Rogo vos quamprimum mihi reſcribatis. nam non dubito, quin de his rebus ante horam quartam Hirtius me certiorem ſit facturus, quem in locum conuenire poſſimus: quo[38] me velitis venire, re-
9 ſcribite. Poſt nouiſſimum Hirtii ſermonem, placitum eſt mihi poſtulare, vt liceret nobis eſſe Romae publico[39] praeſidio: quod illos[40] nobis conceſſuros[41] non puto. magnam enim inuidiam iis faciemus. nihil tamen non poſtulandum putaui, quod aequum eſſe ſtatuerem.

35. nullum locum ſcimus. 36. conſtantiores. 37. in tempore maturo. 38. ad quem locum. 39. ſub. 40. Antonianos. 41. eſſe.

## II.

## BRVTVS ET CASSIVS PRAETT. M. ANTONIO COS.

*Petunt ab Antonio, vtrum putet ipſos in vrbe, magna veteranorum militum frequentia, tutos fore.*

DE tua fide & beneuolentia in nos niſi perſuaſum eſſet nobis, non conſcripſiſſemus haec tibi, quae profecto, cum[1] iſtum animum habes, in
2 optimam partem accipies. Scribitur nobis, magnam veteranorum[2] multitudinem Romam conveniſſe

II.

1. ſi. 2. militum.

3. fore

Digitized by Google

veniſſe iam, & ad d. kalend. Iunias futuram[3] multo maiorem. De te ſi dubitemus, aut vereamur, 3
ſimus noſtri diſſimiles[4]. Sed certe cum ipſi in tua poteſtate fuerimus, tuoque adducti[5] conſilio dimiſerimus ex municipiis noſtros neceſſarios[6], neque ſolum edicto[7], ſed etiam litteris id fecerimus: digni ſumus quos habeas tui conſilii participes, in ea praeſertim re, quae ad nos pertinet. Quare pe- 4
timus a te, facias nos certiores tuae voluntatis in[8] nos: puteſne nos tutos fore in tanta frequentia militum veteranorum, quos etiam de reponenda ara[9] cogitare audimus: quod[10] velle te probare vix quiſquam credere poſſe videtur, qui nos ſalvos & honeſtos[11] velit. Nos ab initio ſpectaſſe 5
otium[12], nec quidquam aliud libertate communi[13] quaeſiſſe, exitus declarat. Fallere nemo nos poteſt, niſi tu: quod certe abeſt a virtute tua & fide: ſed alius nemo facultatem habet decipiendi nos. tibi enim vni credimus & credituri ſumus. Maxi- 6
mo de nobis[14] timore adficiuntur amici noſtri: quibus, etſi tua fides explorata[15] eſt, tamen illud in mentem venit[16], multitudinem veteranorum facilius impelli[17] ab alio quolibet, quam a te retineri poſſe. Reſcribas nobis ad omnia, rogamus. 7
nam

3. fore hanc multitudinem. 4. plane diſſentiremus a nobis ipſis, plane aliam mentem habituri eſſemus. 5. perſuaſi. 6. amicos. 7. per, propter edictum tuum conſulare. 8. erga. 9. quae in honorem Caeſaris erecta, & a Dolabella euerſa fuerat. 10. factum. 11. honeſte vivere. 12. tranquillitatem & pacem publicam. 13. quam libertatem communem. 14. propter nos. 15. certa illis. 16. illis. 17. poſſe.

 18. ina-

Digitized by Google

nam illud valde leue eſt ac nugatorium[18], ea re denunciatum eſſe veteranis, quod de commodis eorum menſe Iunio laturus eſſes[19]. quem enim impedimento futurum[20] putas, cum de nobis cer-
8 tum ſit nos quieturos[21]? Non debemus cuiquam videri nimium cupidi vitae, cum accidere nobis nihil[22] poſſit ſine pernicie & confuſione omnium rerum.

18. inania ſunt haec & fabulae vulgi, quae ad nos ſcripta ſunt. 19. relaturus eſſes ad Senatum. 20. fore. 21. eſſe. 22. crudele.

## III.

## BRVTVS ET CASSIVS PRAETT. ANTONIO COS. S.

*Contumelioſis & minacibus litteris Antonii reſpondent fortiter ac intrepide.*

Litteras tuas legimus ſimillimas edicti[1] tui, contumelioſas, minaces, minime dignas, quae a
2 te nobis mitterentur. Nos, Antoni, te nulla[2] laceſſiuimus iniuria: neque miraturum[3] credidimus, ſi praetores[4] & ea dignitate homines aliquid
3 edicto[5] poſtulaſſemus a conſule. Quod ſi indignaris auſos[6] eſſe id facere, concede nobis, vt doleamus, ne hoc quidem abs te Bruto & Caſſio
4 tribui. Nam de delectibus[7] habitis, & pecuniis imperatis, exercitibus ſollicitatis, & nuntiis trans mare miſſis, quod te queſtum eſſe negas, nos tibi quidem

III.

1. edicto tuo. 2. per nullam. 3. te eſſe. 4. nos, qui ſumus praetores. 5. per edictum. 6. nos. 7. von der Muſterung des Ausſchuſſes.

8. acci-

Digitized by Google

quidem credimus optimo animo te feciſſe: ſed tamen neque agnoſcimus[8] quidquam eorum, & te miramur[9], cum haec reticueris, non potuiſſe continere iracundiam tuam, quin nobis de morte[10] Caeſaris obiiceres. Illud vero quemadmo- 5
dum ferendum ſit, tute[11] cogita, non licere praetoribus, concordiae ac libertatis cauſſa, per edictum de ſuo iure decedere, quin conſul arma minetur: quorum fiducia nihil eſt quod nos terreas[12].
Neque enim decet aut conuenit nobis periculo 6
vlli ſubmittere[13] animum noſtrum: neque eſt Antonio poſtulandum[14], vt iis imperet, quorum opera[15] liber eſt[16]. Nos ſi alia[17] hortarentur, vt bel- 7
lum ciuile ſuſcitare vellemus, litterae tuae nihil proficerent. nulla enim minantis auctoritas apud liberos eſt[18]. Sed pulcre intelligis non poſſe nos 8
quoquam[19] impelli: & fortaſſis ea re[20] minaciter agis, vt iudicium noſtrum metus videatur. Nos in 9
hac ſententia ſumus, vt te cupiamus in libera repub. magnum atque honeſtum eſſe, vocemus[21] te ad nullas inimicitias; ſed tamen[22] pluris noſtram libertatem, quam tuam amicitiam aeſtimemus. Tu 10
etiam atque etiam vide[23] quid ſuſcipias, quid ſuſtine-

8. accipimus quidquam ex his omnibus. 9. & miramur, te non potuiſſe. 10. caede. 11. tu ipſemet. 12. fruſtra enim es vt tu nos terreas per fiduciam armorum. 13. ſubiicere. 14. neque Antonius debet aut poteſt poſtulare. 15. per quorum operam. 16. factus eſt. 17. aliae cauſſae. 18. ille, qui minatur, nullam habet auctoritatem apud homines liberos. 19. ad aliquod conſilium turbulentum. 20. ideo, ob eam rem. 21. ita tamen, vt. 22. ſed ita tamen etiam, vt. 23. conſidera probe & accurate.



Digitized by Google

ſtinere[24] poſſis: neque, quamdiu vixerit Caeſar,
11 ſed, quam non diu regnarit, fac cogites. Deos
quaeſumus[25], conſilia tua reip. ſalutaria ſint[26], ac
tibi. ſin minus, vt ſalua atque honeſta repub[27].
tibi quamminimum noceant[28] optamus. Pridie
nonas Sextil[29].

24. ausführen. 25. rogamus. 26. vt ſint. 27. in ſaluo atque honeſto ſtatu reip. 28. vt noceant. 29. die VI. Auguſti.

## IV.

## D. BRVTVS IMP. COS. DES. CICERONI S. D.

*Res a ſe geſtas exponit, &, vt Cicero ſua ſe ſententia in ſupplicationibus decernendis adiuuet, rogat.*

SI de tua in me voluntate[1] dubitarem, multis a te
verbis peterem, vt dignitatem meam tuerere[2]:
ſed profecto eſt ita; vt mihi perſuaſi, me tibi eſſe
2 curae[3]. Progreſſus ſum ad tranſalpinos[4] cum exercitu,
non tam nomen captans[5] imperatorium[6],
quam cupiens militibus ſatisfacere, firmosque[7]
eos ad tuendas noſtras res[8] efficere, quod mihi
3 videor conſecutus[9]. Nam & liberalitatem noſtram
& animum[10] ſunt experti[11]. cum omnium
bellicoſiſſimis[12] bellum geſſi, multa caſtella cepi:
multa[13]

IV.

1. amore & affectu beneuolo. 2. curam gereres dignitatis meae. 3. quod tu curam geras rerum mearum. 4. ad populos, qui trans Alpes ſunt. Alpes autem ſunt montes, qui ſeparant Italiam a Gallia & Germania. 5. cupiens, ſollicite quaerens. 6. imperatoris, eines groſſen Generals. 7. fortes & conſtantes. 8. dignitatem imperii, vel ea loca, quae iam occupauimus. 9. eſſe. 10. fortem, beneuolum. 11. milites. 12. populis. 13. caſtel-

Digitized by Google

nulta [13] vaſtaui. non ſine cauſſa ad ſenatum lit-
eras miſi. Adiuua nos tua ſententia [14]: quod cum 4
acies, ex magna parte [15] communi commodo in-
eruieris [16].

13. caſtella, loca. 14. per tuam ſententiam loquere
ro me in Senatu. 15. non parum. 16. hoc modo cu-
abis commodum publicum.

V.

# M. CICERO D. BRVTO IMP. COS. DES. S.

*Excuſat ſe quod Bruti litteris non reſponderit: hortatur ad libertatem recuprandam; & ſuum ſtudium ac officia pollicetur.*

LVpus, familiaris noſter, cum a te veniſſet, cumque Romae quoſdam [1] dies commoraretur, ego eram in iis locis, in quibus maxime me tuto eſſe arbitrabar. eo [2] factum eſt, vt ad te Lupus ſine meis litteris rediret, cum tamen curaſſet tuas ad me perferendas. Romam autem veni ad d. v. idus 2
Decemb [3]. nec habui quidquam antiquius [4], quam vt Panſam ſtatim conuenirem; ex quo ea de te cognoui, quae maxime optabam. Quare horta- 3
tione tu quidem non eges, ſi ne in illa quidem re, quae a te geſta eſt [5], poſt hominum memoriam maxima, hortatorem deſideraſti [6]. Illud tamen 4
breuiter ſignificandum [7] videtur, populum Romanum



1. per. 2. id ideo. 3. die XI. Decemb. 4. potius, nec putaui, mihi quidquam prius agendum eſſe. 5. in Caeſare interficiendo. 6. ſi ne in illa quidem re deſideraſti hortatorem. 7. tibi eſſe.

8. cogi-

Digitized by Google

manum omnia a te exſpectare, atque in te ali-
quando recuperandae libertatis omnem ſpem po-
5 nere. Tu, ſi dies noctesque memineris[8], quod te
facere certo ſcio, quantam rem geſſeris; non ob-
liuiſcere[9] profecto, quantae[10] tibi etiam nunc
6 gerendae ſint. Si enim iſte[11] prouinciam[12] na-
ctus erit, cui quidem ego ſemper amicus fui ante,
quam illum intellexi non modo aperte, ſed etiam
libenter cum rep. bellum gerere, ſpem reliquam
7 nullam video ſalutis[13]. Quamobrem te obſecro
iisdem precibus, quibus[14] S. P. Q. R[15], vt in per-
petuum remp. dominatu regio[16] liberes, vt prin-
8 cipiis conſentiant exitus[17]. Tuum eſt hoc mu-
nus[18], tuae partes[19]: a te hoc ciuitas, vel omnes
potius gentes, non exſpectant ſolum, ſed etiam
poſtulant. quamquam, cum hortatione non
egeas, vt ſupra ſcripſi, non vtar ea[20] pluribus
verbis: faciam illud, quod meum[21] eſt, vt tibi
omnia mea officia, ſtudia, curas, cogitationes pol-
licear, quae ad tuam laudem & gloriam pertine-
9 bunt[22]. Quamobrem velim tibi ita perſuadeas,
me, cum[23] reip. cauſſa, quae mihi vita mea carior
eſt; tum quod[24] tibi ipſi faueam, tuamque digni-
tatem amplificari[25] velim, tuis optimis conſiliis,
amplitudini, gloriae nullo loco defuturum[26].

VI. M.

8. cogitaueris, expenderis. 9. cogitare. 10. res. 11. Antonius. 12. Galliam, Bruto deſtinatam. 13. ad ſalutem conſeruandam. 14. quibus precibus te rogauit. 15. Senatus Populusque Romanus. 16. a regio & tyrannico dominatu. 17. vt exitus conueniat cum principio tui operis. 18. officium. 19. hae ſunt. 20. hortatione. 21. officium. 22. aliquid poterunt conferre. 23. ſo wohl. 24. quia. 25. augeri. 26. eſſe me.

VI. I. ab

Digitized by Google

## VI.

# I: CICERO D. BRVTO IMP. COS. DES. S.

*'ommendauerat Brutus ſuam dignitatem. Reſpondet Cicero, ſibi curae fore, idque iam in ſenatu declaratum eſſe.*

Vpus noſter cum Romam ſexto die Mutina[1]
veniſſet, poſtridie me mane conuenit: tua
ıihi mandata[2] diligentiſſime expoſuit, & litteras
:ddidit. Quod mihi tuam dignitatem commen- 2
as, eodem tempore exiſtimo te mihi meam di-
nitatem commendare: quam[3] mehercule non
abeo tua[4] cariorem. Quare mihi gratiſſimum 3
acies, ſi exploratum[5] habebis, tuis laudibus nullo
oco nec conſilium nec ſtudium meum defutu-
um. Cum tribuni pl. edixiſſent, ſenatus adeſſet[6] 4
d d. XIII. kal. Ianuar[7]. haberentque in animo,
le praeſidio conſulum deſignatorum[8] referre[9]:
uamquam ſtatueram in ſenatum ante kal. Ianua-
ias non venire; tamen cum eo die ipſo edictum
uum propoſitum eſſet, nefas eſſe duxi, aut ita ha-
eri ſenatum[10], vt de tuis diuinis in rempub. me-
itis ſileretur (quod factum eſſet, niſi ego veniſ-
em) aut etiam, ſi quid de te honorifice diceretur,
ne non adeſſe. Itaque in ſenatum veni mane[11]: 5

quod

VI.

1. ab vrbe Mutina. 2. Commiſſiones. 3. dignitatem neam. 4. quam tuam. 5. ſi certo perſuaſus eſſe velis. 5. vt ſenatus conueniret. 7. die xx. Decembris. 8. de praeſidio dando conſulibus deſignatis. 9. ad Senatum, n Senatu proponere. 10. vt aut hoc modo haberetur Senatus. 11. matutino tempore.

12. ad

Digitized by Google

quod cum eſſet animaduerſum, frequentiſſimi ſenatores conuenerunt. Quae de te in ſenatu egerim, quae in concione[12] maxima dixerim, alio-
6 rum te litteris[13] malo[14] cognoſcere. Illud tibi perſuadeas velim, me omnia, quae ad tuam dignitatem augendam pertinebunt, quae eſt per ſe ampliſſima, ſummo ſemper ſtudio ſuſcepturum[15] & defenſurum. quod quamquam intelligo me cum multis[16] eſſe facturum, tamen appetam huius rei principatum[17].

12. ad populum. 13. ex litteris. 14. magis deſidero. 15. eſſe. 16. amicis tuis. 17. tamen ego volo in ea re princeps & dux eſſe.

## VII.

## M. CICERO D. BRVTO IMP. COS. DES. S. D.

*Suadet, ne in ſalute populi R. tuenda ſenatus auctoritatem exſpectet, ſed, quid ſibi rectum videatur, faciat.*

CVm adhibuiſſet domi meae[1] Lupus me & Libonem & Seruium, conſobrinum tuum, quae mea fuerit ſententia, cognoſſe te ex M. Seio arbitror, qui noſtro ſermoni interfuit: reliqua, quamquam ſtatim Seium Graeceius eſt ſubſecutus, ta-
2 men ex Graeceio poteris cognoſcere. Caput[2] autem eſt hoc, quod te diligentiſſime percipere & meminiſſe volam[3], vt ne in libertate & ſalute populi

VII.

1. Cum Lupus, ſimul cum Libone & Seruio, conueniſſet in domo mea. 2. darauff beruhet alles. 3. volo.

4. iuſ.

Digitized by Google

puli R. conſeruanda auctoritatem[4] ſenatus ex-
ſpectes nondum liberi[5], ne & tuum factum con-
demnes (nullo enim publico conſilio remp. libe-
raſti: quo[6] etiam & res illa maior & clarior) &
adoleſcentem, vel puerum potius Caeſarem[7] iu-
dices temere feciſſe, qui tantam cauſſam publi-
cam priuato conſilio ſuſceperit. Denique homi- 3
mines ruſticos, ſed fortiſſimos viros, ciuesque
optimos dementes fuiſſe iudices, primum milites
veteranos commilitones tuos, deinde legionem
Martiam, legionem quartam, quae ſuum conſu-
lem hoſtem iudicauerunt, ſeque ad ſalutem rei-
pub. defendendam contulerunt. Voluntas ſena- 4
tus pro auctoritate[8] haberi[9] debet, cum auctori-
tas impeditur metu[10]. Poſtremo ſuſcepta tibi[11] 5
cauſſa iam bis eſt, vt non ſit integrum[12], primum
idibus Martiis[13]; deinde proxime exercitu nouo
& copiis comparatis[14]. Quamobrem ad omnia 6
ita paratus atque animatus eſſe debes, non[15], vt
nihil facias niſi iuſſus[16]; ſed vt ea geras, quae ab
omnibus ſumma cum admiratione laudentur[17].

## VIII.

4. iuſſum, Senatusconſultum ſcriptum. 5. qui Senatus nondum plane liber eſt. 6. vnde etiam eſt. 7. Octauianum. 8. mandato ſcripto. 9. aeſtimari. 10. dum metus impedit, quo minus auctoritas a Senatu ſcribatur. 11. a te. 12. vt ſcribere iam amplius non liceat mandatum. 13. in quibus occiſus eſt Caeſar. 14. dum copiae a te ſunt comparatae. 15. non tamen ita. 16. a Senatu laudari mereantur.



Digitized by Google

## VIII.

# M. CICERO D. BRVTO IMP. COS. DES. S.

*De legatis ad Antonium de pace miſſis, quaeque ſit omnium de Bruto exſpectatio ad libertatem recuperandam, perſcribit.*

EO [1] tempore Polla tua miſit [2], vt ad te ſi quid
vellem darem litterarum, cum quid ſcriberem,
non habebam. omnia enim erant ſuſpenſa [3] pro-
pter exſpectationem legatorum [4]: qui, quid egiſ-
2 ſent, nihil dum [5] nuntiabatur. Haec tamen ſcriben-
da exiſtimaui. Primum S [6]. P. Q. R. de te laborare,
non ſolum ſalutis ſuae cauſſa, ſed etiam dignitatis
tuae. admirabilis enim eſt quaedam tui nominis
caritas, amorque in te ſingularis omnium ciuium.
Ita enim ſperant atque confidunt, vt antea rege [7], ſic
hoc tempore regno [8] te rempub. liberaturum [9].
3 Romae delectus [10] habetur, totaque [11] Italia, ſi hic
delectus appellandus eſt, cum vltro ſe offerunt
omnes. tantus ardor animos hominum occupauit
deſiderio libertatis, odioque diutinae ſeruitutis.
4 De reliquis rebus a te iam exſpectare litteras de-
bemus, quid ipſe agas, quid [12] noſter Hirtius, quid
Caeſar meus, quos ſpero breui tempore ſocieta-
5 te [13] victoriae tecum copulatos [14] fore. Reliquum
eſt,

VIII.

1. Hoc ipſo. 2. ad me. 3. incerta. 4. qui miſſi erant ad Antonium. 5. nondum quicquam. 6. Senatum Populumque Romanum. 7. a rege, nempe I. Caeſare. 8. a regno ſiue tyrannide Antonii. 9. eſſe. 10. Ausſchuſs. 11. in tota. 12. agat. 13. per ſocietatem. 14. coniunctos.

15. eſſe.

eſt, vt de me id ſcribam, quod te ex tuorum litteris & ſpero & malo cognoſcere, me neque deeſſe vlla in re, neque vnquam defuturum[15] dignitati tuae.

15. eſſe.

## IX.

## D. BRVTVS M. CICERONI S. D.

*Proſpiciat, rogat, ne, conſulibus amiſſis, hoſtes reip. inualeſcant: & quid agendum videatur monet.*

PAnſa amiſſo[1], quantum detrimenti[2] reſpub. ac-
ceperit, non te praeterit[3]: nunc auctoritate &
prudentia tua proſpicias[4] oportet, ne inimici no-
ſtri, conſulibus ſublatis[5], ſperent ſe conualeſcere[6]
poſſe. Ego, ne conſiſtere poſſit in Italia Antonius, 2
dabo operam. ſequar eum confeſtim: vtrumque
me praeſtaturum[7] ſpero, ne aut Ventidius elaba-
tur[8], aut Antonius in Italia moretur[9]. In primis 3
rogo te, ad hominem ventoſiſſimum[10] Lepidum
mittas, ne bellum nobis redintegrare[11] poſſit, An-
tonio ſibi coniuncto[12]. Nam de Pollione Aſinio[13] 4
puto te proſpicere, quid facturus ſit. Multae &
bonae & firmae ſunt legiones Lepidi & Aſinii. ne-
que haec idcirco tibi ſcribo, quod[14] te non ea-
dem[15]

IX.

1. Poſtquam Panſa Conſul in praelio cecidit. 2. damni. 3. tu probe intelligis. 4. vt. 5. dum Conſules ſunt occiſi. 6. firmiores fieri. 7. praeſtare poſſe. 8. daruon wiſche. 9. diutius maneat. 10. ſuperbiſſimum, inconſtantiſſimum. 11. denuo incipere. 12. ſi Antonium ſecum coniunxerit. 13. qui tunc Hiſpaniam vlteriorem regebat. 14. ac ſi.



Digitized by Google

dem [15] animaduertere ſciam: ſed quod mihi, per-
ſuaſiſſimum eſt [16], Lepidum recte facturum [17] nun-
5 quam, ſi forte vobis id de hoc dubium eſt. Plan-
cum quoque confirmetis [18] oro, quem ſpero, pulſo Antonio [19], reip. non defuturum. Si ſe Alpes Antonius traiecerit [20], conſtitui praeſidium in Alpibus collocare, & te de omni re facere certiorem. III. kalend. Maii [21] ex caſtris Regii [22].

15. eandem rem. 16. quoniam ego certo ſcio. 17. eſſe. 18. vt. 19. poſtquam pulſus erit Antonius. 20. ſi Antonius tranſierit Alpes. 21. die XXIX. Aprilis. 22. ad vrbem Regium, hodie *Reggio*.

## X.

## D. BRVTVS M. CICERONI S. D.

*Queritur de quorundam maleuolentia, & reip. periculum exponit.*

NOn mihi remp. plus debere arbitror, quam me tibi [1]. gratiorem me eſſe in te poſſe, quam iſti peruerſi ſunt in me, exploratum [2] habes: ſi tamen hoc temporis videatur dici cauſſa [3], malle me tuum iudicium, quam ex altera parte omnium
2 iſtorum [4]. Tu enim a [5] certo ſenſu & vero iudicas de nobis: quod iſti ne faciant [6], ſumma [7] ma-
3 leuolentia & liuore [8] impediuntur. Interpellent [9] me,

X.

1. Arbitror, quod reſpublica mihi non plus debeat, quam ego tibi debeo. 2. certum, certo noſti. 3. ſi modo hoc videatur dici poſſe, propter praeſens ac turbulentum tempus. 4. iudicium. 5. iuxta certum ac verum ſenſum. 6. vt facere non poſſint. 7. per ſummam. 8. inuidiam. 9. illi autem impediant.

10. dum.

Digitized by Google

me, quo minus honoratus ſim, dum ne interpellent[10], quo minus reſpub. a me commode adminiſtrari poſſit. quae[11] quanto ſit in periculo, quam potero breuiſſime exponam. Primum omnium, 4
quantam perturbationem rerum vrbanarum[12] adferat obitus[13] conſulum, quantamque cupiditatem hominibus iniiciat vaciuitas[14], non te fugit[15].
Satis me multa ſcripſiſſe, quae litteris commendari 5
poſſint, arbitror. ſcio enim cui[16] ſcribam. Revertor nunc ad Antonium: qui ex fuga cum parvulam manum[17] militum haberet inermium[18], ergaſtula ſoluendo[19], omneque genus hominum adripiendo[20], ſatis magnum numerum videtur effeciſſe[21]. Huc acceſſit manus[22] Ventidii, quae 6
trans Apenninum[23] itinere facto difficillimo, ad Vada[24] peruenit, atque ſe ibi cum Antonio coniunxit. Eſt numerus veteranorum & armatorum ſatis frequens cum[25] Ventidio. Conſilia Antonii 7
haec ſint[26] neceſſe eſt: aut ad Lepidum vt ſe conferat, ſi recipitur[27]: aut Apennino[28], Alpibusque ſe teneat, & decurſionibus[29] per equites, quos habet multos, vaſtet ea loca, in quae incurrerit: aut rurſus ſe in Etruriam[30] referat, quod[31] ea pars

10. dummodo ne iidem impedimento ſint. 11. respublica. 12. in rebus vrbanis. 13. mors, caedes. 14. vacuitas Conſulatus, dum vterque Conſul in praelio periit. 15. tu bene ſcis. 16. ad quem. 17. exiguas copias. 18. qui ſunt ſine armis. 19. dum liberauit ſeruos ex ergaſtulis, aus den Gefangen-Häuſern. 20. ad ſe. 21. comparaſſe. 22. exercitus. 23. montem. 24. locum maritimum. 25. apud. 26. vt. 27. ab eo. 28. intra montes Appenninum & Alpes. 29. mit Streiffereyen. 30. prouinciam Italiae. 31. quoniam.



Digitized by Google

8 pars Italiae ſine exercitu eſt. Quod ſi me Cae-
ſar[32] audiſſet, atque in Apenninum tranſiſſet, in
tantas anguſtias Antonium compuliſſem, vt ino-
pia[33] potius, quam ferro conficeretur[34]. Sed ne-
que Caeſari imperari poteſt, nec[35] Caeſar ſuo ex-
9 ercitui: quod vtrumque peſſimum eſt. Cum haec
talia ſint[36], quo minus, quod ad me pertinebit, ho-
mines interpellent[37], vt ſupra ſcripſi, non impe-
dio. Haec quemadmodum explicari poſſint, aut
a te cum explicabuntur, ne impediantur, timeo[38].
10 Alere iam milites non poſſum. Cum ad remp. li-
berandam acceſſiſſem[39], HS[40] mihi fuit pecuniae
CCCC amplius. Tantum abeſt, vt meae rei fami-
liaris liberum ſit quidquam[41], vt meos iam omnes
11 amicos aere alieno obſtrinxerim[42]. Septenum
numerum legionum alo: qua difficultate, tu ar-
bitrare. Non, ſi Varronis theſauros haberem,
ſubſiſtere[43] ſumtui poſſem. Cum primum de An-
tonio exploratum[44] habuero, faciam te certio-
rem. Tu me amabis ita, ſi me hoc idem in te fa-
cere ſenſeris. III. nonas Maii[45], ex caſtris Der-
tona[46]. XI.

32. Octauianus, quod ſi Caeſar meum conſilium voluiſſet ſequi. 33. per inopiam & famem. 34. aufgerieben werden. 35. nec Caeſar poteſt imperare. 36. ita conſtituta, in hoc ſtatu ſint. 37. me impediant. 38. timeo autem, quemadmodum haec poſſint explicari, & id timeo etiam, ne impediantur ab aliis, quando a te explicabuntur & intellecta erunt. 39. cum ego ſuſcepiſſem liberare remp. 40. Seſtertiûm, quod quidam ſupputant fuiſſe, noſtrae monetae decem milliones Philippaeorum. 41. quod non ſit aut venditum aut oppignoratum. 42. in Schulden geſetzet. 43. ſufficere poſſem ad ferendos tam ingentes ſumtus. 44. certum quidquam. 45. die V. Maii. 46. ad vrbem Dortona.



Digitized by Google

# XI.

## D. BRVTVS IMP. COS. DES. M. CICERONI S. D.

*Memor meritorum in ſe Ciceronis, iter Antonii ad Lepidum, dubiamque Planci fidem, & ſuum in remp. ſtudium ſignificat.*

EOdem exemplo[1] a te mihi litterae redditae ſunt, quo[2] pueri mei attulerunt. Tantum me tibi debere exiſtimo, quantum perſoluere[3] difficile eſt. Scripſi tibi, quae heic gererentur. In iti- 2
nere eſt Antonius; ad Lepidum proficiſcitur: ne de Planco quidem ſpem adhuc abiecit, vt ex libellis ſuis[4] animaduerti, qui in me inciderunt[5], in quibus quos[6] ad Aſinium, quos ad Lepidum, quos ad Plancum mitteret, ſcribebat. Ego tamen non 3
habui ambiguum[7], & ſtatim ad Plancum miſi: & biduo[8] ab Allobrogibus[9], & totius Galliae legatos exſpecto: quos confirmatos[10] domum remittam. Tu quae iſtic[11] opus erunt adminiſtrari[12], 4
proſpicies, vt ex tua voluntate[13], reique publicae commodo fiant. Maleuolentiae hominum in me, 5
ſi poteris, occurres[14]: ſi non poteris, hoc conſolabere[15], quod me de ſtatu[16] meo nullis[17] contu-

meliis

XI.

1. eiuſdem tenoris & ſententiae. 2. quo exemplo illas. 3. gut machen, vergleichen. 4. Antonii. 5. quos ego caſu quodam intercepi. 6. ſeruos, vel milites. 7. ego tamen de ea re non dubitaui. 8. intra duos dies. 9. Galliae populis. 10. quos hortabor vt maneant in fide. 11. Romae. 12. vt gerantur. 13. iuxta tua conſilia. 14. ita vt me defendas. 15. in hoc te & me. 16. praeſenti. 17. per nullas.



Digitized by Google

meliis deterrere poſſunt. Prid. nonas Maii[18], ex caſtris, finibus Statiellenſium[19].

18. die VI. Maii. 19. ad fines Statillienſium, gentis Subalpinae.

## XII.

## M. CICERO D. BRVTO IMP. COS. DES. S.

*Queritur, ab Antonio bellum renouatum, quod hominum opinione impediri a Bruto potuiſſet.*

TRes vno die a te accepi epiſtolas. Vnam bre-
vem, quam Flacco Volumnio dederas: duas
pleniores[1], quarum alteram tabellarius T. Vibii
2 attulit, alteram ad me miſit Lupus. Ex tuis litte-
ris, & ex Graeceii oratione, non modo non re-
ſtinctum[2] bellum, ſed etiam inflammatum[3] vide-
tur. Non dubito autem, pro tua ſingulari pru-
dentia, quin perſpicias, ſi aliquid firmitatis[4] nactus
ſit Antonius, omnia illa tua praeclara in rempub.
3 merita ad nihilum eſſe ventura[5]. Ita enim Ro-
mam erat nuntiatum, ita perſuaſum[6] omnibus,
cum paucis inermis[7], perterritis metu, fracto[8] ani-
4 mo fugiſſe Antonium. Qui ſi ita ſe habet[9], vt,
quemadmodum audiebam de Graeceio, confligi
cum eo ſine periculo non poſſit; non ille mihi
fugiſſe a Mutina videtur, ſed locum belli gerendi[10]
5 mutaſſe. Itaque homines alii facti ſunt[11]: non-
nulli

XII.

1. Prolixiores. 2. exſtinctum, deletum, finitum eſſe. 3. auctum. 4. roboris, maioris potentiae. 5. vana & fruſtranea fore. 6. erat. 7. inermibus. 8. timido. 9. ſi vero Antonius in eo ſtatu eſt. 10. ad bellum eo commodius gerendum. 11. homines mutauerunt ſuum fauorem. 12. Anto-

Digitized by Google

ulli etiam queruntur, quod perſecuti non ſitis [12]. )pprimi potuiſſe [13], ſi celeritas adhibita eſſet [14], xiſtimant. Omnino eſt hoc populi [15], maxime- 6
ue noſtri [16], in eo potiſſimum abuti libertate, per uem eam [17] conſecutus ſit. ſed tamen prouiden- um eſt [18], ne qua iuſta querela eſſe poſſit. Res ſic 7
; habet. Is bellum confecerit, qui Antonium op- reſſerit. Hoc quam vim [19] habeat, te exiſtimare ıalo [20], quam me apertius ſcribere.

12. Antonium. 13. Antonium a vobis. 14. a vobis. 5. haec vulgi conſuetudo. 16. Romani. 17. liberta- m. 18. tibi. 19. Nachdruck, was dieſes auf ſich ıbe, 20. ego magis volo vt tu ipſe id conſideres.

## XIII.

## D. BRVTVS. M. T. C. S. D.

*xcuſat tarditatem in perſequendo Antonio: & in quo res ſtatu ſit, exponit.*

Am non ago [1] tibi gratias. Cui enim re [2] vix re- ferre [3] poſſum, huic verbis non patitur res ſatis- eri [4]. Attendere te volo [5], quae in manibus ſunt [6]. 2
ua enim prudentia es [7], nihil te fugiet [8], ſi meas tteras diligenter legeris. Sequi confeſtim Anto- ium his [9] de cauſſis, Cicero, non potui: eram ſi- e equitibus, ſine iumentis [10]. Hirtium [11] periiſſe neſcio-

XIII.

1. Verbis. 2. reapſe. 3. gratias. 4. res ipſa non atitur, vt huic ſatisfaciam verbis. 5. volo enim vt ob- rues. 6. ea, quae ſunt in manibus noſtris, quae nunc eruntur a nobis. 7. pro tua enim prudentia. 8. tu in- elliges totam rem. 9. ob has cauſſas. 10. Laſt-Thiere u Fortbringung der Bagage. 11. Conſulem occiſum ſſe.



Digitized by Google

neſciebam. Caeſari[12] non credebam[13] prius, quam conueniſſem[14] & collocutus eſſem. Hic dies hoc modo abiit, poſtero die mane a Panſa ſum arceſſi-
3 tus[15] Bononiam[16]. Cum in itinere eſſem, nuntiatum mihi eſt eum mortuum eſſe. Recurri ad meas copiolas[17]: ſic enim vere eas appellare poſſum, ſunt extenuatiſſimae[18], & inopia omnium rerum
4 peſſime acceptae[19]. Biduo[20] me Antonius anteceſſit, itinera fecit multo maiora[21] fugiens, quam ego ſequens. Ille enim iit paſſim[22], ego[23] ordinatim: quacunque iit[24], ergaſtula[25] ſoluit[26], homines abripuit[27], conſtitit nusquam prius, quam ad Vada[28] venit. quem locum volo tibi eſſe notum. Iacet inter Apenninum & Alpes impeditiſſimus[29]
5 ad iter faciendum. Cum abeſſem ab eo millia paſſuum triginta, & ſe iam Ventidius coniunxiſſet[30], concio[31] eius[32] ad me eſt adlata[33], in qua petere coepit a militibus, vt ſe trans Alpes ſequerentur,
6 ſibi cum M. Lepido conuenire[34]. Succlamatum[35] eſt, & frequenter a militibus Ventidianis[36] (nam ſuos valde quam[37] paucos habet[38]) ſibi aut in Italia

pereun-

12. Auguſto. 13. fidebam. 14. illum. 15. venire iuſſus. 16. vrbem Italiae. 17. paruum & debilem exercitum. 18. ſie ſind gar dünne gemacht. 19. & grauiter vexatae propter inopiam omnium rerum. 20. poſt duos dies. 21. mit viel ſtärckeren Tagreiſen. 22. ſine ordine, quamcunque viam inuenire poterat. 23. ego autem iui. 24. Antonius. 25. carceres ſeruorum. 26. aperuit. 27. ſecum. 28. certus locus, ein Paſs übers Gebürge. 29. maxime impediens itinera. 30. Antonius. 31. oratio ad milites. 32. Antonii. 33. nuntiata, relata mihi. 34. ſe concordem eſſe cum M. Lepido. 35. milites clamarunt poſt auditam orationem. 36. quos Ventidius adduxerat. 37. gar ſehr. 38. milites.

39. oppi-

Digitized by Google

pereundum eſſe, aut vincendum. etiam orare coe-
perunt, vt Pollentiam [39] iter facerent. cum ſuſtine-
re eos non poſſet [40], in poſterum diem iter ſuum
contulit [41]. Hac re mihi nuntiata [42], ſtatim quinque 7
cohortes Pollentiam praemiſi, meumque iter eo
contuli [43]: hora [44] antea praeſidium meum Pol-
lentiam venit, quam Trebellius cum equitibus [45].
ſane quam [46] ſum gauiſus. In hoc [47] enim victo- 8
riam puto conſiſtere. in ſpem venerant [48], quod [49]
neque Planci quatuor legiones omnibus ſuis copiis
pares arbitrabantur: neque ex Italia tam celeriter
exercitum traiici [50] poſſe credebant. Quos [51] ipſi 9
adhuc ſatis arroganter [52] Allobroges, equitatus-
que omnis, qui eo praemiſſus erat a nobis, ſuſtine-
bant [53]: noſtroque aduentu ſuſtineri facilius poſſe
confidimus [54]. Tamen ſi quo etiam caſu Iſaram [55] 10
ſe traiecerint, ne quod detrimentum reipub. in-
iungant [56], ſumma a nobis dabitur opera [57]. vos [58]
magnum animum optimamque ſpem de ſumma [59]
repub. habere volumus [60]: cum [61] & nos & exer-
citus

39. oppidum Liguriae. 40. quum vero non poſſet ſuſtinere noſtrum impetum. 41. diſtulit. 42. cum haec res mihi eſſet nuntiata. 43. conuerti. 44. eine Stunde vor ienen. 45. ſuis eo venit. 46. vehementer ideo. 47. in occupatione Pollentiae. 48. Antonius & Ventidius ſpem conceperant. 49. quoniam. 50. traduci. 51. Antonianos. 52. fortiter. 53. reprimebant, zurücke hielten. 54. & ſperamus, quod illi adhuc facilius poterunt ſuſtineri, quando nos aduentemus. 55. fluuium prorumpentem ex Alpibus. 56. ne inferre poſſint damnum reip. 57. ego ſummam dabo operam. 58. qui eſtis adhuc in vrbe Roma. 59. ſalute. 60. nos cupimus. 61. cum vos videatis, & nos eſſe paratos, & noſtros etiam exercitus eſſe coniunctos.



Digitized by Google

citus noſtros ſingulari concordia coniunctus ad
II omnia[62] pro vobis videatis paratos. Sed tamen nihil de diligentia remittere debetis[63], dareque[64] operam, vt quam paratiſſimi & ab exercitu reliquisque rebus[65] pro veſtra ſalute contra ſceleratiſſimam conſpirationem hoſtium confligamus[66]. qui[67] quidem eas copias, quas diu ſimulatione reipub. compararant[68], ſubito ad patriae periculum conuerterunt.

62. facienda. 63. non debetis ideo remittere aut negligere diligentiam veſtram. 64. vos etiam debetis. 65. vt nos habeamus paratiſſimum exercitum, & reliquas etiam res paratas. 66. pugnemus. 67. hoſtes. 68. quas copias illi iamdudum compararunt ſub praetextu defendendi rempublicam.

## XIV.

## M. T. C. D. BRVTO IMP. COS. DES. S. P. D.

*Bruti litteris reſpondet de decemuiris, de legionibus perducendis, de pecunia, de hominum admiratione ob renatum bellum, cuius exitus ne timeatur, Bruti partes & munus eſſe dicit.*

Mirabiliter, mi Brute, laetor, mea conſilia meaſque ſententias a te probari de decemuiris[1], de adornando adoleſcente[2]. Sed quid refert[3]? mihi crede homini non glorioſo[4], plane iam, Brute, frigeo[5]: ὄργανον[6] enim erat meum ſenatus:



1. creandis. 2. de ornando maximis honoribus adoleſcente Octauiano Caeſare. 3. hoc ad me. 4. qui non ſoleo gloriari. 5. languidior factus ſum, ich bin bey weiten nicht mehr ſo feurig alſs vorhin. 6. inſtrumentum, quod tractare ſolebam.



Digitized by Google

tus: id eſt iam diſſolutum[7]. Tantam ſpem attu- 2
lerat explorata[8] victoria, tua praeclara Mutina[9]
eruptio[10], fuga Antonii conciſo[11] exercitu, vt
omnium animi relaxati[12] ſint, meaeque illae ve-
hementes contentiones[13] tanquam σκιαμαχίαι[14]
eſſe videantur. Sed vt ad rem redeam, legionem 3
Martiam & quartam negant, qui illas norunt, vlla
conditione ad te poſſe perduci[15]. Pecuniae, quam
deſideras, ratio poteſt haberi[16], eaque[17] habebi-
tur. De Bruto arceſſendo, Caeſareque ad Italiae
praeſidium tenendo, valde tibi adſentior. Sed, 4
vt ſcribis, habes obtrectatores[18]: quos equidem
facillime ſuſtineo[19], ſed impediunt[20] tamen. Ex
Africa legiones exſpectantur. Sed bellum iſtic[21]
renatum[22] mirantur homines. nihil tam praeter
ſpem vnquam[23]. nam die tuo natali victoria nun-
tiata[24], in[25] multa ſaecula videbamus remp. libe-
ratam[26]. Noui timores retexunt ſuperiora[27].
Scripſiſti autem ad me iis[28], quas idibus Maiis[29] 5
dediſti, modo[30] te accepiſſe a Planco litteras, non
recipi

7. hoc ὄργανον iam periit. 8. quaſi iam certa. 9. ex vrbe Mutina. 10. Ausfall. 11. poſtquam occiſus eſſet eius exercitus. 12. languidiores remiſſiones in favore erga te. 13. actiones & orationes pro te & contra Antonium. 14. inanes pugnae, Schatten- oder Spiegel-Fechten. 15. illi, qui legiones iſtas norunt, affirmant, eas non poſſe. 16. auxilium tibi feremus. 17. ratio 18. maleuolos, inuidos. 19. fero, patior. 20. nos. 21. apud vos. 22. renouatum eſſe. 23. accidit nobis, quam hoc. 24. cum nuntiata eſſet Romae victoria in die tuo natali. 25. vsque ad. 26. eſſe. 27. ſuperiorem timorem. 28. in iis litteris. 29. die xv. Maii. 30. iammodo.

31. erunt.

Digitized by Google

recipi a Lepido Antonium. Id ſi ita eſt, omnia faciliora[31]. ſin aliter[32], magnum negotium[33]: cuius[34] exitum non extimeſco: tuae partes ſunt[35].
6 Ego plus, quam feci, facere non poſſum. Te tamen, id quod ſpero, omnium maximum & clariſſimum[36], videre cupio.

31. erunt. 32. eſt. 33. erit. 34. negotii. 35. tuum officium eſt, in ea re proſpicere. 36. tanquam virum.

## XV.

## M. T. C. D. BRVTO IMP. COS. DES. S. P. D.

*Laudat officium & diligentiam Bruti: cuius & collegae concordiam omnibus gratam eſſe ſignificat: & hortatur, vt ſecum iam ipſe certet.*

ETſi mihi tuae litterae iucundiſſimae ſunt, tamen iucundius[1] fuit, quod[2] in ſumma occupatione tua Planco collegae mandaſti, vt te mihi[3] per litteras excuſaret: quod fecit ille diligenter. mihi autem nihil amabilius[4] officio tuo, & dili-
2 gentia[5]. Coniunctio[6] tua cum collega, concordiaque veſtra, quae litteris communibus[7] decla-
3 rata eſt, S. P. Q. R. gratiſſima accidit[8]. Quod ſupereſt[9], perge[10], mi Brute, & iam non cum aliis,

XV.

1. hoc mihi longe iucundius fuit. 2. quoniam. 3. apud me. 4. ſuauius eſt. 5. quam officium tuum erga me, & diligentia in tuenda rep. 6. gutes Vernehmen oder Verſtändniſs. 7. veſtris, vel amicorum nobis communium. 8. eſt. 9. ceterum. 10. ita porro agere.



Digitized by Google

aliis, ſed tecum ipſe certa[11]. Plura ſcribere non 4
debeo, praeſertim ad te, quo magiſtro breuitatis
vti cogito[12]. Litteras tuas vehementer exſpecto,
& quidem tales, quales maxime opto.

11. & iam non id cura, quomodo alios vincere poſſis, rebus praeclare geſtis, ſed etiam vide, vt teipſum poſſis ſuperare fortitudine & benefactis. 12. a quo diſcam breuiter ſcribere.

## XVI.

## M. T. C. D. BRVTO IMP. COS. DES. S. P. D.

*Commendat Lamiam in petitione praeturae.*

PErmagni intereſt[1], quo tibi haec tempore epiſtola reddita ſit: vtrum[2] cum ſollicitudinis[3] aliquid haberes, an cum ab omni moleſtia vacuus eſſes. Itaque ei praecepi, quem ad te miſi, vt tempus obſeruaret epiſtolae tibi reddendae[4]. Nam 2
quemadmodum coram[5], qui ad nos intempeſtive[6] adeunt, moleſti[7] ſaepe ſunt; ſic epiſtolae offendunt non loco redditae[8]. Si autem, vt ſpero, nihil te perturbat, nihil impedit: & ille, cui mandaui, ſatis ſcite[9] & commode tempus ad te cepit[10] adeundi; confido me, quod velim, a te facile impetraturum[11]. L. Lamia praeturam petit. 3
hoc

XVI.

1. Es iſt daran gar viel gelegen. 2. an tali tempore. 3. curarum. 4. tempus commodum, quo tibi redderet epiſtolam. 5. nobis. 6. tempore inopportuno, zu vngelegener Zeit. 7. nobis. 8. ſic etiam epiſtolae ſolent nos offendere & nobis moleſtae eſſe, ſi quando illae afferuntur tempore inopportuno. 9. geſchickt. 10. ſi circumſpexit tempus. 11. eſſe.

12. fami-

Digitized by Google

hoc ego vtor vno omnium plurimum[12]. magna vetuſtas[13], magna conſuetudo[14] intercedit[15]: quodque plurimum valet, nihil mihi eius eſt familiaritate iucundius. magno praeterea beneficio
4 eius[16], magnoque merito ſum obligatus. Nam Clodianis temporibus[17] cum equeſtris ordinis princeps eſſet, proque mea ſalute acerrime propugnaret[18], a Gabinio conſule relegatus eſt: quod ante id tempus ciui Romano contigit nemini. Hoc cum P. R[19]. meminit[20], me ipſum non meminiſſe
5 turpiſſimum eſt[21]. Quapropter perſuade tibi, mi Brute, me petere praeturam[22]. Quamquam enim Lamia ſummo ſplendore[23], ſumma gratia[24] eſt, magnificentiſſimo munere aedilitio[25]: tamen quaſi ea non eſſent[26], ego ſuſcepi totum negotium.
6 Nunc, ſi me tanti facis, quanti certe facis, cum equitum centurias tenes, in queis regnas[27]; *mitte*[28] ad Lupum noſtrum, vt is nobis eas centurias
7 conficiat[29]. Non tenebo[30] te pluribus[31]. Ponam in extremo[32], quod ſentio. Nihil eſt, Brute, cum omnia a te exſpectem, quod mihi gratius facere poſſis.

XVII.

12. familiariſſime vtor illo. 13. amicitiae. 14. Conuerſation. 15. mihi cum illo. 16. quod is mihi praeſtitit. 17. eo tempore, quo Clodius tribunus pl. regnabat, & me eiiciebat in exilium. 18. pugnaret. 19. Populus Romanus. 20. meminerit. 21. turpiſſimum ſane foret, ſi ego id non vellem meminiſſe. 22. idem eſſe, acſi ego peterem praeturam. 23. ex ſplendido genere natus. 24. & ſummum fauorem ſibi apud omnes acquiſiuit. 25. propter munus ſeu ſpectaculum, quod ipſe edidit, cum eſſet aedilis. 26. haec omnia. 27. inter quos tu vales auctoritate ſumma. 28. ſcribe. 29. ad noſtras partes trahat, vt ſuffragia ſua dent Lamiae. 30. detinebo. 31. verbis. 32. in fine huius epiſtolae.

XVII.

Digitized by Google

## XVII.

## M. T. C. D. BRVTO IMP. S. D.

*Commendat eundem Lamiam, ſcripta epiſtola breui poſt ſuperiorem.*

LAmia vno [1] omnium familiariſſime vtor. Magna eius in me non dico officia, ſed merita, quae ſunt populo Rom. notiſſima. Is magnificentiſſimo munere aedilitatis perfunctus [2] petit praeturam: omnesque [3] intelligunt, nec dignitatem ei deeſſe, nec gratiam [4]. Sed is ambitus extare videtur [5], vt ego omnia [6] pertimeſcam, totamque petitionem Lamiae mihi ſuſtinendam [7] putem. In ea re quantum me poſſis adiuuare, facile perſpicio: nec vero, quantum mea cauſſa [8] velis [9], dubito. Velim igitur, mi Brute, tibi perſuadeas, nihil me maiore ſtudio a te petere, nihil te mihi gratius facere poſſe, quam ſi omnibus tuis opibus, omni ſtudio Lamiam in petitione [10] iuueris. quod vt facias, vehementer te rogo.

XVII.

1. ſolo. 2. cum is edidiſſet magnificentiſſimum munus tempore ſuae aedilitatis. 3. homines. 4. fauorem. 5. ſed videtur mihi, tam multos eſſe, qui nunc ambiunt & petunt hanc praeturam. 6. reliquorum candidatorum conſilia. 7. quaſi meam cauſſam. 8. propter me. 9. facere. 10. huius praeturae.

## XVIII.

## M. T. C. D. BRVTO IMP. COS. DES. S. D.

*Reprehendit in Decimo nonnullam timoris ſignificationem. Scripta poſt Hirtium & Panſam conſules interfectos.*

Etſi

Digitized by Google

ETſi ex mandatis, quae Galbae Volumnioque
ad ſenatum dediſti, quid timendum ſuſpicandumque putares, ſuſpicabamur: tamen dimidiora
mandata videbantur, quam erat dignum [1] tua po-
2 pulique Rom. victoria. Senatus autem, mi Brute,
fortis eſt, & habet fortes duces. Itaque moleſte
ferebat [2], ſe a te, quem omnium, quicunque fuiſ-
ſent, fortiſſimum iudicaret, timidum atque igna-
3 vum iudicari. Etenim cum te incluſo [3] ſpem ma-
ximam omnes habuiſſent in tua virtute, florente [4]
Antonio: quis erat, qui quidquam timeret, pro-
fligato illo [5], te liberato [6]? Nec vero Lepidum ti-
4 mebamus. Quis enim eſſet, qui illum tam furio-
ſum arbitraretur, vt qui in maximo bello pacem
velle ſe dixiſſet, is in optatiſſima pace bellum rei-
pub. indiceret? nec dubito quin tu plus proui-
5 deas [7]. Sed tamen tam recenti gratulatione [8],
quam tuo nomine ad omnia deorum templa feci-
mus, renouatio timoris magnam moleſtiam ad-
6 ferebat. Quare velim equidem, id quod ſpero,
vt plane abiectus [9] & fractus [10] ſit Antonius. Sin
aliquid virium forte collegerit [11], ſentiet [12], nec ſe-
natui conſilium, nec populo Rom. virtutem deeſ-
ſe, nec reipub. te viuo [13] imperatorem. XIIII. kal.
Iun [14]. XIX.

XVIII.

1. decebat. 2. Senatus. 3. cum tu incluſus eſſes in obſidione Mutinenſi. 4. cum Antonius adhuc eſſet in ſtatu florente. 5. poſtquam Antonius erat profligatus. 6. tu vero liberatus ab obſidione. 7. longe prudentior ſis, ad obſeruanda ea, quae futura ſunt. 8. in tam. 9. victus. 10. debilitatus. 11. ſi vero Antonius reparauerit paululum ſuas vires. 12. ille. 13. quamdiu tu viues. 14. die XIX. Maii.

XIX.

Digitized by Google

## XIX.

# D. BRVTVS M. T. CIC. S. P. D.

*Reipublicae vicem timet: Vicetinos commendat.*

AD ſenatum quas litteras miſi, velim prius per-
legas: & , ſi qua tibi videbuntur[1], commu-
tes. Neceſſario[2] me ſcripſiſſe, ipſe animaduer- 2
tes. nam cum putarem quartam & Martiam legio-
nes mecum futuras, vt Druſo Paulloque placue-
rat, vobis adſentientibus[3], minus de reliquis re-
bus laborandum[4] exiſtimaui. nunc vero cum ſim
cum tironibus egentiſſimis[5], valde & meam, &
veſtram vicem[6] timeam[7], neceſſe eſt. Vicetini[8] 3
me & M. Brutum praecipue obſeruant[9]. His ne
quam[10] patiare iniuriam fieri in ſenatu verna-
rum[11] cauſſa, a te peto. Cauſſam habent opti- 4
mam, officium in rempub. ſummum[12], genus ho-
minum aduerſariorum ſeditioſum & inertiſſimum.
XII. kalend. Iun[13]. Vercellis.

XIX.

1. commutanda. 2. ex neceſſitate me coactum. 3. cum veſtro conſenſu. 4. eſſe. 5. cum totus meus exercitus conſiſtat ex tironibus pauperrimis. 6. calamitatem. 7. vt timeam. 8. ciues vrbis Vincentiae. 9. colunt, honorant. 10. aliquam. 11. ſeruorum. 12. eorum officium erga remp. eſt ſummum. 13. die XXI. Maii.

## XX.

# D. BRVTVS IMP. COS. DES. M. T. C. S. P. D.

*Timere ſe ait Ciceronis cauſſa, eumque monet, vt veteranorum animos ſibi conciliet.*

QVod pro me non facio, id pro te facere meus in te amor tuaque officia cogunt, vt ti-



Digitized by Google

2 meam[1]. Saepe enim mihi cum eſſet dictum, neque a me contemtum[2], nouiſſime Labeo Segulius, homo ſibi ſimillimus[3], narrat mihi, apud Caeſarem[4] ſe fuiſſe, multumque ſermonem de te habitum eſſe: ipſum Caeſarem nihil ſane de te queſtum[5], niſi dictum[6], quod diceret te dixiſſe, laudandum adoleſcentem, ornandum, tollendum[7]:
3 ſe non eſſe commiſſurum, vt tolli poſſit. Hoc[8] ego Labeonem credo illi[9] retuliſſe, aut finxiſſe dictum[10], non ab adoleſcente prolatum. Veteranos vero peſſime loqui[11] volebat Labeo me credere, & tibi ab iis inſtare[12] periculum, maximeque indignari[13], quod[14] in decemuiris[15] neque Caeſar, neque ego habiti[16] eſſemus, atque omnia ad veſtrum arbitrium eſſent collata[17]. Haec cum audiſſem, & iam in itinere eſſem, committendum[18] nondum putaui, vt prius Alpes transgrederer,
4 quam quid iſtic[19] ageretur, ſcirem. Nam de tuo periculo, crede mihi, iactatione[20] verborum, & denuntiatione[21] periculi, ſperare eos[22], te pertimefacto[23], adoleſcente impulſo[24], poſſe magna conſe-

XX.

1. meus in te amor & officia cogunt me, vt id pro te faciam, nempe vt pro te timeam. 2. quem ſermonem etiam ego non contemſi. 3. qui ſemper idem eſt & immutabilis in malis moribus ſuis. 4. Octauianum. 5. eſſe. 6. hoc tuum. 7. vox ambigua. *tollere* enim ſignificat & *honorare* & *e medio tollere*. 8. tuum dictum. 9. Caeſari. 10. ac ſi id dictum eſſet a te. 11. de te. 12. imminere. 13. illos iraſci. 14. quia. 15. inter decemviros. 16. numerati. 17. diſpoſita. 18. faciendum eſſe. 19. Romae. 20. per hanc iactationem. 21. & per comminationem periculi. 22. veteranos milites. 23. ſi tu coniectus eſſes in timorem. 24. & Caeſare impulſo, vt tibi aegre faceret. 25. teo

Digitized by Google

conſequi praemia: & totam iſtam cantilenam[25]
ex hoc pendere[26], vt quamplurimum lucri fa-
ciant: neque tamen non te cautum eſſe volo, &
inſidias vitantem[27]. Nihil enim tua[28] mihi vita 5
poteſt eſſe iucundius, neque carius. Illud vide, ne
timendo, magis timere cogare[29]. Et quibus re- 6
bus poteſt occurri[30] veteranis, occurras. primum
quod deſiderant de decemuiris, facias: deinde de
praemiis[31]. Si tibi videtur, agros eorum militum,
qui cum Antonio veterani fuerunt, his dandos[32]
cenſeas ab vtrisque nobis. De nummis lente, ac 7
ratione habita pecuniae[33]: ſenatum de ea re con-
ſtituturum[34]. quatuor legionibus iis, quibus agros
dandos cenſuiſtis, video facultatem[35] fore ex
agris Syllanis, & agro Campano. Aequaliter, aut
ſorte[36] agros legionibus adſignari[37] puto opor-
tere. Haec me tibi ſcribere non prudentia mea 8
hortatur, ſed amor in te, & cupiditas otii[38], quod
ſine te conſiſtere non poteſt. Ego, niſi valde ne- 9
ceſſe fuerit, ex Italia non excedam. legiones ar-
mo, paro[39]: ſpero me non peſſimum exercitum
habiturum ad omnes caſus & impetus homi-
num[40].

25. totum illud dictum, quod veterani in te iactant. 26. exinde procedere. 27. volo tamen vt tu omnino cautus ſis & vites inſidias. 28. quam tua. 29. ne cogaris magis timere, dum times. 30. a te. 31. deinde etiam ſuadeo, vt facias illud, quod veterani deſiderant de praemiis. 32. eſſe. 33. de nummis vero, quos etiam deſiderant veterani, agas & promittas lente, dum interim parari poſſit pecunia. 34. dicas, ſenatum conſtituturum eſſe de ea re. 35. dari poſſe agros. 36. per ſortem. 37. attribui, diuidi. 38. tranquillitatis. 39. & plures comparo.



Digitized by Google

num [40]. De exercitu, quem Panſa habuit, legio-
10 nem mihi Caeſar non remittit. Ad has litteras ſtatim mihi reſcribe: tuorumque aliquem mitte [41], ſi quid reconditum [42] magis erit, meque ſcire opus eſſe putaris. Vale. VIII. kalend. Iunias [43], Eporedia.

40. qui nobis aduerſantur. 41. ad me. 42. occultum, ſecretum. 43. die xxv. Maii.

## XXI.

## M. T. C. D. BRVTO S. P. D.

*Reſpondet ſuperiori epiſtolae xx.*

DIi iſti Segulio male faciant, homini nequiſſimo omnium qui ſunt, qui fuerunt, qui futuri ſunt. Quid? tu illum tecum ſolum, aut cum Caeſare [1]? qui neminem praetermiſerit, quicum [2] loqui potue-
2 rit, cui non eadem iſta dixerit? Te tamen, mi Brute, ſic amo, vt debeo, quod iſtuc quidquid eſſet nugarum [3], me ſcire voluiſti. ſignum enim magnum amoris [4] dediſti. nam quod idem Segulius [5], veteranos queri, quod tu & Caeſar in decemuiris non
3 eſſetis, vtinam ne ego quidem eſſem [6]. quid enim moleſtius? Sed tamen, cum ego ſenſiſſem, de iis, qui exercitus haberent, ſententiam ferri oportere, iidem illi, qui ſolent [7], reclamarunt [8]. Itaque excepti etiam eſtis [9], me vehementer repugnante [10]. Quo-

XXI.

1. anne tu putas, illum haec locutum eſſe ſollummodo tecum, aut cum Caeſare? 2. quocum. 3. quia has nugas, quaecunque illae demum ſunt. 4. tui erga me. 5. dixit. 6. inter decemuiros. 7. ſemper reclamare. 8. id impedierunt. 9. excluſi a numero decemuirorum. 10. ſedita vt ego vehementer repugnauerim.

11. Intri-

Digitized by Google

Quocirca Segulium negligamus, qui res nouas[11] 4
quaerit: non quo veterem comederit[12]: nullam
enim habuit[13]; ſed hanc ipſam recentem nouam
deuorauit[14]. Quod autem ſcribis, te, quod pro te 5
ipſo non facias, id pro me[15], vt de me timeas ali-
quid: omni te, vir optime, mihique cariſſime Brute,
de me metu libero. Ego enim, quae prouideri po- 6
terunt, non fallar in iis: quae cautionem non ha-
bebunt[16], de his non ita valde laboro[17]. Sim enim
impudens, ſi plus poſtulem, quam homini a rerum
natura tribui poteſt. Quod mihi praecipis, vt ca- 7
veam, ne timendo magis timere cogar, & ſapien-
ter & amiciſſime praecipis. Sed velim tibi perſua- 8
deas, cum te conſtet excellere hoc[18] genere vir-
tutis, vt nunquam extimeſcas, nunquam perturbe-
re; me huic tuae virtuti proxime accedere. Quam-
obrem nec metuam quidquam, & cauebo omnia.
Sed vide, ne tua[19] iam, mi Brute, culpa futura ſit, ſi 9
ego quidquam timeam. Tuis enim opibus & con- 10
ſulatu tuo[20], etiam ſi timidi eſſemus, tamen omnem
timorem abiiceremus: praeſertim cum perſuaſum
omnibus eſſet[21], mihique maxime, a te nos vnice
diligi. Conſiliis tuis, quae ſcribis de quatuor legio- 11
nibus, deque agris adſignandis ab vtrisque ve-
ſtrum[22],

11. Intrigues. 12. non, ac ſi ille malus homo veterem rem ſuam ſiue opes deuorauerit, verſchwendet. 13. rem ſeu facultates, pauperrimus enim ſemper fuit. 14. eam rem, quam nuper acquiſiuit per calumnias ſuas, prodige conſumſit. 15. facere. 16. ea vero, in quibus omnis cautio ſuperuacanea eſt. 17. ſum ſollicitus. 18. in hoc. 19. ne id accidat per tuam culpam. 20. dum tu tam potens es, & proximo anno fies conſul. 21. cum omnes crederent.



Digitized by Google

12 ſtrum[22], vehementer adſentior. Itaque cum quidam de collegis noſtris agrariam curationem[23] ligurirent[24], diſturbaui rem[25], totamque vobis in-
13 tegram reſeruaui. Si quid erit occultius, &, vt ſcribis, reconditum, meorum aliquem mittam, quo fidelius ad te litterae perferantur. Pridie nonas Iunii[26].

22. conſulibus deſignatis. 23. diuiſionem agrorum. 24. appeterent. 25. illorum conatus. 26. die IV. Iunii.

## XXII.

## M. T. C. D. BRVTO IMP. S. P. D.

*Commendat Appium Claudium, qui cum Antonio ſe coniunxerat; vt ex hoſtium numero eximatur.*

CVm Appio Claudio C. F[1]. ſumma mihi neceſſitudo[2] eſt, multis eius officiis & meis mutuis
2 conſtituta[3]. Peto a te maiorem in modum, vel humanitatis tuae vel mea cauſſa, vt eum auctoritate tua, quae plurimum valet, conſeruatum[4] velis. Volo te, cum fortiſſimus vir cognitus ſis, etiam
3 clementiſſimum exiſtimari. Magno tibi erit ornamento[5], nobiliſſimum adoleſcentem beneficio tuo eſſe ſaluum[6]. cuius[7] quidem cauſſa hoc[8] melior debet eſſe, quod[9] pietate[10] adductus[11] propter patris reſtitutionem[12], ſe cum Antonio coniunxit.

XXII.

1. Caii Filio. 2. amicitia. 3. quae confirmata eſt hactenus per multa eius officia in me, & mea in illum. 4. conſeruari. 5. honori. 6. conſeruari. 7. adoleſcentis. 8. deſto, vmb ſo viel. 9. quoniam ille. 10. amore & gratitudine. 11. permotus. 12. dum pater ipſius reſtitutus fuit per Antonium ab exilio.

13. pro-

Digitized by Google

iunxit. Quare etſi minus veram cauſſam habe- 4
bis, tamen vel probabilem aliquam poteris indu-
cere [13]. Nutus [14] tuus poteſt hominem ſummo
loco [15] natum, ſummo ingenio [16], ſumma virtute,
officioſiſſimum praeterea & gratiſſimum incolu-
mem in ciuitate retinere. Quod vt facias, ita a te 5
peto; vt maiore ſtudio magisve ex animo [17] pete-
re non poſſim.

13. proferre. 14. ein einiger Winck von dir. 15. genere. 16. praeditum. 17. von Hertzen.

## XXIII.

## D. BRVTVS M. T. C. S. P. D.

*Vt bene de rep. ſperet, hortatur Ciceronem, cuius litteras exſpectat.*

NOs heic valemus recte, & quo [1] melius valea-
mus, operam dabimus. Lepidus commode [2]
de nobis ſentire videtur. omni timore depoſito
debemus libere reip. conſulere. Quod ſi omnia 2
eſſent aliena [3], tamen tribus tantis exercitibus pro-
priis, reip. valentibus [4], magnum animum habere
debebas, quem & ſemper habuiſti, & nunc, fortu-
na adiuuante, augere potes. Quae tibi ſuperio- 3
ribus litteris mea manu ſcripſi, terrendi tui cauſſa
homines loquuntur [5]. Si frenum momorderis [6],
peream [7], ſi te omnes, quot [8] ſunt, conantem [9]
loqui

XXIII.

1. vt. 2. bene. 3. nobis aduerſa. 4. cum habeatis tres exercitus, qui proprii ſunt reipublicae & valentes. 5. ea loquuntur homines hoc conſilio, vt te terreant. 6. ſi oſtenderis te ferocem & non timidum. 7. formula iurandi. 8. quotquot eorum. 9. ſi modo audebis loqui. 10. donec.



Digitized by Google

4 loqui ferre poterunt. Ego, tibi vt antea ſcripſi, dum[10] mihi a te litterae veniant, in Italia morabor. Vale. VIII. kal. Iun[11]. Eporedia.

10. donec. 11. die xxv. Maii.

## XXIV.

## CICERO D. BRVTO IMP. S. D.

*Reſpondet ſuperiori epiſtolae, qua timorem ſibi exemptum dicit. Addit, quid agendum ei ſit: & de pecunia decreta.*

NArro[1] tibi, antea ſubiraſcebar[2] breuitati tuarum litterarum: nunc mihi loquax eſſe vi-
2 deor. te igitur imitabor. Quam multa quam[3] paucis? te recte valere, operamque dare, vt quotidie melius[4]: Lepidum commode ſentire: tribus exercitibus[5], quiduis nos oportere confidere. Si timidus eſſem, tamen iſta[6] epiſtola mihi omnem
3 metum abſterſiſſes[7]. Sed, vt mones, frenum momordi[8]. etenim qui te incluſo[9] omnem ſpem habuerim in te, quid nunc putas[10]? Cupio iam vigiliam[11] meam, Brute, tibi tradere: ſed ita, vt
4 non deſim conſtantiae meae. Quod ſcribis in Italia te moraturum[12], dum tibi litterae meae veniant, ſi per hoſtem licet[13], non erraris[14]. multa[15] enim

XXIV.

1. Adfirmo. 2. paululum iraſcebar. 3. quam multa dicis in quam paucis verbis? 4. valeas. 5. cum nos habeamus tres exercitus. 6. per iſtam. 7. exemiſſes. 8. ferociter incipio loqui. 9. cum tu incluſus es & obſeſſus in vrbe Mutina. 10. me facere. 11. curam meam pro republica. 12. diutius eſſe manſurum. 13. tibi ita facere. 14. errabis. 15. agantur.

16. id

Digitized by Google

enim Romae. ſin aduentu tuo bellum confici
poteſt, nihil ſit antiquius[16]. Pecunia expeditiſſi-
ma[17] quae erat[18], tibi decreta eſt. Habes aman- 5
tiſſimum Seruium[19]. nos non deſumus[20]. VIII.
Idus Iunias[21].

16 id ante omnia. velis agere. 17. paratiſſima. 18. in aerario. 19. Seruius te maximopere amat. 20. & ego etiam non deſiſto te adiuuare & amare. 21. die VI. Iunii.

## XXV.

## M. T. C. D. BRVTO S. P. D.

*Exſpectari a ſe Bruti litteras ait: ſibi nihil eſſe quod ſcriberet: in ipſo & Planco ſpem omnem eſſe.*

EXſpectanti mihi tuas quotidie litteras Lupus
noſter ſubito denuntiauit, vt ad te ſcriberem, ſi
quid vellem[1]. Ego autem, etſi quid ſcriberem, 2
non habebam, (acta[2] enim ad te mitti ſciebam,
inanem autem ſermonem litterarum tibi iniucun-
dum eſſe audiebam) breuitatem ſecutus ſum, te
magiſtro[3]. Scito igitur in te & in collega[4] ſpem
omnem eſſe. De Bruto autem nihil adhuc certi[5]: 3
quem ego, quemadmodum praecipis[6], priuatis
litteris ad bellum commune vocare[7] non deſino:
qui vtinam iam adeſſet: inteſtinum vrbis malum,
quod eſt non mediocre, minus timeremus. Sed 4
quid ago? non imitor λακωνισμὸν[8] tuum: altera
iam

XXV.

1. ſcribere. 2. ea quae aguntur in vrbe. 3. dum tuae breues litterae me quoque docent breuiter ſcribere. 4. Munatio Planco. 5. de M. Bruto nihil adhuc certi habemus. 6. iubes, praeſcribis. 7. hortari. 8. breuitatem litterarum tuarum. Lacones enim ſiue Spartani breuiter conciſeque & loquebantur & ſcribebant.



Digitized by Google

ſam pagella[9] procedit. Vince[10], & vale. XIIII. kal. Quintiles[11].

9. epiſtolae. 10. igitur hoſtes. 11. die XVIII. Iunii.

## XXVI.

## D. B. IMP. M. T. C. S. P. D.

*Sollicitus ob Antonii cum Lepido coniunctionem, legiones quamprimum ſibi & ſtipendium mitti poſtulat.*

MAximo[1] meo dolore hoc ſolatio vtor, quod intelligunt homines non ſine cauſſa me ti-
2 muiſſe iſta[2] quae acciderunt. Deliberent, vtrum traiiciant[3] legiones ex Africa, nec ne; & ex Sardinia: & Brutum arceſſant[4], nec ne: & mihi ſtipendium dent, an non decernant. Ad ſenatum
3 litteras miſi. Crede mihi, niſi iſta omnia ita fiunt, quemadmodum ſcribo, magnum nos omnes adi-
4 turos[5] periculum. Rogo te, videte[6] quibus hominibus negotium detis, qui me ad legiones adducant: & fide opus eſt & celeritate. III. nonas Iun[7]. ex caſtris.

XXVI.

1. In maximo. 2. coniunctionem Lepidi cum Antonio. 3. in Italiam. 4. venire iubeant. 5. nos omnes venturos eſſe in magnum periculum. 6. deliberate. 7. die III. Iunii.

## XXVII.

## M. CICERO MATIO S.

*Quaeſtus erat Matius, accuſari ſe a Cicerone tum quod in lege quadam Caeſaris ſuffragium tuliſſet, tum etiam quod ludos, Caeſari mortuo ab Octauiano datos, curaſſet. Cicero ſe ita purgat, vt alterum negari a ſe dicat, alterum defendi.*

Non-

Digitized by Google

NOndum ſatis conſtitui, moleſtiaene [1] plus, an
voluptatis [2] attulerit mihi Trebatius noſter, ho-
mo tum plenus officii [3], tum vtriusque noſtrum
amantiſſimus [4]. Nam cum in Tuſculanum [5] veſperi 2
veniſſem, poſtridie ille ad me, nondum ſatis firmo
corpore cum eſſet [6], mane venit. quem cum ob-
iurgarem [7], quod parum valetudini parceret [8]: tum
ille, nihil ſibi longius fuiſſe quam vt me videret [9].
Num quidnam, inquam, noui [10]? Detulit ad me que- 3
relam tuam: de qua prius, quam reſpondeo, pau-
ca praeponam. Quantum memoria repetere [11] 4
praeterita poſſum, nemo eſt mihi te amicus anti-
quior [12]. Sed vetuſtas [13] habet aliquid commune
cum multis: amor [14] non habet. Dilexi te, quo die 5
cognoui [15]: meque a te diligi iudicaui. Tuus dein-
de diſceſſus, isque diuturnus, ambitio noſtra [16], &
vitae diſſimilitudo [17], non eſt paſſa, voluntates [18]
noſtras conſuetudine [19] conglutinari [20]. Tuum ta- 6
men erga me animum agnoui multis annis ante
bellum ciuile, cum Caeſar eſſet in Gallia. quod
enim vehementer mihi vtile eſſe putabas, nec in-
vtile

XXVII.

1. taedii. 2. gaudii. 3. officioſiſſimus. 4. & qui nos ambos maxime amat. 5. praedium meum. 6. cum ille nondum ſatis conualuiſſet ex morbo. 7. verbis. 8. quod non ſatis diligentem curam gereret ſuae valetudinis. 9. tum ille reſpondit, omne tempus ſibi longum fuiſſe, donec me poſſet videre. 10. accidit. 11. recordari. 12. tu es antiquiſſimus meorum amicorum. 13. amicitiae. 14. amoris autem vetuſtas nihil commune habet cum aliis. 15. te. 16. petitio honorum. 17. diſſimilitudo vitae noſtrae, dum tu elegiſti militarem, ego vero ciuilem. 18. animos noſtros. 19. perpetua. 20. arctius coniungi.

21. inter-

vtile ipſi Caeſari, perfeciſti, vt ille me diligeret, co-
7 leret, haberet in ſuis[21]. Multa praetereo, quae
temporibus illis inter nos familiariſſime dicta, ſcri-
pta, communicata ſunt: grauiora enim conſecuta
ſunt. & initio belli ciuilis cum Brundiſium[22] ver-
ſus ires ad Caeſarem, veniſti ad me in Formia-
num[23]. primum hoc ipſum quanti[24], praeſertim
8 temporibus illis? Deinde oblitum me putas conſi-
lii, ſermonis, humanitatis tuae? quibus rebus inter-
eſſe memini Trebatium[25]. Nec vero ſum oblitus
litterarum, quas ad me miſiſti, cum Caeſari obuiam
9 veniſſem in agro, vt arbitror, Trebulano. Secu-
tum illud tempus eſt, cum me ad Pompeium profi-
ciſci ſiue pudor[26] meus coegit, ſiue officium[27],
ſiue fortuna[28]. quod officium tuum, quod ſtu-
dium vel in[29] abſentem me, vel in praeſentes meos
defuit? quem porro omnes mei & mihi, & ſibi te
10 amiciorem iudicauerunt[30]? Veni Brundiſium:
oblitumne me putas, qua celeritate, vt primum au-
dieris[31], ad me Tarento[32] aduolaris[33]? quae tua
fuerit adſeſſio[34], oratio, confirmatio[35] animi mei
11 fracti[36] communium miſeriarum metu[37]? Tan-
dem aliquando Romae eſſe cepimus: quid defuit
noſtrae familiaritati in maximis rebus? quonam
modo

21. inter ſuos familiares. 22. vrbem. 23. praedium meum. 24. aeſtimandum eſt. 25. nemini, Trebatium interfuiſſe his noſtris ſermonibus. 26. ne viderer ingratus erga Pompeium. 27. quod ego debebam Pompeio. 28. infortunium. 29. erga. 30. quis porro fuit, quem omnes mei iudicarent amiciorem eſſe & ipſis & mihi? 31. me illuc veniſſe. 32. ex vrbe. 33. adueneris. 34. commoratio apud me, dum iuxta me ſediſti. 35. conſolatio. 36. moeſti. 37. ex metu.

38. auſ-

Digitized by Google

modo me gererem[38] aduerſus Caeſarem , vſus
tuo conſilio ſum. In reliquis officiis cui tu tribui- 12
ſti[39], excepto Caeſare, praeter me, vt domum[40]
ventitares, horasque multas ſaepe ſuauiſſimo ſer-
mone conſumeres? tum, cum etiam, ſi meminiſti,
vt haec φιλοσοφούμενα[41] ſcriberem, tu me impu-
liſti? Poſt Caeſaris reditum quid tibi maiori curae 13
fuit, quam vt eſſem ego illi[42] quam familiariſſimus?
quod effeceras. Quorſum[43] igitur haec oratio 14
longior quam putaram? quia ſum admiratus, te,
qui haec noſſe deberes, quidquam a me commiſ-
ſum[44], quod eſſet alienum noſtra[45] amicitia, cre-
didiſſe. nam praeter haec, quae commemoraui,
quae teſtata[46] ſunt & illuſtria[47], habeo multa oc-
cultiora, quae vix verbis exſequi poſſum. Omnia 15
me tua delectant: ſed maxime maxima cum fides
in amicitia, conſilium, grauitas, conſtantia; tum
lepos[48], humanitas, litterae. Quapropter redeo 16
nunc ad querelam. Ego te ſuffragium tuliſſe in
illa lege primum non credidi[49]: deinde, ſi credi-
diſſem, nunquam id ſine aliqua iuſta cauſſa exiſti-
marem te feciſſe. Dignitas tua facit, vt animad- 17
vertatur[50], quidquid facias: maleuolentia autem
hominum[51], vt nonnulla durius[52], quam a te facta
ſint,

38. aufführen, verhalten, conduiſiren. 39. hunc honorem. 40. in domum meam ſaepiſſime venires. 41. libros philoſophicos, quales ſunt, de Finibus, Quaeſtiones Tuſculanae & Academicae &c. 42. Caeſari. 43. pertinet. 44. factum eſſe. 45. a noſtra. 46. certa. 47. omnibus nota. 48. Manierligkeit. 49. ego primum non credidi, quod tu adprobaſſes illam legem tuo ſuffragio. 50. ab omnibus obſeruetur. 51. facit. 52. verdrieslicher.

53. quae

Digitized by Google

ſint, proferantur. Ea[53] ſi tu non audis, quid di-
18 cam, neſcio. Equidem ſi quando audio[54], tam
defendo[55], quam me ſcio a te contra iniquos[56]
19 meos ſolere defendi. Defenſio autem eſt duplex;
alia ſunt, quae liquido[57] negare ſoleam, vt de iſto
ipſo ſuffragio[58]: alia, quae defendam a te pie[59]
20 fieri & humane, vt de curatione ludorum[60]. Sed
te, hominem doctiſſimum, non fugit[61], ſi Caeſar
rex[62] fuerit, quod mihi quidem videtur, in vtram-
que partem[63] de tuo officio[64] diſputari poſſe: vel
in eam[65], qua ego vti ſoleo, laudandam eſſe fidem
& humanitatem tuam, qui amicum[66] etiam mor-
tuum diligas: vel in eam[67], qua nonnulli vtuntur,
libertatem patriae, vitae amici anteponendam[68].
21 Ex his ſermonibus vtinam eſſent delatae ad te di-
ſputationes meae. Illa vero duo, quae maxima
ſunt laudum tuarum[69], quis aut libentius, quam
ego commemorat, aut ſaepius, te & non ſuſci-
piendi[70] belli ciuilis grauiſſimum auctorem[71]
fuiſſe, &[72] moderandae victoriae? in quo, qui
22 mihi non adſentiretur, inueni neminem. Quare
habeo gratiam Trebatio familiari noſtro, qui
mihi

53. quae ego nunc dixi ad me defendendum. 54. haec dici ab hominibus. 55. te tam, eben ſo ſehr. 56. maleuolos meos. 57. omnino. 58. velut illud eſt, quod modo dixi de ſuffragio. 59. recte, ex pietate & amore erga Caeſarem. 60. inter quae eſt etiam curatio tua ludorum, in honorem occiſi Caeſaris. 61. tu probe noſti. 62. ſummus Romae dominus. 63. pro vnd contra. 64. erga Caeſarem. 65. partem. 66. tuum, Caeſarem. 67. partem, vel ita. 68. eſſe. 69. quae maxime pertinent ad laudem tuam. 70. incipiendi. 71. ſuaſorem. 72. & te quoque fuiſſe autorem.

73. ne-

Digitized by Google

mihi dedit cauſſam harum litterarum: quibus niſi credideris, me omnis officii & humanitatis expertem[73] iudicaris, quo nec mihi grauius[74] quidquam poteſt eſſe, nec te alienius[75].

73. neſcium. 74. moleſtius. 75. a te.

## XXVIII.

## C. MATIVS M. T. C. S. P. D.

*Reſpondet ſuperiori Ciceronis, purgatque ſe aduerſus vituperatores.*

MAgnam voluptatem ex tuis litteris cepi, quod[1] quam ſperaram atque optaram, habere te de me opinionem cognoui. de qua[2] etſi non dubitabam, tamen, quia maximi aeſtimabam, vt incorrupta maneret, laborabam[3]. Conſcius autem mihi eram, nihil a me commiſſum eſſe, quod boni[4] cuiusquam offenderet animum. Eo minus credebam, plurimis atque optimis artibus ornato[5] tibi temere quidquam perſuaderi potuiſſe: praeſertim in quem mea propenſa[6] & perpetua fuiſſet atque eſſet[7] beneuolentia. Quod cum, vt volui, ſcio eſſe, reſpondebo criminibus[8], quibus tu pro me[9], vt par[10] erat, tua[11] ſingulari bonitate & amicitia noſtra, ſaepe reſtitiſti. Nota enim mihi ſunt, quae in me poſt Caeſaris mortem contulerint[12]. Vitio mihi dant[13], quod mortem hominis neceſſarii[14]

XXVIII.

1. quod cognoui, te habere de me opinionem illam, quam. 2. opinione. 3. ſollicitus eram. 4. viri. 5. praedito. 6. geneigt 7. adhuc dum. 8. accuſationibus. 9. defendendo. 10. aequum. 11. pro tua. 12. quaenam aduerſarii mei dixerunt contra me. 13. obiiciunt mihi. 14. amici.

Digitized by Google

ſarii[14] grauiter[15] fero, atque eum, quem dilexi,
periiſſe indignor[16]. aiunt enim, patriam[17] amici-
tiae praeponendam eſſe: proinde ac ſi iam vice-
5 rint, obitum eius reipub. fuiſſe vtilem[18]. Sed non
agam aſtute. Fateor me ad iſtum gradum ſapien-
tiae non perueniſſe. neque enim Caeſarem in diſ-
ſenſione ciuili ſum ſecutus, ſed amicum, re[19]
quamquam offendebar, tamen non deſerui: ne-
que bellum vnquam ciuile, aut etiam cauſſam diſ-
ſenſionis probaui[20]: quam etiam naſcentem ex-
6 ſtingui ſumme ſtudui[21]. Itaque in victoria homi-
nis neceſſarii[22], neque honoris neque pecuniae
dulcedine ſum captus: quibus praemiis reliqui mi-
nus apud eum, quam ego, cum poſſent[23], immo-
7 derate ſunt abuſi. Atque etiam res familiaris mea,
lege[24] Caeſaris, diminuta eſt: cuius[25] beneficio
plerique, qui Caeſaris morte laetantur, *remanſe-
runt* in ciuitate. Ciuibus victis vt parceretur, aeque
8 ac pro mea ſalute laboraui. Poſſum igitur, qui
omnes voluerim incolumes, eum, a quo id impe-
tratum eſt, periiſſe non indignari[26], cum prae-
ſertim iidem homines illi & inuidiae & exitio fue-
rint[27].

14. amici mei. 15. moleſte, cum dolore. 16. atque id obiiciunt quoque, quod iraſcor, eum periiſſe. 17. patriae libertatem. 18. & ita oſtendunt, & gloriantur, obitum eius vtilem fuiſſe reipublicae, non ſecus ac ſi iam viciſſent cauſſam & me refutaſſent. 19. quanquam ego in re ipſa. 20. laudaui. 21. quin imo etiam ſumme ſtudii, vt naſcens bellum ciuile exſtingueretur. 22. cum amicus meus obtineret victoriam. 23. valerent. 24. per legem; quae erat de aeſtimatione poſſeſſionum creditoribus tradenda. 25. legis. 26. iraſci.

27. prae.

Digitized by Google

nt[27]. Plecteris[28] ergo, inquiunt, cum factum 9
oſtrum improbare audes. O ſuperbiam inaudi-
m, alios in facinore gloriari[29], aliis ne dolere
iidem impune licere. At haec etiam ſeruis ſem- 10
:r libera fuerunt, timerent[30], gauderent, dole-
nt ſuo potius, quam alterius arbitrio. Quae
unc, vt quidem iſti dictitant, libertatis auctores,
etu[31] nobis extorquere conantur. Sed nihil
gunt[32]. Nullius vnquam periculi terroribus[33] 11
officio, aut ab humanitate deſciſcam[34]. nun-
uam enim honeſtam mortem fugiendam[35], ſaepe
iam appetendam[36] putaui. Sed quid mihi ſuc- 12
enſent[37], ſi id opto, vt poeniteat eos ſui facti?
upio enim Caeſaris mortem omnibus eſſe acer-
am[38]. At debeo pro ciuili parte[39] rempub. velle 13
luam. Id quidem me cupere, niſi & anteacta
ita & reliqua mea ſpes, tacente me, probat, di-
endo vincere non poſtulo[40]. Quare maiorem 14
modum te rogo, vt rem potiorem oratione du-
as[41]: mihique, ſi ſentis expedire[42] recte fieri,
redas nullam communionem cum improbis eſ-
:[43] poſſe. An, quod adoleſcens praeſtiti, cum 15
etiam

27. praeſertim cum iidem homines & inuiderint Cae-
ari, & eum quoque interfecerint. 28. poenam dabis.
9. vt alii glorientur in tam foedo facinore. 30. vt ti-
merent. 31. per metum. 32. ſed fruſtaneus eſt illo-
um terror. 33. per terrores. 34. deſiſtam. 35. eſſe.
6. deſiderandam, obeundam eſſe. 37. cur vero illi mi-
i iraſcuntur. 38. triſtem, doloroſam. 39. pro officio
iuis. 40. verbis perſuadere non volo. 41. vt potius
ei ipſi & vitae meae credas, quam verbis. 42. vtile eſſe,
t omnia recte fiant. 43. mihi.



Digitized by Google

etiam errare cum excuſatione[44] poſſem, id nunc aetate praecipitata[45] commutem, ac me ipſe retexam[46]? Non faciam: neque quod diſpliceat, committam: praeterquam quod hominis mihi coniunctiſſimi ac viri ampliſſimi doleo grauem ca-
16 ſum. Quod ſi aliter eſſem animatus[47], nunquam quod facerem, negarem: ne & in peccando improbus, & in diſſimulando timidus, ac vanus exi-
17 ſtimarer. At ludos, quos Caeſaris victoriae Caeſar[48] adoleſcens fecit, curaui. At id ad priuatum[49] officium, non ad ſtatum reipub. pertinebat. Quod tamen munus & hominis amiciſſimi memoriae, ac honoribus praeſtare etiam mortui debui, & optimae ſpei adoleſcenti, ac digniſſimo[50]
18 Caeſare, petenti negare[51], non potui. Veni etiam conſulis Antonii domum[52] ſaepe ſalutandi[53] cauſſa: ad quem, qui me parum patriae amantem eſſe exiſtimant, rogandi quidem aliquid, aut auferendi
19 cauſſa frequentes ventitare reperies[54]. Sed quae haec eſt arrogantia, quod Caeſar nunquam interpellauit[55], quin, quibus vellem, atque etiam quos ipſe non diligebat, tamen iis vterer, eos, qui mihi amicum eripuerunt, carpendo me efficere conari,

ne, quos

44. dum adoleſcentia facile poteſt errare. 45. decurrente ad ſenectutem. 46. reformem. 47. anders geſinnet. 48. quos Caeſar Octauianus fecit, in honorem victoriae Iulii Caeſaris. 49. meum. 50. qui digniſſimus eſt patre ſuo Caeſare. 51. abſchlagen. 52. in domum. 53. ihm die Viſite zu geben. 54. tu reperies, quod etiam illi, qui exiſtimant, me parum amantem eſſe patriae, frequentes ventitare ſoleant ad eum, aut rogandi aut auferendi aliquid cauſſa. 55. me impediuit.

56. quae-

Digitized by Google

ne, quos velim, diligam[56]? Sed non vereor, ne 20
aut vitae meae modeſtia parum valitura[57] ſit in poſterum contra falſos rumores: aut ne etiam ii, qui me non amant, propter meam in Caeſarem conſtantiam, non malint mei, quam ſui, ſimiles amicos habere[58]. Mihi quidem ſi optata contin- 21
gent[59], quod reliquum eſt vitae, in otio Rhodi[60] degam[61]: ſin caſus aliquis interpellarit[62], ita ero Romae, vt recte fieri ſemper cupiam. Trebatio 22
noſtro magnas ago gratias, quod tuum erga me animum ſimplicem[63] atque amicum aperuit: & quod eum, quem ſemper libenter dilexi, quo magis iure colere atque obſeruare deberem, fecit[64]. Bene vale, & me dilige.

XXIX.

56. quaenam eſt haec arrogantia? (cum Caeſar me nunquam impediuerit, quin iis vterer amicis, quibus vellem, atque iis etiam, quos ipſe non diligebat,) quod ii, qui mihi eripuerunt amicum, conantur efficere, dum me carpunt, vt eos non diligam, quos velim. 57. non multum effectura ſit. 58. non vereor, ne etiam ii (qui me non amant propter meam conſtantiam erga Caeſarem) non malint habere amicos mei ſimiles, quam ſimiles ſui. 59. ſi id accepero, quod opto. 60. in inſula Rhodo. 61. viuam. 62. me impedierit. 63. ſincerum. 64. & quia fecit, vt magis deberem iure colere & obſeruare eum, quem ſemper dilexi.

## XXIX.

## CICERO APPIO S.

*Profecturus in Graeciam, res ſuas Appio commendat, commemoratis ante beneficiis ab ipſo acceptis.*

DVbitanti mihi (quod ſcit Atticus noſter) de hoc
toto conſilio profectionis, quod [1] in vtramque
partem in mentem multa veniebant [2], magnum
pondus [3] acceſſit ad tollendam dubitationem, iu-
dicium & conſilium tuum. nam & ſcripſiſti aperte
quid tibi videretur [4]: & Atticus ad me ſermonem
2 tuum pertulit. Semper iudicaui in te & in capiendo
conſilio prudentiam ſummam eſſe, & in dando [5]
fidem: maximeque ſum expertus, cum initio [6] ci-
uilis belli per litteras te conſuluiſſem, quid mihi fa-
ciendum eſſe cenſeres, eundumne [7] ad Pompe-
ium, an manendum in Italia; ſuaſiſti, vt conſulerem
3 dignitati meae. Ex quo quid ſentires, intellexi: &
ſum admiratus fidem tuam, & in conſilio dando
religionem [8]: quod, cum aliud malle amiciſſimum
tuum putares [9], antiquius tibi officium meum quam
4 illius voluntas fuit [10]. Equidem & ante hoc tempus
te dilexi: & ſemper me a te diligi ſenſi: & cum ab-
eſſem, atque in magnis periculis eſſem, & me ab-
ſentem

XXIX.

1. Quoniam. 2. mihi. 3. Nachdruck, monumentum. 4. placeret de hoc conſilio. 5. conſilio. 6. in initio. 7. an eſſet eundum. 8. ſinceritatem, pietatem erga me. 9. cum tu crederes, quod Iulius Caeſar amiciſſimus tuus aliud mallet. 10. tamen tu praetuliſti meum officium erga patriam voluntati Caeſaris.

11. hone-

Digitized by Google

ſentem, & meos praeſentes a te cultos [11] & defen-
ſos eſſe memini. Et poſt meum reditum, quam fa- 5
miliariter mecum vixeris, quaeque ego de te &
ſenſerim & praedicarim, omnes, qui ſolent haec
animaduertere [12], teſtes habemus. Grauiſſimum 6
vero iudicium de mea fide, & de conſtantia feciſti
cum poſt mortem Caeſaris totum te ad amicitiam
meam contuliſti. Quod tuum iudicium niſi mea [13] 7
ſumma beneuolentia erga te, omnibusque meritis
comprobaro [14], ipſe me hominem [15] non putabo.
Tu, mi Appi, conſeruabis amorem tuum: (etſi 8
more [16] magis hoc quidem ſcribo, quam quo [17] te
admonendum [18] putem) meaque omnia tuebere,
quae tibi, ne ignota eſſent Attico, mandaui: a me
autem, cum paullum otii nacti erimus, vberiores
litteras exſpectato [19]. Da operam vt valeas. hoc
mihi gratius facere nihil potes [20].

M. TVL.

11. honoratos. 12. obſeruare, attendere. 13. per meam. 14. demonſtrauero. 15. putare debes, me abieciſſe omnem humanitatem. 16. ex mea conſuetudine. 17. vt. 18. eſſe. 19. debes exſpectare. 20. ſi id facies, erit mihi gratiſſimum.



Digitized by Google

# M. TVLLII CICERONIS EPISTOLARVM AD CASSIVM ET ALIOS, LIBER XII.

## I.

## M. T. C. C. CASSIO S. P. D.

*Factum Dolabellae, quo aram Caeſaris euertit, laudat: ſublato rege, regnum ſupereſſe queſtus, C. Caſſium hortatur, vt rempublicam cum Bruto omni perturbatione liberet.*

FInem nullum facio, mihi crede, Caſſi, de te & de Bruto noſtro, id eſt de tota repub. cogitandi: cuius[1] omnis ſpes in vobis eſt, & in D. Bruto. Quam[2] quidem iam habeo ipſe meliorem, repub. a Dolabella meo praeclariſſime ge-
2 ſta[3]. Manabat[4] enim illud malum[5] vrbanum, & ita corroborabatur quotidie, vt ego quidem & vrbi & otio[6] diffiderem vrbano: ſed ita compreſſum[7] eſt, vt videamur omne iam ad tempus[8] ab
3 illo duntaxat ſordidiſſimo periculo tuti futuri. Reliqua[9] magna ſunt, ac multa: ſed poſita omnia

ſunt

LIBER XII.

I.

1. reipublicae. 2. ſpem. 3. poſtquam Dolabella rempublicam praeclare geſſit, euertens ſtatuam Caeſaris. 4. ſerpebat. 5. fauor erga Caeſarem occiſum. 6. tranquillitati. 7. hoc malum nunc eſt. 8. aliquod. 9. ea quae adhuc reſtant.

10. con-

Digitized by Google

iunt in vobis. quamquam primum quidque ex-
plicemus[10]. nam, vt adhuc quidem actum eſt[11],
non regno[12], ſed rege[13] liberati videmur. Inter- 4
fecto enim rege, regios omnes nutus[14] tuemur:
neque vero id ſolum, ſed etiam, quae ipſe ille[15], ſi
viueret, non faceret, ea nos, quaſi cogitata ab illo,
probamus: nec eius quidem rei finem video. Ta- 5
bulae figuntur[16], immunitates dantur, pecuniae
maximae diſtribuuntur, exſules reducuntur, ſe-
natusconſulta falſa referuntur, vt tantummodo
odium illud hominis impuri[17], & ſeruitutis dolor
depulſus eſſe videatur, respublica[18] iaceat in his
perturbationibus, in quas eam ille[19] coniecit.
Haec omnia vobis ſunt expedienda, nec hoc co- 6
gitandum, ſatis iam habere remp. a vobis[20]. Ha-
bet illa quidem tantum[21], quantum nunquam mihi
in mentem venit optare: ſed contenta non eſt, &
pro[22] magnitudine & animi & beneficii veſtri a
vobis magna deſiderat. Adhuc vlta[23] ſuas iniu- 7
rias eſt per vos interitu tyranni: nihil amplius[24].
Ornamenta vero ſua, quae recuperauit[25]? an
quod ei mortuo paret[26], quem viuum ferre non
pote-

10. conficiamus, das vornehmſte muſs zuerſt klar ge-
macht werden. 11. ſi iudicandum ſit de iis, quae adhuc
dum acta ſunt. 12. a tyrannide. 13. a tyranno I. Caeſa-
re. 14. adhuc defendimus regiam quorundam volunta-
tem. 15. Caeſar. 16. tabulae nouarum legum, tan-
quam a Caeſare conceptarum, publice affiguntur. 17.
Caeſaris. 18. vero. 19. Caeſar. 20. quod, ac ſi, res-
publica iam ſatis acceperit a vobis. 21. illa quidem tan-
tum accepit a vobis. 22. iuxta. 23. respublica vlta eſt.
24. ſed nihil praeterea. 25. quaenam ſunt autem illa
ornamenta, quae recuperauit per vos respublica? 26.
an illud eſt ornamentum, dum respublica paret mortuo?

 27. cuius

Digitized by Google

poterat? cuius aera refigere[27] debebamus, eius
8 etiam chirographa[28] defendimus? At enim ita decreuimus: fecimus id quidem temporibus[29] cedentes, quae valent in republica plurimum: ſed immoderate quidem & ingrate[30] noſtra facilitate
9 abutuntur. Verum haec propediem, & multa alia coram[31]. Interim velim ſic tibi perſuadeas, mihi cum reipub[32]. quam ſemper habui cariſſimam; tum amoris noſtri cauſſa maximae curae eſſe tuam dignitatem. Da operam vt valeas.

27. cuius tabulas legum aeneas remouere & abrogare debebamus. 28. eigenhändige Concepte. 29. calamitoſis. 30. tanquam ciues ingrati. 31. dicam tibi. 32. cauſſa.

## II.

## M. T. C. C. CASSIO S. P. D.

*Inuehitur in Antonii immoderatam potentiam, reique publicae ſtatum deſcribit.*

VEhementer laetor, tibi probari[1] ſententiam & orationem meam, qua ſi ſaepius vti liceret, nihil eſſet negotii[2], libertatem & rempub. recupe-
2 rare[3]. Sed homo amens & perditus[4], multoque nequior quam ille ipſe[5], quem tu nequiſſimum occiſum eſſe dixiſti, caedis initium quaerit, nullamque aliam ob cauſſam me auctorem fuiſſe Caeſaris interficiendi criminatur[6], niſi vt in[7] me veterani[8]
3 incitentur. Quod ego periculum non extimeſco, modo facti veſtri gloriam cum mea laude communi-

II.

1. placere. 2. da würde es nicht ſchwer ſeyn. 3. reſtituere. 4. Antonius. 5. I. Caeſar. 6. falſo affirmat. 7. contra. 8. milites.

9. licet

Digitized by Google

municem. Ita nec Piſoni[9], qui in eum[10] primus 4
inuectus eſt[11] nullo adſentiente[12], nec mihi, qui
idem triceſimo poſt die feci, nec P. Seruilio, qui
me eſt conſecutus, tuto in ſenatum venire licet.
Caedem enim gladiator[13] quaerit, eiusque initium 5
ad d. XIII. kal. Octob[14]. a me ſe facturum[15] puta-
vit. ad quam[16] paratus venerat, cum in villa Me-
telli complures dies commentatus[17] eſſet. Quae 6
autem in luſtris[18], & in vino[19] commentatio[20]
potuit eſſe? Itaque omnibus eſt viſus, vt ad te an-
tea ſcripſi, vomere[21] ſuo more[22], non dicere.
Quare quod ſcribis, te confidere auctoritate & 7
eloquentia noſtra[23] aliquid profici poſſe: nonni-
hil, vt in tantis malis[24], eſt profectum. Intelligit
enim populus Rom. tres eſſe conſulares[25], qui,
quia[26], quae de rep. bene ſenſerint, libere locuti
ſunt, tuto in ſenatum venire non poſſunt. Nec eſt 8
praeterea quod quidquam exſpectes. tuus enim
neceſſarius[27] adfinitate noua[28] delectatur. Itaque
iam non eſt ſtudioſus ludorum[29], infinitoque fra-
tris tui plauſu[30] dirumpitur[31]. alter item adfinis
nouis

9. licet in ſenatum venire. 10. contra Antonium. 11. hart geredet. 12. ita tamen, vt nemo ei adſentiret. 13. crudelis homo Antonius. 14. die XIX. Sept. 15. eſſe. 16. caedem. 17. ſe praeparaſſet ad habendam orationem. 18. lupanaribus. 19. epulis, & crapula, compotationibus. 20. meditatio orationis. 21. ausköken. 22. vt alias ſolet Antonius. 23. per noſtram. 24. poteſt fieri. 25. Ciceronem, Piſonem & Seruilium. 26. quia ea, quae. 27. M. Lepidus. 28. dum Lepidi filius duxerat filiam Antonii. 29. Lepidus non curat ſpectare ludos. 30. laude. 31. propter inuidiam.


Digitized by Google

9 nouis commentariis[32] Caeſaris delinitus eſt[33]. Sed
haec tolerabilia[34]: illud non ferendum[35], quod
eſt[36], qui veſtro anno[37] filium ſuum conſulem
futurum putet, ob eamque cauſſam ſe huic latro-
10 ni[38] deſeruire[39] prae ſe ferat[40]. Nam L. Cotta,
familiaris meus, fatali[41] quadam deſperatione, vt
ait, minus[42] in ſenatum venit. L. Caeſar, optimus
& fortiſſimus ciuis, valetudine[43] impeditur. Ser-
vius Sulpicius & ſumma auctoritate[44], & optime
ſentiens, non adeſt. Reliquos, exceptis deſigna-
tis[45], ignoſce mihi, ſi non numero[46] conſulares.
11 Habes auctores conſilii publici[47]: qui numerus
etiam bonis rebus[48] exiguus eſſet, quid cenſes
12 perditis[49]? Quare ſpes eſt omnis in vobis? qui,
ſi idcirco abeſtis, vt ſitis in tuto, ne in vobis qui-
dem[50]. ſin aliquid dignum veſtra gloria cogita-
tis, velim ſaluis nobis[51]. ſin id minus, res tamen
publica per vos breui tempore ius ſuum recupe-
13 rabit. Ego tuis[52] neque deſum, neque deero:
qui ſiue ad me referent[53], ſiue non, mea tibi tamen
beneuolentia fideſque praeſtabitur[54].

III.

32. donationibus quae ei deſtinatae erant in nouis & fictis ab Antonio commentariis ſeu libris Caeſaris. 33. tractus eſt ad partes Antonii. 34. ſunt. 35. eſt. 36. aliquis. 37. in hoc anno, qui tamen vobis ad conſulatum deſtinatus eſt. 38. Antonio. 39. inſeruire. 40. oſtendat, declaret. 41. ex. 42. minus frequenter. 43. morbo. 44. qui ſummam habet auctoritatem. 45. exceptis illis, qui deſignati iam ſunt Conſules. 46. non refero inter conſulares. 47. principes Senatus & publici conſilii. 48. in bono rerum ſtatu. 49. quid cenſes, an ſatis ſit hic numerus, in perdito rerum ſtatu? 50. vlla ſpes reliqua eſt. 51. vt id fiat ſaluis vobis. 52. amicis. 53. ſi a me conſilium petent & auxilium. 54. declarabitur.

III. 1. An-

Digitized by Google

## III.

## M. T. C. C. CASSIO S. P. D.

*Eiuſdem argumenti, ac itidem in Antonium eiuſque ſocios inuehitur.*

AVget tuus amicus[1] furorem[2] in dies[3]. primum in ſtatua[4], quam poſuit in roſtris[5], inſcripſit: PARENTI OPTIME MERITO; vt non modo ſicarii[6], ſed iam etiam parricidae iudicemini. Quid dico iudicemini? iudicemur[7] potius. Veſtri enim pulcerrimi facti[8] ille furioſus[9] me 2
principem[10] dicit fuiſſe. Vtinam quidem fuiſſem[11]; moleſtus nobis non eſſet[12]. ſed hoc veſtrum[13] eſt: quod quum praeteriit, vtinam haberem, quod darem vobis conſilii. Sed ne mihi quidem ipſi re- 3
perio[14] quid faciendum ſit. quid enim eſt, quod contra vim ſine vi fieri poſſit? conſilium autem omne hoc eſt illorum, vt mortem Caeſaris perſequantur[15]. Itaque ad d. VI. non. Octob[16]. produ- 4
ctus in concionem[17] a Canutio[18], turpiſſime ille quidem diſceſſit[19], ſed tamen ea dixit de conſervatoribus patriae, quae dici deberent de proditoribus[20]. De me quidem non dubitant, quin omnia de meo

III.

1. Antonius. 2. ſuum. 3. quotidie. 4. Caeſaris. 5. locus in foro publicus, ex quo habebantur orationes ad populum. 6. Meuchelmörder. 7. vt nos quoque vobiscum tales iudicemur. 8. dum Caeſarem occidiſtis. 9. Antonius. 10. auctorem. 11. auctor huius caedis. 12. Antonius. 13. factum, vos ſoli eſtis auctores huius facti. 14. excogitare poſſum. 15. vt perſequantur eos omnes, qui Caeſarem interfecerunt. 16. die II. Octobr. 17. ad populum. 18. tribuno plebis. 19. ex concione cum dedecore ſuo. 20. patriae.

21. quis

Digitized by Google

de meo conſilio, & vos feciſſetis, & Canutius fa-
5 ceret. Cetera cuiuſmodi ſint[21], ex hoc iudica,
quod legato tuo viaticum eripuerunt. quid eos
interpretari[22] putas, cum hoc faciunt? ad hoſtem
6 ſcilicet portari[23]. O rem miſeram, dominum[24]
ferre non potuimus, conſeruo[25] ſeruimus: & ta-
men me quidem fauente[26] magis quam ſperante,
7 etiam nunc reſidet ſpes in virtute[27] tua. Sed vbi
ſunt copiae[28]? De reliquo, malo teipſum loqui te-
cum[29], quam noſtra dicta cognoſcere[30]. Vale.

21. quis vero iam ſtatus ſit reliquorum. 22. intellige-re. 23. viaticum. 24. Caeſarem. 25. Antonium, qui conſeruus tantummodo noſter erat ſub dominatu Caeſaris. 26. vobis. 27. fortitudine. 28. veſtrae. 29. vt tu ipſe haec conſideres in animo tuo. 30. expendere.

## IV.

## M. T. C. C. CASSIO S. P. D.

*Antonium cum Caeſare non interfectum fuiſſe queritur. De ſenatu, de populo, de legatis ad Antonium, de Dolabella & ipſo Caſſio ſcribit, quae ſentiebat.*

VEllem idibus Martiis[1] me ad coenam[2] inuitaſſes: reliquiarum nihil fuiſſet[3]. nunc me reliquiae[4] veſtrae exercent[5], & quidem praeter ceteros me: quamquam egregios[6] conſules habemus, ſed turpiſſimos conſulares[7]: ſenatum fortem,

IV.

1. d. xv. Martii. 2. ad caedem Iulii Caeſaris. 3. iam nullas haberemus belli ciuilis reliquias. 4. Antonius, qui ſimul debuiſſet interfici, & tamen a vobis eſt conſeruatus. 5. vexant, angunt. 6. fortes, bene ſentientes de rep. 7. qui vel timidi ſunt, vel Antonio fauent.

8. ſed

Digitized by Google

tem, ſed in infimo quemque honore fortiſſimum[8]. populo vero nihil fortius, nihil melius, Italiaque vniuerſa[9]. Nihil autem foedius[10] Philippo & 2
Piſone legatis[11], nihil flagitioſius: qui cum eſſent miſſi, vt Antonio ex[12] ſenatus ſententia certas res nuntiarent: cum ille earum rerum nulli paruiſſet[13], vltro ab illo ad nos[14] intolerabilia poſtulata retulerunt. Itaque ad nos concurritur[15]: factique iam in re ſalutari populares[16] ſumus. Sed tu 3
quid ageres, quid acturus[17], vbi denique eſſes, neſciebam. Fama nuntiabat te iiſſe[18] in Syriam: auctor erat nemo[19]. De Bruto quo propius eſt, eo firmiora[20] videntur eſſe, quae nuntiantur. Do- 4
labella valde vituperatur ab hominibus non inſulſis[21], quod tibi tam cito ſuccederet, cum tu vix dum triginta dies in Syria fuiſſes. Itaque conſtabat[22] eum recipi in Syriam non oportere. Summa laus & tua & Bruti eſt, quod exercitum praeter ſpem exiſtimamini comparaſſe. Scriberem 5
plura, ſi rem cauſſamque noſſem[23]. Nunc quae ſcribo, ſcribo ex opinione hominum, atque fama. Tuas litteras auide exſpecto. Vale.

V. M.

8. ſed illi, qui gerunt infimos honores ſeu magiſtratus, ſunt fortiſſimi. 9. nihil vero fortius ac melius eſt, quam populus & Italia vniuerſa. 10. turpius eſt. 11. qui legati ſunt ad Antonium nomine Senatus. 12. iuxta. 13. nihil feciſſet ex omnibus illis rebus. 14. Senatum. 15. ad petendum auxilium. 16. qui populo placerent, & populi ſalutem quaererent. 17. eſſes. 18. iuiſſe, profectum eſſe. 19. ſed non erat certus nuntius. 20. certiora, zuuerläſſiger. 21. prudentibus. 22. certum erat. 23. accurate.



Digitized by Google

## V.

## M. T. C. C. CASSIO S. P. D.

*M. Brutum laudat, vt accendat eius exemplo Caſſium ad imitationem; de Mutinenſi bello addit & de ſtatu reipublicae.*

Hiemem credo adhuc prohibuiſſe [1], quo minus de te certum [2] haberemus, quid ageres, maximeque vbi eſſes: loquebantur omnes tamen, credo, quod volebant, in Syria te eſſe, habere copias. Id autem eo facilius credebatur, quia ſimi-
2 le vero [3] videbatur. Brutus quidem noſter egregiam laudem eſt conſecutus. Res enim tantas geſſit, tamque inopinatas, vt eae cum per ſe gratae eſſent, tum ornatiores [4] propter celeritatem.
3 Quod ſi tu ea tenes [5], quae putamus, magnis ſubſidiis fulta reſp. eſt [6]. A prima enim ora [7] Graeciae, vsque ad Aegyptum, optimorum ciuium
4 imperiis [8] muniti erimus & copiis. quamquam, niſi me fallebat, res ſe ſic habebat, vt totius belli omne diſcrimen [9] in D. Bruto poſitum videretur: qui ſi, vt ſperabamus, erupiſſet Mutina [10], ni-
5 hil belli reliqui [11] fore videbatur. Paruis omnino iam copiis obſidebatur, quod [12] magno praeſidio Bononiam tenebat Antonius. Erat autem Claternae [13] noſter Hirtius: ad forum Cornelium [14] Caeſar [15],

V.

1. obſtitiſſe. 2. aliquod nuntium. 3. wahrſcheinlich. 4. laude digniores. 5. occupaſti. 6. tum reſp. ſuffulta eſt. 7. von dem Anfang der Griechiſchen Seeküſte. 8. per imperia, Commando. 9. periculum. 10. ex vrbe Mutina. 11. reliquum. 12. quia. 13. Claterna oppidum prouinciae Cispadanae, 14. oppidi nomen. 15. erat,

Digitized by Google

ſar[15], vterque cum firmo exercitu: magnasque Romae Panſa copias ex dilectu[16] Italiae compa- rat. Hiems adhuc[17] rem geri[18] prohibuerat. Hir- 6
tius nihil niſi conſiderate[19], vt mihi crebris litteris ſignificat, acturus videbatur. praeter Bononiam, Regium Lepidi[20], Parmam, totam Galliam[21] te- nebamus ſtudioſiſſimam reipublicae[22]. Tuos etiam clientes Transpadanos[23] mirifice coniun- ctos cum cauſſa habebamus. Erat firmiſſimus[24] 7
ſenatus, exceptis conſularibus, ex quibus vnus L. Caeſar firmus[25] eſt & rectus[26]. Ser. Sulpicii mor- te magnum praeſidium amiſimus. Reliqui[27] par- tim inertes[28], partim improbi: nonnulli inuident eorum laudi, quos in repub. probari[29] viderit. Po- puli vero R. totiusque Italiae mira conſenſio[30] eſt. Haec erant fere, quae tibi nota eſſe vellem. Nunc 8
autem opto, vt ab iſtis Orientis partibus virtutis tuae lumen eluceat[31]. Vale.

15. erat. 16. von dem Ausſchuſs. 17. noch zur Zeit. 18. perfici. 19. circumſpecte, prudenter. 20. nomen oppidi, quod Lepidus occupauerat. 21. Ciſal- pinam. 22. quae maxime fauet & addicta eſt reipubli- cae. 23. qui ſunt in prouincia trans Padum fluuium. 24. fortiſſimus. 25. conſtans. 26. ſincerus. 27. con- ſulares. 28. ſunt. 29. laudari. 30. concordia. 31. vt tu oſtendas nobis ſpecimen aliquod tuae fortitudinis in prouinciis orientalibus.

## VI.

## M. T. C. C. CASSIO S. P. D.

*Strabonem oblique commendat: in Caſſio & M. Bru- to, ſi res ad Mutinam male geratur, ſpem omnem reip. ſitam eſſe dicit.*

Qui

Digitized by Google

QVi ſtatus rerum[1] fuerit tum[2], cum has litteras dedi[3], ſcire poteris ex C. Titio Strabone, viro
2 bono & optime de rep. ſentiente[4]. Nam quid dicam cupidiſſimo tui[5], qui domo & fortunis relictis[6], ad te potiſſimum profectus ſit? Itaque eum tibi ne commendo quidem[7]: aduentus ipſius ad te
3 ſatis eum commendabit. Tu velim ſic exiſtimes tibique perſuadeas, omne perfugium bonorum[8] in te, & Bruto eſſe poſitum, ſi, quod nolim[9], aduerſi
4 quid euenerit[10]. Res[11], cum haec ſcribebam, erat in extremum deducta diſcrimen[12]. Brutus enim Mutinae vix iam ſuſtinebat[13]. Qui[14] ſi conſeruatus erit, vicimus[15]: ſin (quod dii omen auertant[16]) *oppreſſus ibi erit*[17], omnis omnium curſus ad
5 vos[18]. Proinde fac tantum[19] animum habeas, tantumque apparatum[20], quanto[21] opus eſt ad vniuerſam rempub. recuperandam[22]. Vale.

VII.

VI.

1. Romanorum & belli, quod aduerſus Antonium geritur. 2. tunc. 3. ſcripſi. 4. einen redlichen vnd treugeſinneten Patrioten gegen das gemeine Weſen. 5. cur etiam dicam, illum eſſe cupidiſſimum tui, ſeu ſtudioſiſſimum. 6. poſtquam domum ſuam & omnia bona reliquit. 7. nicht einmal, itaque neceſſe non eſt, vt eum tibi commendem. 8. virorum. 9. quod non optauerim. 10. infelix praelium acciderit. 11. bellica. 12. deducta erat in ſummum periculum. 13. vim hoſtium ſub duce Antonio. 14. Brutus, ſi ſuſtinuerit hoſtem, ſi liberabitur ab hoſte. 15. tam certa nobis erit victoria, ac ſi Antonium iam viciſſemus. 16. quod dii nolint fieri. 17. Brutus ibi ſuperabitur. 18. omnes boni current ad vos. 19. tam fortem. 20. armorum & militum. 21. apparatu. 22. reſtituendam.

VII.

## VII.

# M. T. C. C. CASSIO S. P. D.

*Sententiam a ſe in ſenatu ex dignitate Caſſii dictam, eandemque in concione defenſam, ſignificat.*

QVanto ſtudio dignitatem tuam, & in ſenatu &
ad[1] populum defenderim, ex tuis te malo[2],
quam ex me cognoſcere. Quae mea ſententia in
ſenatu facile valuiſſet[3], niſi Panſa vehementer ob-
ſtitiſſet. Ea ſententia dicta[4], productus ſum in con- 2
cionem[5] à tribuno pleb. M. Seruilio. Dixi de te
quae potui, tanta contentione[6], quantum forum[7]
eſt: tanto clamore conſenſuque populi, vt nihil
vnquam ſimile viderim. Id velim mihi ignoſcas, 3
quod inuita ſocru tua[8] fecerim. Mulier timida ve-
rebatur, ne Panſae animus offenderetur. In con-
cione quidem Panſa dixit, matrem quoque tuam
& fratrem, illam a me ſententiam noluiſſe dici. Sed 4
me haec non mouebant[9]. alia malebam[10]. Faue-
bam & reip. cui ſemper faui, & dignitati ac gloriae
tuae. Quod autem & in ſenatu pluribus verbis diſ- 5
ſerui, & dixi in concione[11], in eo velim fidem
meam liberes[12]. Promiſi enim, & prope confir-
maui[13] te non exſpectaſſe, nec exſpectaturum[14]
decre-

VII.

1. apud. 2. id magis cupio vt tu cognoſcas ex litteris tuorum. 3. aliquid efficere. 4. cum ea ſententia dicta eſſet a me. 5. ad populum. 6. tanta voce. 7. quanta poterat audiri in toto foro. 8. contra voluntatem tuae ſocrus. 9. ad mutandum meum conſilium. 10. agere. 11. ad populum. 12. ita velim te agere, vt fides mea populo data de te liberetur. 13. verſichert. 14. eſſe.



Digitized by Google

decreta noſtra: ſed te ipſum tuo more [15] remp. de-
6 fenſurum [16]. & quamquam nihil dum [17] audieramus, nec vbi eſſes, nec quas copias haberes: tamen ſic ſtatuebam, omnes, quae in iſtis partibus eſſent opes [18] copiaeque, tuas [19] eſſe: per teque Aſiam prouinciam confidebam iam reipubl. recuperatam [20]. Tu fac in augenda gloria te ipſum vincas [21]. Vale.

15. iuxta conſuetudinem tuam. 16. eſſe. 17. nondum aliquid. 18. milites. 19. in tua poteſtate. 20. eſſe. 21. ſuperes.

## VIII.

## M. T. C. C. CASSIO S. P. D.

*Renouatum a Lepido bellum eſſe conqueritur, & Caſſium ad liberandam rempublicam hortatur.*

SCelus [1] adfinis tui Lepidi, ſummamque leuitatem [2] & inconſtantiam [3] ex actis [4], quae ad te mitti certo ſcio cognoſcere [5] te arbitror. Itaque nos confecto bello [6], vt arbitrabamur, renouatum [7] bellum gerimus: ſpemque [8] omnem in D.
2 Bruto & Planco habemus. Si verum [9] quaeris, in te & in meo [10] Bruto [11] non ſolum ad praeſens [12] perfugium, ſi, quod nolim [13], aduerſi quid [14] acciderit [15],

VIII.

1. Perfidiam. 2. Leichtſinnigkeit. 3. animi. 4. ex tabulis & inſtrumentis actorum publicorum. 5. cognouiſſe. 6. poſtquam putabamus, iam eſſe belli finem. 7. nouum. 8. defendendae reip. 9. ſi deſideras vt dicam quod verum eſt. 10. familiariſſimo mihi. 11. habemus. 12. hoc praeſenti tempore. 13. quod non tamen opto; quod Deus prohibeat. 14. aliqua calamitas, ſeu infelix aliquod praelium.

15. acci-

Digitized by Google

derit[15], ſed etiam[16] ad confirmationem[17] perpe-
tuae libertatis[18]. Nos hic de Dolabella audieba- 3
mus, quae vellemus[19]: ſed certos auctores[20] non
habebamus. Te quidem magnum hominem, &
praeſenti iudicio & reliqui temporis exſpectatio-
ne ſcito eſſe[21]. Hoc tibi propoſito[22], fac vt ad 4
ſumma contendas[23]. Nihil eſt tantum[24], quod
non populus Rom. a te perfici, atque obtineri[25]
poſſe iudicet[26]. Vale.

15. accidat, fiat. 16. perfugium & ſpem. 17. Befeſtigung. 18. in republica. 19. quae valde quidem cuperem & optarem. 20. huius rumoris. 21. ſcito quidem, te eſſe magnum hominem, ideo, quoniam in praeſenti homines de tuis rebus geſtis iudicant, & magna etiam in poſterum abs te exſpectantur. 22. cum hoc igitur tibi propoſitum ſit. 23. fac vt ad ſummam gloriam peruenias. 24. tam magnum. 25. impetrari. 26. cenſeat, credat, perſuadeatur.

## IX.

## M. T. C. C. CASSIO S. P. D.

*Eadem ſcribit quae epiſtola ſuperiore: addit multum intereſſe Caſſium venire in Italiam.*

BReuitas tuarum litterarum me quoque breuio-
rem in ſcribendo facit: &, vere[1] vt dicam, non
ſatis occurrit[2], quid ſcribam[3]. Noſtras enim res
in actis perferri ad te certo ſcio[4]: tuas[5] autem
ignoramus. Tanquam enim[6] clauſa ſit Aſia, ſic 2
nihil[7]

IX.

1. vt dicam quod res eſt. 2. non venit mihi nunc in mentem. 3. quid ſcribere debeam. 4. certe enim ſcio, quod res a nobis geſtae ad te perferantur in relationibus publicis. 5. res a te geſtas. 6. non enim aliter ac ſi.



Digitized by Google

nihil[7] perſertur ad nos, praeter rumores de op-
preſſo[8] Dolabella, ſatis illos quidem conſtantes[9],
3 ſed adhuc ſine auctore[10]. Nos confectum bel-
lum cum putaremus[11], repente a Lepido tuo[12] in
ſummam ſollicitudinem[13] adducti ſumus. Itaque
perſuade tibi[14], maximam reipub. ſpem in te & in
4 copiis eſſe[15] tuis. Firmos[16] omnino exercitus
habemus: ſed tamen, vt omnia, vt ſpero[17], pro-
ſpere[18] procedant, multum intereſt[19] te venire.
Exigua eſt enim ſpes reip[20]. nam nullam non li-
bet dicere[21]. ſed quaecunque[22] eſt, ea deſpondc-
tur[23] anno conſulatus tui. Vale.

7. nouarum rerum. 8. victo, caeſo. 9. qui rumores ſatis conſtantes ſunt. 10. neſcimus tamen huc dum vsque, quis auctor ſit incerti huius rumoris. 11. cum putaremus, quod bellum iam perductum ſit ad finem. 12. affine. 13. curam, Bekümmerniſs. 14. crede. 15. poſitam, quod respublica maximam ſpem ponat in te & tuo exercitu. 16. validos, fortes. 17. quemadmodum. 18. feliciter. 19. es iſt gar ein groſſes daran gelegen, vt tu venias. 20. reſp. enim ſpem paruam habet in aliis. 21. nolo enim dicere, quod reſp. nulla ſit, quod illa perierit. 22. ſie mag aber nun endlich ſeyn wie ſie will. 23. ſpem maximam habebit in eo anno, quo tu eris Conſul.

## X.

## M. T. C. C. CASSIO S. P. D.

*Et Lepidum hoſtem iudicatum ſcribit; & omnino rem poſcere, vt Caſſius cum exercitu in Italiam veniat.*

LEpidus, tuus adfinis, meus familiaris, pridie kalend. Quintiles[1] ſententiis omnibus[2] ho-
ſtis

X.

1. d. 31. Maii. 2. per omnium Senatorum ſententias. 3. iudi-

Digitized by Google

ſtis a ſenatu iudicatus eſt: ceterique[3] qui vna[4]
cum illo a rep. defecerunt. quibus tamen ad ſani-
tatem[5] redeundi ante kalend. Septemb. poteſtas[6]
facta eſt. Fortis ſane ſenatus, ſed maxima ſpes 2
ſubſidii tui[7]. Bellum quidem, cum haec ſcribe-
bam, ſane magnum erat[8] ſcelere & leuitate[9] Le-
pidi. Nos de Dolabella quotidie, quae volumus[10], 3
audimus: ſed adhuc ſine capite[11], ſine auctore[12],
rumore nuntio[13]. quod cum ita eſſet, tamen lit-
teris tuis, quas nonis Maii ex[14] caſtris datas acce-
peramus, ita perſuaſum erat ciuitati, vt illum[15]
iam oppreſſum omnes arbitrarentur, te autem in
Italiam venire cum exercitu: vt, ſi[16] haec ex ſen-
tentia confecta eſſent, conſilio atque auctoritate
tua; ſin quid forte titubatum eſt[17], vt fit in bello,
exercitu tuo niteremur[18], quem quidem ego ex-
ercitum, quibuscunque potero rebus, ornabo[19].
Cuius rei[20] tum tempus erit, cum quid opis reip. 4
laturus is exercitus ſit[21], aut quid iam tulerit,
notum eſſe coeperit[22]. nam adhuc tantum cona-
tus[23] audiuntur, optimi illi quidem & praeclariſſi-
mi[24], ſed geſta res exſpectatur[25]. Quam[26] qui-
dem,

3. iudicati ſunt hoſtes. 4. ſimul cum Lepido. 5. ad ſaniora, id eſt, meliora conſilia. 6. occaſio, Indult. 7. in ſubſidio ſeu auxilio tuo. 8. ortum. 9. per ſcelus & leuitatem. 10. optamus. 11. ſine certo nuntio. 12. fide digno. 13. ſed rumor tantummodo eſt incertus. 14. d. VII. Maii. 15. Lepidum. 16. ac ſi. 17. ſi vero non omnia recte procedunt. 18. vt. 19. augebo, honorabo praemiis. 20. ad quam rem. 21. quantum auxilium exercitus hic ſit allaturus. 22. Romae. 23. veſtri. 24. qui quidem conatus ſunt. 25. a vobis. 26. rem geſtam.



Digitized by Google

dem aut iam eſſe aliquam, aut appropinquare[27]
5 confido. Tua virtute, magnitudine animi nihil
eſt nobilius[28]. Itaque optamus, vt quamprimum
te in Italia videamus. Rempub. nos habere arbi-
6 trabimur, ſi vos habebimus. Praeclare vicera-
mus[29], niſi ſpoliatum, inermem, fugientem Lepi-
dus recepiſſet Antonium. Itaque nunquam tan-
to odio[30] ciuitati[31] Antonius fuit, quanto[32] eſt
Lepidus. Ille[33] enim[34] ex turbulenta republica;
7 hic[35] ex pace & victoria bellum excitauit. Huic[36]
oppoſitos conſules deſignatos[37] habemus: in
quibus eſt magna quidem ſpes, ſed anceps[38] cura
8 propter incertos exitus proeliorum. Perſuade
tibi igitur, in te, & in Bruto tuo eſſe[39] omnia: vos
9 exſpectari, Brutum quidem iam iamque[40]. Quod
ſi, vt ſpero, victis hoſtibus noſtris veneritis[41], ta-
men auctoritate veſtra reſp. exſurget, & in aliquo
ſtatu tolerabili conſiſtet. Sunt enim permulta,
quibus erit medendum[42], etiam ſi reſp. ſatis eſſe
videbitur ſceleribus[43] hoſtium liberata. Vale.

27. proxime futuram eſſe. 28 excellentius. 29. viciſſemus hoſtes. 30. in tanto. 31. apud ciues. 32. in quanto odio. 33. Antonius. 34. excitauit bellum. 35. Lepidus. 36. Lepido. 37. Brutum & Plancum. 38. dubia, incerta. 39. poſita. 40. proxime. 41. in Italiam. 42. denen man billig abhelffen muſs. 43. a ſceleribus.

## XI.

## C. CASSIVS PROCOS. M. T. C. S. P. D.

*A quibus copias acceperit ſignificat, ſeque & rempublicam commendat.*

S.V.B.

Digitized by Google

S.V.B.E.E.Q.V[1]. In Syriam me profectum eſſe
ſcito[2] ad L. Murcum & Q. Criſpum imperatores.
Viri[3] fortes optimique ciues, poſteaquam audie- 2
runt, quae Romae gererentur, exercitus mihi
tradiderunt: ipſique mecum vna[4] fortiſſimo ani-
mo remp. adminiſtrant. Item legionem, quam
Q. Caecilius Baſſus habuit, ad me veniſſe ſcito:
quatuorque legiones, quas A. Allienus ex Aegy-
pto eduxit, traditas ab eo mihi eſſe ſcito. Nunc 3
te cohortatione non puto indigere, vt nos[5] ab-
ſentes, remque publicam, quantum in te eſt, de-
fendas. Scire te volo, firma praeſidia vobis ſena-
tuique non deeſſe, vt[6] optima ſpe & maximo ani-
mo remp. defendas[7]. Reliqua tecum aget L. 4
Carteius, familiaris meus. Vale. Data nonis Mar-
tiis[8] ex caſtris Taricheis[9].

XI.

1. Si vales bene eſt, ego quidem valeo. 2. ſcire debes. 3. hi. 4. ſimul. 5. me abſentem. 6. adeo vt. 7. defendere poſſis. 8. die VII. Martii. 9. Tarichea oppidum munitum in Palaeſtina.

## XII.
## CASSIVS PROCOS. M. T. C. S. P. D.

*Laudata Ciceronis beneuolentia, commendat ſuam dignitatem ſuosque duces & milites: in Ciliciam contra Dolabellam proficiſci in animo eſſe ſignificat.*

S.V.B.E.E.Q.V. Legi tuas litteras, in quibus mirificum tuum erga me amorem recognoui[1]. Vide-

XII.

1. intellexi, perſpexi.



Digitized by Google

Videbaris enim non ſolum fauere nobis, id quod & noſtri & reipublicae cauſſa ſemper feciſti: ſed etiam [2] grauem curam ſuſcepiſſe [3], vehementerque
2 eſſe de nobis ſollicitus. Itaque, quod te primum exiſtimare putabam, nos oppreſſa repub [4]. quieſcere non poſſe: deinde, cum ſuſpicarere nos moliri [5], quod [6] te ſollicitum eſſe & de ſalute noſtra, & de rerum euentu putabam; ſimul ac legiones accepi, quas A. Allienus eduxerat ex Aegypto, ſcripſi ad te, tabellariosque complures Romam miſi.
3 Scripſi etiam ad ſenatum litteras, quas reddi [7] vetui [8] prius, quam tibi recitatae [9] eſſent: ſi forte mei [10] obtemperare mihi voluerint. Quod ſi litterae perlatae non ſunt, non dubito, quin Dolabella, qui nefarie Trebonio occiſo [11], Aſiam occupavit, tabellarios meos deprehenderit, litterasque
4 interceperit. Exercitus omnes, qui in Syria fuere, teneo [12]. Habeo paullulum morae [13], dum [14] promiſſa [15] militibus perſoluo. Nunc iam ſum ex-
5 peditus [16]. A te peto, vt dignitatem meam commendatam tibi habeas, ſi [17] me intelligis nullum neque periculum, neque laborem patriae denegaſſe: ſi contrà importuniſſimos latrones [18] arma cepi, te hortante & auctore [19]: ſi non ſolum exercitum ad rempub. libertatemque defendendam compa-

2. videbaris. 3. in te. 4. poſtquam oppreſſa ſit reſp. 5. me copias colligere. 6. quia. 7. exhiberi Senatui. 8. prohibui. 9. praelectae. 10. meine Leuthe. 11. poſtquam Trebonius nefarie eſt occiſus. 12. habeo in mea poteſtate. 13. id me aliquo modo impedit. 14. donec. 15. promiſſam pecuniam. 16. ab hoc negotio. 17. ſi modo. 18. rebelles Antonium, Lepidum & alios. 19. ſuaſore.

20. quos

Digitized by Google

comparaui, ſed etiam crudeliſſimis tyrannis eri-
pui. Quos ſi occupaſſet[20] Dolabella, non ſolum 6
aduentu[21], ſed etiam opinione & exſpectatione
exercitus ſui, Antonium confirmaſſet[22]. Quas 7
ob res milites tuere[23], ſi eos mirifice[24] de repub.
meritos eſſe animaduertis: & effice, ne quem
poeniteat, rempub. quam ſpem praedae & rapi-
narum ſequi maluiſſe[25]. Item Murci & Criſpi im- 8
peratorum dignitatem, quantum eſt in te tuere[26].
nam Baſſus miſere[27] noluit mihi legionem trade-
re. Quod niſi milites, inuito eo[28], legatos ad me
miſiſſent, clauſam Apameam[29] tenuiſſet, quoad[30]
vi eſſet expugnata. Haec a te peto, non ſolum 9
reipub. quae tibi ſemper fuit cariſſima, ſed etiam
amicitiae noſtrae nomine, quam confido apud te
plurimum poſſe[31]. Crede mihi, hunc exercitum, 10
quem habeo, ſenatus atque optimi cuiusque eſſe[32],
maximeque tuum[33]. de cuius voluntate aſſidue
audiendo mirifice te diligit[34], carumque habet.
qui[35] ſi intellexerit commoda ſua curae tibi eſſe,
debere[36] etiam ſe tibi omnia putabit. Litteris 11
ſcriptis[37], audii Dolabellam in Ciliciam veniſſe
cum ſuis copiis: proficiſcar in Ciliciam. quid ege-
rim,

20. quos exercitus Syriacos ſi ad ſe trahere potuiſſet. 21. per aduentum ſuum. 22. verſtärcket. 23. lucri debes. 24. plurimum, bene. 25. maluiſſe ſequi ſalutem reipublicae, quam praedae & rapinarum ſpem. 26. debes tueri. 27. turpiter. 28. contra voluntatem Baſſi. 29. vrbem Syriae. 30. donec. 31. efficere. 32. ſtudioſiſſimum. 33. tui ſtudioſiſſimum. 34. exercitus te diligit mirifice, quoniam aſſidue audit de tua propenſa voluntate. 35. exercitus. 36. zu dancken haben. 37. cum hae litterae eſſent ſcriptae.


Digitized by Google

rim, celeriter vt ſcias, dabo operam. Ac velim[38], vt meremur de repub. ſic felices ſimus[39]. Fac valeas, mequé ames. Nonis Maii[40] ex caſtris.

38. opto. 39. vt ita felices ſimus, quemadmodum meremur de rep. 40. die VII. Maii.

## XIII.

## CASSIVS Q. M. CICERONI S. D.

*Gratulatur de Mutinenſi victoria, & res a ſe geſtas exponit.*

S. V. B. E. E. Q. V. Cum reipub. vel ſalute vel victoria gaudemus; tum inſtauratione[1] tuarum laudum, quod[2] maximus conſularis maximum conſulem te ipſe viciſti, & laetamur & mirari ſatis non
2 poſſumus. Fatale neſcio quid tuae virtuti datum[3]: idque ſaepe experti ſumus. Eſt enim tua toga[4] omnium armis felicior. quae[5] nunc quoque nobis paene victam remp. ex manibus hoſtium eripuit
3 ac reddidit[6]. Nunc ergo viuemus liberi: nunc te, omnium maxime ciuis[7] & mihi cariſſime, id quod maxime reipub. tenebris[8] comperiſti, nunc te habebimus teſtem noſtri & in te & in coniunctiſſimam tibi rempub. amoris: & quae ſaepe pollicitus es, te & taciturum[9], dum ſeruiremus, & dicturum[10] de me tum, cúm mihi profutura eſſent, nunc illa

XIII.

1. renouatione. 2. quoniam tu. 3. neſcio quid ſingulare & quaſi fatale datum ſit tuae virtuti. 4. artes ciuiles, & prudentia in toga. 5. toga. 6. reſtituit. 7. qui maximus es omnium ciuium. 8. in tenebris & bello ciuili, dominante Caeſare. 9. eſſe. 10. eſſe.

11. iuxta

Digitized by Google

la non ego quidem dici tantopere deſiderabo,
uam ſentiri a te ipſo. Neque enim omnium iudi- 4
io malim me a te commendari, quam ipſe tuo iu-
icio [11] digne [12], ac mereor [13], commendatus eſſe:
t haec nouiſſima [14] noſtra facta non ſubita [15], nec
ıconuenientia, ſed ſimilia illis cogitationibus,
uarum tu teſtis es, fuiſſe iudices; meque ad opti-
ıam ſpem patriae non minimum tibi ipſi produ-
endum [16] putes. Sunt tibi, M. Tulli, liberi, pro- 5
inquique digni quidem te [17], & merito tibi cariſſi-
ni: eſſe etiam debent in repub. proxime [18] hos ca-
i, qui ſtudiorum tuorum ſunt aemuli [19]: quorum
ſſe cupio tibi copiam [20]: ſed tamen non maxima
ne turba puto excludi [21], quo minus tibi vacet [22]
ne excipere [23], & ad omnia, quae velis, & probes,
roducere [24]. Animum tibi noſtrum fortaſſe pro- 6
auimus [25]: ingenium diutina ſeruitus certe, qua-
ecunque eſt, minus tamen, quam erat, paſſa eſt
ideri [26]. Nos ex ora maritima Aſiae prouinciae, 7
x ex inſulis, quas potuimus, naues deduximus.
lelectum remigum [27], magna contumacia ciuita-
tum [28],

11. iuxta tuum iudicium. 12. würdig. 13. vti me-
eor. 14. ea quae nuperrime fecimus. 15. temeraria.
6. & putes, me producendum eſſe a te ipſo ad publicam
audem, qui non ſum minimus ad optimam ſpem patriae.
17. tuo nomine. 18. proximi his. 19. imitatores. 20.
quorum imitatorum cupio vt habeas copiam. 21. non
amen puto me excludi ab hac turba amicorum tuorum.
22. tempus tibi ſuperſit. 23. in amicitiam tuam. 24.
promouere, vſurpare. 25. gefällig gemacht. 26. cer-
e diutina ſeruitus minus, quam par erat, paſſa eſt, vt con-
ſpiceretur noſtrum ingenium, qualecunque illud ſit.
27. delectos remiges.

28. licet

Digitized by Google

8 tum[28], tamen ſatis celeriter habuimus[29]. Secuti
ſumus claſſem Dolabellae, cui Lucilius praeerat:
qui ſpem ſaepe tranſitionis praebendo, neque vn-
quam non decedendo, nouiſſimè Corycum[30] ſe
9 contulit, & clauſo portu ſe tenere coepit. Nos
illa relicta[31], quod[32] & in caſtra peruenire ſatius
eſſe putabamus, & ſequebatur claſſis altera, quam
anno priore in Bithynia Tillius Cimber compara-
rat, cui Turulius Quaeſtor praeerat, Cyprum[33]
petiuimus. Ibi, quae cognouimus, ſcribere ad vos
10 quam celerrime voluimus. Dolabellam vt[34] Tar-
ſenſes, peſſimi[35] ſocii, ita Laodiceni multo amen-
tiores[36] vltro[37] accerſierunt[38]: ex quibus vtriſ-
que ciuitatibus, Graecorum militum numero[39],
ſpeciem exercitus effecit. Caſtra habet ante oppi-
dum Laodiceam poſita: & partem muri demoli-
11 tus[40] eſt, & caſtra oppido coniunxit. Caſſius no-
ſter cum decem legionibus, & cohórtibus viginti
auxiliariis, & quatuor millium equitatu, a millibus
paſſuum viginti, caſtra habet poſita Πάλτῳ[41], &
12 exiſtimat ſe ſine proelio poſſe vincere. Nam iam
ternis tetradrachmis[42] triticum penes Dolabellam
eſt[43]: niſi quid[44] nauibus[45] Laodicenorum ſup-
13 portarit, cito fame pereat[46] neceſſe eſt. Ne[47] ſup-
porta-

28. licet ciuitates magnam in ea re contumaciam nobis oſtenderent. 29. parauimus. 30. vel Lyciae vel Ciliciae oppidum. 31. poſtquam hanc vrbem reliquimus. 32. quoniam. 33. inſulam. 34. quemadmodum. 35. infideles. 36. ſtolidiores. 37. ſponte ſua. 38. iuſſerunt vt ad ſe veniret. 39. per numerum. 40. eingeriſſen. 41. Paltus oppidum Syriae. 42. duodecim drachmis. 43. venditur, conſtat. 44. tritici aliquid. 45. in nauibus. 46. vt. 47. ne autem.

48. effi-

Digitized by Google

portare poſſit, & Caſſii claſſis bene magna, cui praeeſt Sextilius Rufus, & tres, quas nos adduximus, ego, Turulius, & Patiſcus, facile praeſtabunt[48]. Et volo bene ſperare, & rempub. vt & vos iſtic expediiſtis[49], ita pro noſtra[50] parte celeriter iter nobis expediri[51], poſſe confidere. Vale. Data idibus Iunii[52] Cypro, a Crommyu acride[53].

48. efficient. 49. quemadmodum vos Romae omnia paraſtis. 50. was vns betrifft. 51. facile reddi. 52. die XIII. Iunii. 53. Κρόμμυον promontorium Cypri; & ἄκρις, cacumen montis.

## XIV.
## LENTVLVS CICERONI SVO S. P. D.

*Exponit res a ſe geſtas Rhodios accuſat: procurationem Aſiae petit: merita ſua in remp. commemorat.*

CVm Brutum noſtrum conueniſſem[1], eumque tardius in Aſiam venturum[2] animaduerterem; in Aſiam redii, vt reliquias mei laboris colligerem[3]; & pecuniam quamprimum Romam mitterem. In- 2
terim cognoui in Lycia eſſe claſſem Dolabellae, amplius quam centum naues onerarias[4], in quas exercitus eius imponi poſſet: idque Dolabellam ea mente[5] comparaſſe, vt, ſi Syriae ſpes eum fruſtrata eſſet[6], conſcenderet in naues, & Italiam peteret[7], ſeque cum Antoniis & reliquis latronibus coniungeret. Cuius rei[8] tanto in timore fui, 3
vt,

XIV.

1. ad Brutum veniſſem. 2. eſſe. 3. perficerem. 4. Laſt-Schiffe. 5. eo conſilio. 6. ſi non poſſet peruenire in Syriam. 7. in Italiam proficiſceretur. 8. ob quam rem.

9. naues

Digitized by Google

vt, omnibus rebus relictis, cum paucioribus &
minoribus nauibus ad illas[9] ire conatus ſim. quae
res, ſi a Rhodiis non interpellatus[10] eſſem, fortaſ-
ſe tota ſublata eſſet: tamen magna ex parte pro-
4 fligata[11] eſt. Quum quidem claſſis[12] diſſipata eſt,
aduentus noſtri timore[13] milites duceſque effuge-
runt: onerariae omnes ad vnam[14] a nobis ſunt
5 exceptae. Certe, quod maxime timui, videor
etiam conſecutus[15], vt non poſſit Dolabella in Ita-
liam peruenire, nec ſociis ſuis firmatis[16] durius[17]
6 vobis efficere negotium. Rhodii nos & rempub[18].
quam valde deſperauerint, ex litteris, quas publi-
ce miſi, cognoſces. Et quidem multo parcius[19]
7 ſcripſi. Mirari noli. mira eſt eorum[20] amentia:
nec me meae vllae priuatim iniuriae vnquam[21].
malus animus eorum in noſtra ſalute, cupiditas
partium aliarum, perſeuerantia in contemtione[22]
optimi cuiusque, ferenda mihi non fuit. nec ta-
8 men omnes[23] perditos[24] eſſe puto. Sed iidem illi,
qui tum fugientem patrem meum, qui L. Lentu-
lum, qui Pompeium, qui ceteros viros clariſſimos
non receperunt, iidem, tanquam aliquo fato[25], &
nunc aut magiſtratum gerunt, aut eos, qui ſunt in
9 magiſtratu, in ſua habent poteſtate. Itaque ea-
dem

9. naues Dolabellae. 10. impeditus. 11. victa. 12. Dolabellae. 13. propter timorem noſtri aduentus. 14. alle miteinander. 15. eſſe. 16. ſi confirmaſſet ſuos ſocios. 17. difficilius. 18. de nobis & rep. 19. pauciora. 20. Rhodiorum. 21. me commouent contra eos. 22. dum Rhodii optimos quoſque viros perſeuerant contemnere. 23. Rhodios. 24. contumaces. 25. quaſi ſingulari aliquo fato id accidiſſet.



Digitized by Google

dem ſuperbia in prauitate vtuntur[26]. Quorum
improbitatem aliquando retundi[27], & non pati
impunitate augeri[28], non ſolum vtile eſt reip. no-
ſtrae, ſed etiam neceſſarium. De noſtra dignitate 10
velim tibi vt ſemper curae[29] ſit: & quocunque
tempore occaſionem habueris, & in ſenatu & in
ceteris rebus laudi noſtrae ſuffragere[30]. Quum 11
conſulibus decreta eſt Aſia, & permiſſum eſt iis,
vt, dum[31] ipſi venirent, darent negotium[32], qui
Aſiam obtineant: rogo te, petas ab his, vt hanc di-
gnitatem potiſſimum nobis tribuant, & mihi dent
negotium, vt Aſiam obtineam, dum ipſorum al-
teruter[33] venit. Nam quod huc properent in ma- 12
giſtratum[34] venire, aut exercitum mittere, cauſ-
ſam non habent. Dolabella enim in Syria eſt, &
vt tu diuina[35] tua mente proſpexiſti, & praedica-
ſti, dum iſti veniunt, Caſſius eum[36] opprimet. Ex- 13
cluſus enim ab Antiochea[37] Dolabella, & in op-
pugnando[38] male acceptus[39], nulla alia confiſus
vrbe, Laodiceam, quae eſt[40] in Syria, ad mare
ſe contulit. ibi ſpero celeriter eum poenas datu-
rum[41]. Nam neque quo[42] refugiat, habet, neque
diutius ibi poterit tantum exercitum Caſſii ſuſti-
nere[43].

26. itaque Rhodii pergunt in priſtina ſua ſuperbia etiam praui eſſe. 27. puniri. 28. & vt non patiamur, illam augeri per impunitatem. 29. velim, vt tu ſemper curam geras noſtrae dignitatis. 30. des tuum ſuffragium & adiumentum. 31. donec. 32. procurationem prouinciae. 33. einer von beyden. 34. ad prouinciam adminiſtrandam. 35. per tuam diuinatoriam mentem. 36. Dolabellam. 37. vrbe Syriae. 38. cum ipſe oppugnaret hanc vrbem. 39. übel empfangen. 40. ſita. 41. da ſoll er ſeine Hülffe ſchon kriegen. 42. quorſum.



Digitized by Google

nere[43]. Spero etiam confectum[44] eſſe iam &
14 oppreſſum Dolabellam. Quare non puto Panſam
& Hirtium in conſulatu properaturos in prouin-
cias exire, ſed Romae acturos[45] conſulatum[46].
Itaque ſi ab his petieris, vt interea nobis procura-
15 tionem Aſiae dent, ſpero te poſſe impetrare. Prae-
terea mihi promiſerunt Panſa & Hirtius coram, &
abſenti mihi ſcripſerunt, Verrioque noſtro Panſa
adfirmauit, ſe daturum operam, ne in ſuo conſu-
16 latu mihi ſuccedatur[47]. Ego porro non, medius-
fidius, cupiditate[48] prouinciae produci longius
ſpatium[49] mihi volo. nam mihi fuit iſta prouincia
plena laboris, periculi, detrimenti[50]: quae ego ne
fruſtra ſubierim[51], neue prius[52], quam reliquias
meae diligentiae conſequar, decedere cogar, val-
17 de laboro[53]. Nam ſi potuiſſem, quam exegeram
pecuniam[54], vniuerſam mittere, poſtularem vt mi-
18 hi ſuccederetur. Nunc quod Caſſio dedi, quod
Trebonii morte amiſimus, quod etiam crudelitate
Dolabellae, aut perfidia[55] eorum, qui mihi fidem
reique publicae non praeſtiterunt, id conſequi &
reficere[56] volo. quod aliter non poteſt fieri, niſi
ſpatium[57] habuero: id vt per te conſequar, velim,
19 vt ſolet[58], tibi curae ſit. Ego me de repub. puto
eſſe

43. ferre, reſiſtere ei. 44. deuictum. 45. peractu-
ros eſſe. 46. ſuum. 47. ne quis ſucceſſor mihi veniat.
48. ex aliqua. 49. tempus. 50. damni. 51. ne igitur
ego fruſtra ſubierim haec pericula & damna. 52. & ne
prius cogar. 53. ſollicitus ſum. 54. pecuniam mitte-
re, quam exegeram. 55. per eorum perfidiam. 56.
wieder gut machen, erſetzen. 57. tempus ſufficiens.
58. eſſe.

59. ita

Digitized by Google

:ſſe meritum[59], vt non prouinciae iſtius benefi-
:ium exſpectare debeam: ſed tantum[60], quantum
Caſſius & Bruti[61], non ſolum illius facti periculi-
que ſocietate[62], ſed etiam huius temporis ſtudio
& virtute[63]. Primus enim ego leges Antonias[64] 20
regi[65]: primus equitatum Dolabellae ad rempub.
raduxi, Caſſioque tradidi: primus delectus[66] ha-
bui pro ſalute omnium contra coniurationem ſce-
eratiſſimam: ſolus Caſſio & reipub. Syriam ex-
:rcitusque qui ibi erant, coniunxi. Nam niſi ego 21
antam pecuniam, tantaque praeſidia[67], & tam
:eleriter Caſſio dediſſem, ne auſus quidem eſſet
re in Syriam: & nunc non minora pericula reip.
ı Dolabella inſtarent[68], quam ab Antonio. Atque 22
haec omnia is[69] feci, qui ſodalis[70] & familiariſſi-
nus Dolabellae eram, coniunctiſſimus ſanguine
Antoniis: prouinciam quoque illorum beneficio[71]
habebam: ſed πατρίδα ἐμὴν μᾶλλον φιλῶν[72], omni-
bus meis[73] bellum primus indixi. Haec[74] etſi ad- 23
huc non magnopere mihi tuliſſe fructum[75] ani-
naduerto; tamen non deſpero, nec defatigabor
permanere non ſolum in ſtudio libertatis, ſed
:tiam in labore & periculis. Attamen ſi etiam ali- 24
qua[76]

59. ita bene meritum. 60. ſed puto, me tantum eſſe
neritum. 61. duo fratres. 62. per ſocietatem
illius facti, quo Caeſarem occiderunt, & ego quoque
illorum ſocius fui. 63. ſed etiam dum hoc tempore ſtu-
dium & virtutem meam vobis oſtendo. 64. ab Antonio
latas. 65. abrogaui, reieci. 66. delectum militum.
67. auxilia, copias. 68. imminerent. 69. ego ille. 70.
ſocius, amicus 71. per illorum beneficium. 72. pa-
triam meam magis amans. 73. amicis. 74. omnia mea
facta. 75. vtilitatem.

 76. per-

Digitized by Google

qua[76] gloria iuſta & merita prouocabimur[77], ſenatus & optimi cuiuſque officiis[78]: maiore cum auctoritate apud ceteros erimus, & eo plus pro-
25 deſſe reipub. poterimus. Filium tuum, ad Brutum cum veni, videre non potui, ideo quod[79] iam in hiberna cum equitibus erat profectus: ſed, medius fidius, ea[80] eſſe eum opinione, & tua, & ipſius, & inprimis mea cauſſa gaudeo. Fratris enim loco mihi eſt[81], qui ex te natus, teque[82] dignus eſt. Vale. D. IIII. kal. Iun[83]. Pergae.

76. per aliquam. 77. excitabimur. 78. per officia. 79. quia. 80. in tam bona. 81. filii tui. 82. tuo nomine. 83. die xxix. Maii.

## XV.

## P. LENTVLVS P. F. PROQVAESTOR PROPR. COSS. PRAETT. TRIBB. PL. SEN. P. Q. R. S. P. D.

*Res a ſe geſtas publice memorat: in Rhodios inuehitur: de Dolabella grata narrat.*

SI valetis, liberique V. V[1]. B. E. E. V. Scelere[2] Dolabellae oppreſſa Aſia in proximam[3] prouinciam Macedoniam, praeſidiaque reipub. quae M. Brutus vir clariſſimus tenebat, me contuli: & id egi, vt per quos celerrime poſſet[4], Aſia prouincia, vectigaliaque in veſtram poteſtatem redigerentur.
2 Quod cum pertimuiſſet Dolabella, vaſtata prouincia[5], correptis vectigalibus, praecipue ciuibus Roma-

XV.

1. Veſtri valetis, bene eſt, ego valeo. 2. cum Aſia oppreſſa eſſet per ſcelus Dolabellae. 3. Aſiae. 4. id fieri. 5. cum eſſet prouincia deuaſtata.

6. ſpo-

Digitized by Google

Romanis crudeliſſime denudatis[6] ac diuenditis,
celeriusque Aſia exceſſiſſet, quam eo[7] praeſidium
adduci potuiſſet; diutius morari[8], aut exſpectare
praeſidium non neceſſe habui: & quamprimum
ad meum officium reuertendum mihi eſſe exiſti-
maui, vt re aliqua[9] vectigalia exigerem, & quam
depoſui pecuniam, colligerem: quidquid ex ea[10]
correptum eſſet[11], aut quorum id culpa accidiſſet,
cognoſcerem[12] quamprimum, & vos de omni re
facerem certiores. Interim cum per Inſulas in 3
Aſiam nauiganti mihi nuntiatum eſſet, claſſem Do-
labellae in Lycia eſſe, Rhodiosque naues complu-
res inſtructas & paratas in aqua[13] habere; cum
his nauibus, quas aut mecum adduxeram, aut
comparauerat Patiſcus proquaeſtor[14], homo mihi
cum familiaritate, tum etiam ſenſibus[15] in repub.
coniunctiſſimus, Rhodum reuerti, confiſus aucto-
ritate veſtra, ſenatusque conſulto, quo hoſtem Do-
labellam iudicaratis: foedere quoque, quod cum
his[16] M. Marcello[17], Ser. Sulpicio coss[18]. reno-
vatum erat, quo iurauerant Rhodii eosdem ho-
ſtes ſe habituros[19], quos S.P.Q.R[20]. quae res nos
vehementer fefellit. Tantum enim abfuit, vt illo- 4
rum praeſidio[21] noſtram firmaremus[22] claſſem, vt
etiam a Rhodiis vrbe, portu, ſtatione[23], quae ex-
tra

6. ſpoliatis. 7. in Aſiam. 8. ibi. 9. per rem ali-
quam, aliquo modo. 10. prouincia. 11. direptum eſ-
ſet ab hoſtibus. 12. vt cognoſcerem. 13. mari. 14.
qui officium Quaeſtoris peragit. 15. ſententiis. 16.
Rhodiis. 17. a Marcello. 18. Conſulibus. 19. eſſe.
20. quos Senatus Populusque Romanus hoſtes haberent.
21. Rhodiorum auxilio. 22. firmare poſſemus. 23.
Lager.



Digitized by Google

tra vrbem eſt, commeatu[24], aqua[25] denique, prohiberentur noſtri milites: nos vix ipſi ſingulis cum

5 nauigiolis[26] reciperemur. Quam indignitatem[27], diminutionemque maieſtatis non ſolum iuris[28] noſtri, ſed etiam imperii populique R. idcirco tulimus[29], quod[30] interceptis litteris cognoramus, Dolabellam, ſi deſperaſſet de Syria Aegyptoque, quod neceſſe erat fieri, in naues cum omnibus ſuis latronibus atque omni pecunia conſcendere eſſe

6 paratum, Italiamque petere[31]. Idcirco etiam naves onerarias, quarum minor nulla erat duum[32] millium amphorarum[33], contractas in Lycia, a

7 claſſe eius obſideri. Huius rei timore[34], patres conſcripti, percitus[35], iniurias[36] perpeti, & cum contumelia etiam noſtra omnia prius experiri malui. Itaque ad illorum voluntatem introductus in vrbem & in ſenatum eorum[37] quam *diligentiſ*ſime potui cauſſam reipub. egi, periculumque omne, quod inſtaret, ſi ille latro[38] cum omnibus

8 ſuis naues conſcendiſſet, expoſui. Rhodios autem tanta in prauitate animaduerti, vt omnes firmiores putarent, quam bonos[39], vt hanc concordiam & conſpirationem[40] omnium ordinum ad defendendam libertatem, propenſe[41] non crederent

24. Prouiſion. 25. ab aquatione, von der Abholung des ſüſſen Waſſers. 26. mit kleinen Bootgen. 27. Vnbilligkeit, Tort. 28. iurisdictionis. 29. patienter. 30. quoniam ex. 31. in Italiam proficiſci. 32. duarum. 33. Tonnen. 34. ob timorem igitur huius rei. 35. ego commotus. 36. a Rhodiis mihi factas. 37. Rhodiorum. 38. Dolabella. 39. vt putarent, omnes Romae magis firmos & conſtantes eſſe, quam bonos. 40. Einmüthigkeit. 41. ex voluntate libera.

42. ciuis.

Digitized by Google

rent eſſe factam: vt patientiam ſenatus & optimi cuiusque[42] manere etiam nunc confiderent, nec potuiſſe audere quemquam Dolabellam hoſtem iudicare: vt denique omnia, quae improbi fingebant, magis vera exiſtimarent, quam quae vere facta erant, & a nobis docebantur[43].
9 Qua mente[44] etiam ante noſtrum aduentum poſt Trebonii indigniſſimam[45] caedem, ceteraque tot tamque nefaria facinora, binae profectae erant ad Dolabellam legationes eorum[46]: & quidem nouo exemplo, contra leges ipſorum, prohibentibus iis[47], qui tum magiſtratus[48] gerebant.
10 Haec ſiue timore[49], vt dictitant[50], de agris[51], quos in continenti[52] habent, ſiue furore[53], ſiue potentia[54] paucorum (qui & antea pari contumelia viros clariſſimos adfecerant; & nunc maximos magiſtratus gerentes) nullo exemplo, neque noſtra ex parte, neque noſtro praeſentium[55], neque imminenti Italiae vrbique noſtrae periculo, ſi ille parricida[56] cum ſuis latronibus, nauibus ex Aſia Syriaque expulſus Italiam petiiſſet, mederi[57], cum facile poſſent, noluerunt.
11 Nonnullis etiam ipſi magiſtratus veniebant in ſuſpicionem, detinuiſſe nos, & demorati eſſe[58], dum claſſis Dolabellae certior fieret de aduentu noſtro. Quam ſuſpicionem conſecutae[59] res aliquot auxerunt:

42. ciuis. 43. oſtendebantur. 44. In welcher Intention. 45. iniquiſſimam. 46. Rhodiorum. 47. dum prohibebant has legationes. 48. in vrbe. 49. ex timore. 50. Rhodii. 51. ſuis. 52. auf dem feſten Land. 53. ex aliquo furore. 54. ob potentiam. 55. qui tum eramus praeſentes. 56. Dolabella, qui Trebonium occidit. 57. abhelffen. 58. quod illi detinuiſſent & morati eſſent nos. 59. res aliquot, quae ſunt ſequutae.



Digitized by Google

xerunt: maxime quod[60] ſubito ex Lycia Sex.
Marius, & C. Titius legati Dolabellae a claſſe diſ-
ceſſerunt, nauique longa profugerunt, onerariis
relictis[61], in quibus colligendis non minimum
12 temporis, laborisque conſumſerunt. Itaque cum a
Rhodo cum iis, quas habueramus, nauibus in Ly-
ciam veniſſemus, naues onerarias recepimus, do-
minisque[62] reſtituimus: idemque, quod maxime
verebamur, ne poſſet Dolabella cum ſuis latroni-
bus in Italiam venire, timere deſiimus: claſſem fu-
gientem perſecuti ſumus vsque Sidam[63], quae ex-
13 trema regio eſt prouinciae meae. Ibi cognoui,
partem nauium Dolabellae diffugiſſe, reliquas Sy-
riam Cyprumque petiiſſe. quibus disiectis[64], cum
ſcirem C. Caſſii ſingularis ciuis & ducis claſſem
maximam fore praeſto[65] in Syriam, ad meum of-
ficium reuerti: daboque operam, vt meum ſtu-
dium, diligentiam vobis P. C[66]. reique publicae
praeſtem[67], pecuniamque quam maximam pote-
ro, & quam celerrime cogam[68], omnibusque cum
14 rationibus[69] ad vos mittam. Si percurrero pro-
vinciam, & cognouero, qui vobis & reip. fidem
praeſtiterunt in conſeruanda pecunia a me depo-
ſita, quique ſcelere[70] vltro deferentes pecuniam
publicam hoc munere[71] ſocietatem facinorum
15 cum Dolabella inierunt, faciam vos certiores. De
quibus,

60. qnoniam. 61. dum reliquerunt naues onerarias. 62. nauium. 63. oppidum Pamphiliae cum portu. 64. poſtquam igitur disieceram naues Dolabellae. 65. adventuram eſſe. 66. Patres conſcripti. 67. oſtendam reapſe. 68. colligam. 69. Rechnungen. 70. per ſcelus, aus Bosheit. 71. dono.

72. pla-

quibus, ſi vobis videbitur[72], ſi, vt meriti ſunt, gra-
viter[73] conſtitueritis, nosque veſtra auctoritate
firmaueritis, facilius & reliqua exigere vectigalia,
& exacta[74] ſeruare[75] poterimus. Interea quo 16
commodius[76] vectigalia tueri, prouinciamque ab
iniuria[77] defendere poſſim, praeſidium neceſſa-
rium voluntariumque comparaui. His litteris 17
ſcriptis[78] milites circiter xxx, quos Dolabella ex
Aſia conſcripſerat[79], e Syria fugientes in Pam-
phyliam venerunt: hi nuntiauerunt, Dolabellam
Antiocheam[80], quae in Syria eſt, veniſſe: non re-
ceptum[81], conatum eſſe aliquoties vi[82] introire,
repulſum ſemper eſſe cum magno ſuo detrimen-
to. Itaque centum circiter amiſſis[83], aegris reli- 18
ctis[84], noctu Antiochea[85] profugiſſe Laodiceam
verſus. Ea nocte omnes fere Aſiaticos milites ab 19
eo diſceſſiſſe: ex his ad octingentos Antiocheam
rediiſſe, & ſe iis tradidiſſe, qui a Caſſio relicti, vrbi
illi praeerant[86]: ceteros per Amanum[87] in Cili-
ciam deſcendiſſe[88], quo ex numero ſe[89] quoque
eſſe dicebant: Caſſium autem cum ſuis omnibus
copiis nuntiatum eſſe, quatridui iter Laodicea ab-
fuiſſe tum, cum Dolabella eo tenderet[90]. Quam- 20
obrem opinione celerius[91] confido ſceleratiſſi-
mum

72. placebit. 73. grauem poenam. 74. vectigalia.
75. conſeruare. 76. vt eo commodius. 77. hoſtium.
78. cum hae litterae eſſent ſcriptae. 79. collegerat.
80. vrbem. 81. eſſe. 82. per vim. 83. cum circiter
centum ſuorum militum amiſiſſet. 84. & aegros poſt ſe
reliquiſſet. 85. ab Antiochea. 86. in der Stadt com-
mandireten. 87. montem. 88. deueniſſe, profugiſſe.
89. milites iſtos profugos. 90. proficiſceretur. 91.
celerius quam putamus.



Digitized by Google

mum latronem[92] poenas daturum. IIII. nonas Iunias[93], Pergae[94].

92. Dolabellam. 93. die 2. Iunii. 94. vrbs Pamphyliae.

## XVI.

## TREBONIVS CICERONI.

*Ciceroni patri gratulatur de filio, quem optimis ſtudiis deditum Athenis offenderat. Verſus mittit, in ciuem improbum a ſe conſcriptos: & in libro de Caeſaris interitu ſui petit rationem habeat. Scripta Antonio & Dolabella coss.*

S.V.B.E. Athenas veni ad d. XI. Calend. Iunii[1]: atque ibi, quod maxime optabam, vidi filium tuum deditum optimis ſtudiis[2], ſummaque mode-
2 ſtiae fama[3]. Qua ex re quantam voluptatem[4] ceperim, ſcire[5] potes etiam me tacente[6]. non enim neſcis[7] quanti te faciam[8]: & quam[9] pro noſtro veterrimo veriſſimoque amore[10] omnibus[11] tuis etiam minimis commodis, non modo tanto bo-
3 no[12], gaudeam. Noli putare, mi Cicero, me hoc auribus tuis dare[13]. Nihil adoleſcente tuo[14], atque

XVI.

1. die XXII. Maii. 2. diligenter ſtudiis incumbentem. 3. & qui magnam laudem modeſtiae apud omnes habebat. 4. Vergnügung, gaudium, delectationem. 5. intelligere facile potes. 6. etſi ego id non dicam ſeu ſcribam. 7. bene ſcis, tibi non obſcurum eſt. 8. amem, aeſtimem. 9. quam vehementer. 10. iuxta amorem inter nos ſincerum & antiquiſſimum. 11. in omnibus. 12. de tanta tua felicitate, quae tibi contigit. 13. ac ſi tibi abblandirer, & aliquid ſcribere vellem iucundum auditu. 14. filio tuo.

15. qui

Digitized by Google

que adeo noſtro[15] (nihil enim mihi a te poteſt eſſe ſeiunctum[16]) aut amabilius omnibus[17] iis, qui Athenis ſunt, eſt: aut ſtudioſius[18] earum[19] artium, quas tu maxime amas, hoc eſt, optimarum. Itaque 4
tibi, quod vere[20] facere poſſum, libenter quoque gratulor, nec minus etiam nobis[21], quod[22] eum, quem neceſſe erat diligere[23], qualiscunque[24] eſſet, talem habemus, vt libenter quoque diligamus.
Qui cum[25] mihi in ſermone iniecisset, ſe velle A- 5
ſiam viſere[26], non modo inuitatus[27], ſed etiam rogatus eſt a me, vt id[28] potiſſimum nobis obtinentibus prouinciam[29] faceret. cui nos & caritate & amore tuum officium praeſtaturos non debes dubitare[30]. Illud quoque erit nobis curae[31], vt Cra- 6
tippus[32] vna cum eo ſit[33], ne putes in Aſia feriatum illum[34] ab iis ſtudiis, in quae tua cohortatione incita-

15. qui etiam noſter ſimul filius eſt, propter communem inter nos amicitiam. 16. omnia enim noſtra ſunt nobis communia. 17. nihil eſt amabilius, quam adoleſcens tuus inter omnes eos ſtudioſos. 18. nihil eſt etiam ſtudioſius, quam filius tuus. 19. in iis artibus. 20. mit Grund der Warheit. 21. gratulor. 22. quoniam filium tuum. 23. quem nos oportebat tamen diligere. 24. er möchte ſich auch halten wie er wollte. 25. cum igitur filius tuus inter colloquendum dixiſſet. 26. perluſtrare, permigrare. 27. erſuchet. 28. hoc iter faceret. 29. eo praeſertim tempore, quo ego in prouincia eſſem cum imperio Conſulari. 30. non debes dubitare, nos eſſe praeſtituros tuum, id eſt, paternum officium, per amorem & caritatem. 31. ego quoque id curabo. 32. Philoſophus Peripateticus Athenis. 33. ſimul cum filio tuo proficiſcatur. 34. filium tuum feriatum futurum, id eſt ferias habiturum eſſe.



Digitized by Google

7 incitatur [35], futurum. Nam illum paratum [36] vt video, & ingreſſum pleno gradu [37], cohortari non intermittemus: quo in dies [38] longius diſcendo ex-
8 ercendoque [39] ſe procedat. Vos quid ageretis in rep. cum has litteras dabam [40], non ſciebam. Audiebam quaedam turbulenta [41], quae ſcilicet cupio [42] eſſe falſa, vt aliquando otioſa [43] libertate fruamur, quod vel [44] minime adhuc mihi contigit.
9 Ego tamen nactus [45] in nauigatione noſtra puſillum laxamenti [46], concinnaui [47] tibi [48] munuſculum [49] ex inſtituto meo [50]: & dictum [51], cum magno noſtro honore a te dictum [52], concluſi [53], &
10 tibi infra ſubſcripſi [54]. In quibus verſiculis ſi tibi quibusdam [55] verbis εὐθυῤῥημονέστερος [56] videbor, turpitudo [57] perſonae eius [58], in quam liberius [59] inuehimur [60], nos vindicabit [61]. Ignoſces etiam *iracun-*

35. ad quae ſtudia ille excitatur per tuam adhortationem. 36. nam nos non intermittemus cohortari illum paratum ſeu promtum ad diligentiam. 37. & qui coepit ire in via ſtudiorum pleno gradu. *Summo gradu* dicitur, nur ſo obenhin, wie der Hahn über die Kohlen. 38. in ſingulos dies, vt quotidie. 39. dum ſemper aliquid diſcit, & animum linguamque exercet. 40. ſcribebam. 41. de motibus Romae factis poſt occiſum Caeſarem. 42. opto. 43. pacata, tranquilla. 44. certe, ſane. 45. poſtquam accepi. 46. paululum otii. 47. ſcripſi, elaboraui, comparaui. 48. pro te, in honorem tuum. 49. litterarium. 50. pro more meo, vt ego ſoleo. 51. dictum illud, quo comprobauiſti meum factum. 52. pronuntiatum. 53. in fine libelli mei poſui. 54. aſſenſum praebui, vel, nomini tuo nomen etiam meum ſubſcripſi. 55. in verbis. 56. apertior, liberior in loquendo. 57. flagitium, ſcelus. 58. Caeſaris, vel Antonii. 59. paullo. 60. de qua loquimur, quam accuſamus. 61. nos liberabit a reprehenſione.

62. tam

Digitized by Google

iracundiae noſtrae, quae iuſta eſt in eiusmodi [62] & homines & ciues. Deinde qui magis hoc Lucilio 11
licuerit adſumere libertatis [63], quam nobis? cum etiam ſi odio par [64] fuerit in eos, quos laeſit [65], tamen certe non magis dignos habuerit [66], in quos
tanta libertate verborum incurreret [67]. Tu, ſicut 12
mihi pollicitus es, adiunges me quamprimum ad tuos ſermones [68]. Namque illud non dubito, quin, ſi quid de interitu Caeſaris ſcribas, non [69] patiaris me minimam partem & rei [70] & amoris tui ferre. Vale, & matrem meosque tibi commendatos habe. VIII. kalend [71]. Iunias, Athenis.

62. tam malos. 63. an vero Lucilius debuerit ſibi aſſumere maiorem libertatem dicendi, quam ego? 64. etiamſi ille mihi par ſeu ſimilis fuerit, quod attinet odium erga eos. 65. in quos Lucilius acerbe ſcripſit. 66. doch glaube ich, er würde ſie gleich ſo würdig geachtet haben. 67. quos adgrederetur ſermone acerbo. 68. mentionem mei facies in libris tuis. 69. quod paſſurus non ſis, vt ego feram minimam partem amoris tui. 70. ſtatus publici. 71. die XXV. Maii.

## XVII.
## CORNIFICIO COLLEGAE S. D.

*Cornificio Africae praefecto de Syriaco tumultu, & urbano otio ſeu negotiorum ceſſatione ſcribit. Librum de optimo genere dicendi commendat, & ſuum ipſi ſtudium confirmat.*

GRata mihi eſt vehementer memoria noſtri tua [1], quam

XVII.
1. Gratum mihi eſt vehementer, quod adhuc mei memor es.

2. per

Digitized by Google

quam ſignificaſti litteris[2]: quam[3] vt conſerues, non quod[4] de tua conſtantia dubitem, ſed quia
2 mos[5] eſt ita rogandi, rogo. Ex Syria nobis tumultuoſiora[6] quaedam nuntiata ſunt: quae, quia tibi ſunt propiora, quam nobis, tua me cauſſa[7] ma-
3 gis mouent[8], quam mea[9]. Romae ſummum otium eſt: ſed ita, vt malis[10] ſalubre[11] aliquod & honeſtum negotium: quod ſpero fore. video id curae eſſe Caeſari[12]. Me ſcito[13], dum tu abſis, quaſi occaſionem quandam & licentiam *nactum*[14] ſcribere audacius[15]: & cetera quidem fortaſſe[16], quae
4 etiam tu[17] concederes[18]. Sed proxime[19] ſcripſi[20] de optimo genere dicendi: in quo[21] ſaepe ſuſpicatus ſum[22] te a iudicio[23] noſtro ſic ſcilicet, vt doctum hominem a non indocto[24], paullulum diſ-
5 ſidere[25]. Huic tu libro maxime velim ex animo, ſi minus, gratiae cauſſa ſuffragere[26]. Dicam *tuis*[27]: vt eum[28], ſi velint, deſcribant, adteque mittant.

puto

2. per litteras tuas indicaſti. 3. memoriam mei. 4. ac ſi. 5. ita ſoleo rogare. 6. aliqua de ortis tumultibus & ſeditionibus. 7. propter te. 8. me coniiciunt in timorem & curam. 9. cauſſa, propter me. 10. tu magis cupias, vt aliquis magis optet. 11. vtile patriae. 12. Caeſarem id agere. 13. ſcito, me ſcribere audacius, dum tu abes, quia nactus ſum quaſi occaſionem & licentiam ſcribendi. 14. qui accepi. 15. maiori cum audacia. 16. me ita ſcribere. 17. tanquam Cenſor publicus. 18. adprobares. 19. nur ohnlängſt. 20. librum. 21. libro. 22. putaui, conieci. 23. ab opinione mea. 24. ita ſcilicet, quemadmodum tu doctus vir a me, viro etiam non indocto, ſoles diſſentire. 25. diſſentires. 26. vehementer opto, vt tu adprobes hunc libellum, ſi minus ex animo, ſaltim tamen gratiae cauſſa, mir zu gefallen, & propter amicitiam noſtram. 27. miniſtris, ſeruis. 28. librum meum 29. rem

Digitized by Google

puto enim etiam, ſi rem[29] minus probabis[30], tamen in iſta ſolitudine[31] quidquid a me profectum ſit[32], iucundum tibi fore. Quod mihi exiſtima- 6
tionem[33] tuam, dignitatemque commendas, facis tu quidem omnium more[34]. ſed velim ſic exiſtimes, me[35], cum[36] amori, quem inter nos mutuum eſſe intelligam, plurimum tribuere[37], tum[38] de ſummo ingenio[39] & de optimis tuis ſtudiis, & de ſpe ampliſſimae dignitatis[40] ita iudicare, vt neminem tibi anteponam, comparem[41] paucos.

29. rem ipſam, quam tracto. 30. non omnino conſenſu tuo adprobabis. 31. in iſto otio tuo. 32. quicquid a me ſcribitur & ad te venit. 33. honorem. 34. quemadmodum omnes illi nunc facere ſolent, qui abſunt ab vrbe. 35. me tribuere. 36. non ſolum. 37. me inſeruire amori. 38. ſed etiam. 39. me ita iudicare de ſummo tuo ingenio. 40. a te conſequendae. 41. pares tibi habeam, putem, exiſtimem aequales.

## XVIII.

## CICERO CORNIFICIO COLLEGAE S. D.

*Infrequentiam litterarum excuſat: Cornificii prudentiam laudat grauitatemque: praeſentem reip. caſum accuſat cum Caeſaris excuſatione.*

QVod extremum fuit in ea epiſtola, quam a te proxime accepi, ad id primum reſpondebo. Animum aduorti[1] enim, hoc vos[2] magnos oratores[3] facere nonnunquam. Epiſtolas requiris[4] 2
meas: ego autem nunquam, cum mihi denuntiatum

XVIII.

1. obſeruaui enim. 2. vos ſolere hoc facere. 3. qui magni eſtis oratores. 4. deſideras.

3 tum eſſet a tuis ire[5] aliquem, non dedi. Quod mi-
hi videor ex tuis litteris intelligere, te nihil com-
miſſurum[6] eſſe temere: nec ante, quam ſciſſes,
quo[7] iſte neſcio qui Caecilius Baſſus erumperet,
quidquam certi conſtituturum[8]; id ego, & ſpe-
raram prudentia tua fretus: & vt confiderem, fe-
cerunt tuae gratiſſimae mihi litterae. idque vt fa-
cias quam ſaepiſſime, vt & quid tu agas, & quid
agatur[9] ſcire poſſim: & etiam quid acturus ſis,
4 valde te rogo. Etſi periniquo patiebar animo[10],
te a me digredi: tamen eo tempore me conſola-
bar, quod[11] & in ſummum etiam otium[12] te ire
arbitrabar, &, impendentibus magnis negotiis,
5 diſcedere. Vtrumque contra[13] accidit. iſtic[14]
enim bellum eſt exortum: heic[15] pax conſecu-
ta[16]: ſed tamen eiusmodi pax, in qua, ſi *adeſſes*,
multa te non delectarent: ea tamen[17], *quae ne*
6 ipſum Caeſarem quidem delectant. Bellorum
enim ciuilium hi ſemper exitus ſunt, vt non ea ſo-
lum fiant, quae velit victor, ſed etiam, vt iis mos
gerendus[18] ſit, quibus adiutoribus[19] ſit parta vi-
7 ctoria. Equidem ſic iam obdurui[20], vt ludis Cae-
ſaris[21] noſtri aequiſſimo animo viderem T. *Plan-*
8 cum, audirem Laberii & Publii poemata. Nihil
mihi

5. proficiſci ad te. 6. facturum. 7. quorſum. 8. eſſe. 9. ab aliis. 10. etſi admodum moleſte ferebam. 11. quia. 12. in prouinciam maxime tranquillam. 13. ſed in vtroque accidit contrarium. 14. in prouincia tua Africa. 15. Romae. 16. eſt. 17. ſunt in hac pace. 18. obtemperandum ſit. 19. per quorum auxilium. 20. ich bin allbereit dermaſſen ausgehärtet. 21. in ludis, quos Caeſar edidit.

22. quam

Digitized by Google

mihi tam deeſſe ſcito, quam quicum[22] haec[23] familiariter docteque rideam. Is tu eris[24], ſi quam primum veneris[25]. Quod vt facias non mea ſolum, ſed etiam tua intereſſe arbitror. Vale.

22. quam aliquem, cum quo. 23. haec inania. 24. id ergo agam tecum. 25. Romam.

## XIX.

## M. T. C. CORNIFICIO S. D.

*Gratulatur de prouincia Syria, Cornificio a Caeſare tributa. Si bellum ſit Parthicum, vt Bibuli exemplo ſe moenibus includat, per iocum monet.*

Libentiſſime legi tuas litteras: in quibus iucundiſſimum mihi fuit, quod cognoui meas tibi redditas eſſe. Non enim dubitabam, quin eas libenter lecturus eſſes: verebar ne redderentur[1]. Bellum, quod eſt in Syria, Syriamque prouinciam, tibi tributam[2] eſſe a Caeſare, ex tuis litteris cognoui: eandem rem tibi volo bene & feliciter euenire. quod ita fore confido, fretus & induſtria & prudentia tua. Sed de Parthici belli ſuſpicione, quod ſcribis, ſane me commouit[3]. Quantum copiarum haberes, cum ipſe coniectura[4] conſequi poteram, tum ex tuis litteris cognoui. Itaque opto, ne ſe illa gens[5] moueat[6] hoc tempore, dum[7] ad te legiones eae perducantur, quas audio

XIX.

1. ne illae tibi litterae exhiberentur. 2. datam. 3. ad timorem. 4. per coniecturam. 5. Parthorum. 6. ad bellum. 7. donec.

8. ad

Digitized by Google

4 audio duci[8]. Quod ſi pares copias[9] ad confli-
gendum[10] non habebis, non te fugiet[11] vti con-
ſilio M. Bibuli, qui ſe oppido[12] munitiſſimo & co-
pioſiſſimo tamdiu tenuit[13], quamdiu in prouincia
5 Parthi fuerunt. Sed haec melius ex re[14], & ex
tempore[15] conſtitues[16]. Mihi quidem vsque[17]
curae erit, quid agas, dum[18], quidquid egeris, ſcie-
ro. Litteras ad te nunquam habui cui darem, quin
dederim[19]. A te, vt idem facias peto: inprimiſ-
que, vt ita ad tuos ſcribas, vt me tuum[20] ſciant
eſſe.

8. ad te. 9. copias tales, quae pares ſint Parthis. 10. ad proelium. 11. tu ſcies. 12. in. 13. continuit. 14. ex ſtatu rei ipſius. 15. ex opportunitate temporis. 16. diriges. 17. ſemper. 18. donec. 19. nunquam habui aliquem, cui litteras ad te darem, quin ei dederim. 20. amicum.

## XX.

## CICERO CORNIFICIO.

*Iocatur, quod Sinueſſanae villae hoſpitio vti noluerat: & crebras litteras poſcit.*

GRatae mihi tuae litterae[1], niſi[2] quod Sinueſſa-
num diuerſoriolum[3] contemſiſti. quam qui-
dem contumeliam villa puſilla[4] iniquo animo fe-
ret, niſi in Cumano, & Pompeiano[5] reddideris
2 πάντα περὶ πάντων[6]. Sic igitur facies, meque ama-
bis, & ſcripto aliquo laceſſes[7]. Ego enim reſpon-
dere

XX.

1. fuerunt. 2. hoc tamen mihi non gratum eſt. 3. praedium meum prope SinueſſamCampaniae oppidum. 4. hoc meum paruum praediolum. 5. praediis meis. 6. omnia de omnibus, id eſt, omnia plene compenſaueris, quae praetermiſſa ſunt. 7. prouocabis me.

8. qui

Digitized by Google

dere facilius poſſum, quam prouocare. Quod ſi, vt es [8], ceſſabis [9], laceſſam [10]: nec tua ignauia etiam inertiam adferat [11]. plura [12] otioſus [13]. Haec cum eſſem in ſenatu exaraui [14].

8. qui eſt mos tuus. 9. otioſus eris & ignauus in ſcribendo. 10. ego te aggrediar. 11. mihi. 12. ſcribam ad te. 13. quando otium habebo. 14. ſcripſi.

## XXI.

## M. T. C. CORNIFICIO S. D.

*Anicium ſenatorem, eiusque negotia & dignitatem commendat.*

CAius Anicius, familiaris meus, vir omnibus rebus ornatus [1], negotiorum ſuorum cauſſa legatus [2] eſt in Africam legatione libera [3]. eum velim rebus omnibus adiuues [4], operamque des, vt quam commodiſſime ſua negotia conficiat. In primisque, quod ei cariſſimum eſt, dignitatem eius tibi commendo, idque a te peto, quod ipſe [5] in prouincia facere ſum ſolitus non [6] rogatus vt omnibus ſenatoribus lictores [7] darem: quod idem acceperam [8], & cognoueram [9] a ſummis viris factitatum [10]. Hoc igitur, mi Cornifici, facies, ceterisque rebus omnibus eius dignitati, reique [11], ſi me amas, conſules [12]. id erit mihi gratiſſimum. Da operam vt valeas.

2 (margin, at "In primis-")
3 (margin, at "ceteris-")

XXII.

XXI.

1. Ein galanter vnd rechtſchaffener Mann. 2. miſſus eſt. 3. honoris cauſſa. 4. vt adiuues. 5. ego ipſe. 6. quamuis non eram rogatus. 7. Gerichts-Diener. 8. audiueram. 9. intellexeram, ich war es berichtet worden. 10. ſaepius hoc etiam factum fuiſſe. 11. negotiis. 12. proſpicies, prouidebis.



Digitized by Google

## XXII.

# M. T. C. CORNIFICIO. S. P. D.

*Narrat de ſtatu reip. poſt Caeſaris interitum: & ne prouinciam ſine ſenatus conſulto tradat, hortatur.*

NOs heic[1] cum homine gladiatore[2] omnium nequiſſimo collega noſtro Antonio bellum gerimus, ſed non pari conditione, contra arma
2 verbis[3]. At etiam de te concionatur[4]: nec impune[5]. nam ſentiet quos laceſſierit[6]. Ego autem acta[7] ad te omnia arbitror perſcribi ab aliis. A me futura[8] debes cognoſcere, quorum quidem non eſt
3 difficilis coniectura[9]. Oppreſſa omnia[10] ſunt: nec habent ducem boni[11]: noſtrique τυραννοκτόνοι[12] longe gentium[13] abſunt. Panſa & ſentit bene, & loquitur fortiter. Hirtius noſter tardius conuale-
4 ſcit. Quid futurum ſit, plane neſcio. Spes tamen vna eſt, aliquando populum Rom. maiorum[14] ſimilem fore. Ego certe reip. non deero[15]: & quidquid acciderit, a quo mea culpa abſit, animo forti feram. Illud[16] profecto, quoad[17] potero, tuam
5 famam & dignitatem tuebor. Ad d. XIII. kalend. Ianuarias[18] ſenatus frequens[19] mihi eſt adſenſus, cum

XXII.

1. Romae. 2. audaciſſimo homine. 3. nam nos pugnamus verbis ſolummodo, contra arma Antonii. 4. verba facit Antonius ad populum. 5. doch wird es ihm nicht vor voll ausgehen. 6. adgreſſus ſit. 7. ea quae acta ſint. 8. ea quae futura ſunt. 9. quae omnia tamen facile poſſunt coniici. 10. omnia nunc iacent Romae. 11. ciues bene ſentientes. 12. tyrannicidae, Caeſaris interfectores. 13. longiſſime a Roma. 14. ſuorum. 15. ego remp. iuuabo. 16. faciam. 17. quamdiu. 18. die xx. Decembris. 19. plerique Senatores.

20. ne

cum de ceteris rebus magnis & neceſſariis, tum de
prouinciis ab iis, qui obtinerent, retinendis, neque
cuiquam tradendis, niſi qui ex ſenatusconſulto
ſucceſſiſſet. Hoc ego cum reipub. cauſſa cenſui, 6
tum, mehercule, in primis retinendae dignitatis
tuae. Quamobrem te amoris noſtri cauſſa rogo,
reipub. cauſſa hortor, vt ne cui quidquam iuris in 7
tua prouincia eſſe patiare[20]: atque vt omnia refe-
ras[21] ad dignitatem, qua nihil poteſt eſſe praeſtan-
tius[22]. Vere[23] tecum agam vt neceſſitudo noſtra
poſtulat. In Sempronio, ſi meis litteris obtempe- 8
raſſes, maximam ab omnibus laudem adeptus eſ-
ſes. Sed illud & praeteriit[24], & leuius eſt. Haec
magna res eſt. Fac vt prouinciam retineas in pote-
ſtate reipub. Plura ſcripſiſſem, niſi tui[25] feſtinarent.
Itaque Cherippo[26] noſtro me velim excuſes.

20. ne patiaris, vt quisquam ſibi aliquam iurisdictionem arroget in tua prouincia. 21. aeſtimes. 22. excellentius. 23. ſincere. 24. de illo non amplius loquemur. 25. tabellarii. 26. apud Cherippum.

## XXIII.

## CICERO CORNIFICIO S.

*Reſpondet ad ea, quae Stratorius nuntiauerat de prouincia: deinde reip. formam deſcribit, & philoſophiam laudat.*

OMnem conditionem imperii tui, ſtatumque prouinciae mihi demonſtrauit Stratorius. O multa intolerabilia locis omnibus[1]. ſed quo tua maior

XXIII.

1. O quam multa intolerabilia fiunt nunc in locis omnibus!



Digitized by Google

maior dignitas[2], eo, quae tibi acciderunt, minus
2 ferenda[3]. Neque enim quae[4] tu propter magni-
tudinem & animi & ingenii moderate fers, a te
non vlciſcenda ſunt, etiamſi non ſint dolenda.
3 Sed haec poſterius[5]. Rerum vrbanarum[6] acta
tibi mitti certo ſcio: quod, ni ita putarem, ipſe per-
ſcriberem. Inprimiſque Caeſaris Octauiani co-
natum[7]: de quo multitudini[8] fictum[9] ab Antonio
crimen videtur, vt[10] in pecuniam adoleſcentis[11]
impetum faceret. Prudentes autem & boni viri,
4 & credunt factum[12], & probant[13]. Quid quae-
ris? magna ſpes eſt in eo: nihil eſt, quod non exi-
ſtimetur laudis & gloriae cauſſa facturus. Anto-
nius autem, noſter familiaris, tanto[14] ſe odio eſſe
intelligit, vt, cum interfectores ſuos domi com-
5 prehenderit, rem[15] proferre non audeat. Ad VII.
Idus Octob[16]. Brundiſium venerat, profectus ob-
viam legionibus Macedonicis IIII, quas ſibi con-
ciliare[17] pecunia[18] cogitabat: easque ad vrbem[19]
6 adducere, & in ceruicibus noſtris collocare. Ha-
bes formam[20] reipublicae, ſi in caſtris poteſt eſſe
reſpublica. In qua tuam vicem[21] ſaepe doleo,
quod[22] nullam partem per aetatem[23] ſanae & ſal-
vae reip. guſtare potuiſti. Atque antehac qui-
dem

2. eſt. 3. ſunt. 4. ea quae. 5. alio tempore deducam. 6. narrationem eorum, quae acta ſunt huc vsque in vrbe. 7. ea, quae conatur Octauianus. 8. populo. 9. eſſe. 10. ideo, vt populus. 11. Caeſaris. 12. eſſe. 13. laudant. 14. in tanto. 15. iſtam publice indicare. 16. die IX. Octobris. 17. ad partes ſuas trahere. 18. per pecuniam. 19. Romam. 20. ſtatum. 21. ſtatum. 22. quia. 23. propter aetatem tuam nondum ſatis maturam ad gerendos magiſtratus.

24. qui

Digitized by Google

dem ſperare ſaltem licebat: nunc etiam id ereptum eſt. Quae enim ſpes eſt? cum in concione 7
dicere auſus ſit Antonius, Canutium apud eos ſibi locum quaerere, quibus[24], ſe ſaluo[25], locus in civitate eſſe non poſſet. Equidem & haec & omnia, 8
quae homini accidere poſſunt, ſic fero, vt philoſophiae magnam habeam gratiam: quo[26] non modo me a ſolicitudine abducit, ſed etiam contra omnes fortunae[27] impetus armat: tibique idem cenſeo faciundum[28]: nec a quo culpa abſit quidquam in malis numerandum[29]. Sed haec tu melius[30]. Stratorium noſtrum cum ſemper pro- 9
baſſem[31], tum maxime in tuis rebus ſummam eius fidem, diligentiam, prudentiamque cognoui. Da operam, vt valeas. hoc mihi gratius facere nihil potes.

24. qui tamen non poſſent eſſe in ciuitate. 25. quamdiu ipſe eſſet saluus. 26. quoniam philoſophia. 27. adverſae. 28. eſſe. 29. nec quidquam numerandum eſt inter mala, quod accidit ſine noſtra culpa. 30. intelligis, quam ego. 31. laudaſſem.

## XXIV.

## M. T. C. CORNIFICIO S. P. D.

*Vt omni cura in remp. incumbat, hortatur. De legatis ſcribit ad Antonium miſſis. Pinarium commendat.*

EGo nullum locum[1] praetermitto (nec enim debeo[2]) non modo laudandi tui, ſed ne ornandi[3]

XXIV.

1. occaſionem. 2. praetermittere occaſionem.

 3. hone-

Digitized by Google

nandi[3] quidem. Sed mea ſtudia erga te, & officia
malo tibi ex tuorum litteris, quam ex meis eſſe
2 nota. Te tamen hortor, vt omni cura in remp.
incumbas[4]. Hoc eſt[5] animi, hoc eſt ingenii tui,
hoc eius ſpei, quam habere debes amplificandae
dignitatis tuae. Sed hac de re alias ad te pluribus[6].
3 Cum enim haec ſcribebam, in exſpectatione erant
omnia. nondum legati[7] redierant, quos ſenatus
non ad pacem deprecandam[8], ſed ad bellum de-
nuntiandum miſerat, niſi legatorum nuntio[9] pa-
4 ruiſſet. Ego tamen, vt primum occaſio data eſt,
meo priſtino more[10] rempub. defendi: me prin-
cipem[11] ſenatui populoque R. profeſſus ſum[12]:
nec poſtea, quam ſuſcepi[13] cauſſam libertatis, mi-
nimum tempus amiſi tuendae ſalutis libertatisque
communis. Sed haec quoque te ex aliis malo[14].
5 T. Pinarium familiariſſimum meum tanto tibi ſtu-
dio commendo, vt maiore non poſſim[15]. cui
cum propter omnes virtutes, tum etiam propter
ſtudia communia ſum amiciſſimus. Is procurat
rationes[16], negotiaque Dionyſii noſtri, quem &
tu multum amas, & ego[17] omnium plurimum.
6 Ea[18] tibi ego non debeo commendare, ſed com-
mendo

3. honorandi, promouendi. 4. omnem curam tuam impendas ad ſalutem reip. 5. hoc decet. 6. ſcribam alio tempore. 7. Philippus & Piſo, qui legati erant ad Antonium nomine Senatus. 8. precandam. 9. niſi iis, quae legati denuntiauerant, paruiſſet. 10. iuxta meam conſuetudinem. 11. principalem defenſorem. 12. dixi publice. 13. defendendam. 14. audire, cognoſcere. 15. commendare. 16. res. 17. amo. 18. negotia.

19. fac

Digitized by Google

mendo tamen. Facias[19] igitur, vt ex Pinarii gratiſſimi hominis litteris tuum, & erga illum, & erga Dionyſium ſtudium[20] perſpiciamus.

19. fac. 20. amorem.

## XXV.

## M. T. C. CORNIFICIO S. P. D.

*Ex litteris Cornificii SC. factum eſſe ſignificat: vt in remp. incumbat, hortatur: Lucceio ſe nulla in re defuturum pollicetur.*

Liberalibus[1] litteras accepi tuas, quas mihi Cor-
nificius altero[2] vigeſimo die, vt dicebat, reddi-
dit. Eo die non fuit ſenatus, neque poſtero[3].
Quinquatribus[4] frequenti[5] ſenatu cauſſam tuam
egi non inuita Minerua[6]. Etenim eo ipſo die ſena- 2
tus decreuit, vt Minerua noſtra[7], cuſtos vrbis,
quam turbo[8] deiecerat, reſtitueretur. Panſa tuas 3
litteras recitauit[9]. Magna ſenatus approbatio
conſecuta eſt cum ſummo gaudio, & offenſione[10]
Minotauri[11], [id eſt Caluiſii & Tauri.] Factum de
te ſenatusconſultum honorificum; poſtulabatur
autem, vt etiam illi notarentur[12]: ſed Panſa cle-
men-

XXV.

1. in feſto, quod Bacho ſacrum eſt, & Liberalia appellatur, celebrari ſolitum die XVI. kal. April. 2. ſecundo. 3. die. 4. Quinquatria feſtum Mineruae, d. XIV. kal. April. 5. cum frequens Senatus adeſſet. 6. ſatis bene. prouerbium, eo conuenientius hoc loco vſurpatum, quoniam Cicero haec egerat ipſo Mineruae feſto die. 7. ſtatua Mineruae a nobis ante aedem Mineruae erecta. 8. ein Wirbel-Wind. 9. in ſenatu. 10. taedio. 11. monſtri. 12. punirentur.



Digitized by Google

4 mentior [13]. Ego, mi Cornifici, quo die primum in
ſpem libertatis ingreſſus ſum [14], & cunctantibus
ceteris ad d. XIII. kalend. Ianuar [15]. fundamenta
reipub. ieci: eo ipſo die prouidi multum, atque
habui rationem [16] dignitatis tuae. mihi enim eſt ad-
5 ſenſus ſenatus de obtinendis prouinciis [17]. Nec ve-
ro poſtea deſtiti labefactare [18] eum, qui ſumma
cum tua iniuria, contumeliaque reipub. prouin-
6 ciam abſens obtinebat. Itaque crebras, vel potius
quotidianas compellationes [19] meas non tulit [20]:
ſeque in vrbem recepit [21] inuitus [22]: neque ſolum
ſpe, ſed certa re [23] iam, & poſſeſſione deturbatus
7 eſt. Meo [24] iuſtiſſimo honeſtiſſimoque conuicio [25]
te tuam dignitatem ſumma tua virtute [26] tenuiſſe,
prouinciaeque honoribus ampliſſimis adfe-
8 ctum [27], vehementer gaudeo. Quod te mihi de
Sempronio purgas [28], accipio excuſationem: *fuit*
enim illud quoddam caecum tempus ſeruitutis.
9 Ego tuorum conſiliorum auctor, dignitatiſque [29]
fautor, iratus temporibus [30], in Graeciam, deſpe-
rata libertate, rapiebar [31]: cum me Eteſiae [32], quaſi
boni ciues, relinquentem rempub. proſequi [33] no-
luerunt:

13. fuit, clementiorem tulit ſententiam, 14. quo die cepi ſpem. 15. die XX. Decembris. 16. defendi tuam. 17. quod attinet prouincias, a quibusnam illae deberent obtineri. 18. a ſpe deiicere. 19. impetus meos. 20. non ferre diutius potuit. 21. & rediit Romam. 22. contra ſuam voluntatem. 23. cum putaret, ſe habere iam certam rem & poſſeſſionem. 24. per meum. 25. criminationem factam aduerſario tuo. 26. propter tuam. 27. eſſe. 28. excuſas. 29. tuae. 30. cum non eſſem contentus cum infelicitate horum temporum. 31. trahebar, proficiſci volebam. 32. venti. 33. comitari.

34. vehe-

Digitized by Google

fuerunt: auſterque aduerſus maximo[34] flatu me
ad tribules[35] tuos Rhegium[36] retulit: atque inde
ventis, remis[37] in patriam omni feſtinatione pro-
peraui: poſtridieque in ſumma reliquorum ſerui-
tute liber[38] vnus fui. Sic ſum in Antonium inue- 10
ctus[39], vt ille non ferret[40], omnemque ſuum vi-
nolentum furorem in me vnum effunderet: me-
que cum elicere vellet ad caedis[41] cauſſam, tum
tentaret inſidiis; quem[42] ego ructantem & nau-
ſeantem[43] conieci in Caeſaris Octauiani plagas[44].
Puer[45] enim egregius praeſidium ſibi primum, & 11
nobis, deinde ſummae reipub. comparauit: qui[46]
niſi fuiſſet, Antonii reditus[47] a Brundiſio[48], pe-
ſtis[49] patriae fuiſſet. Quae deinceps acta ſint, 12
ſcire te arbitror. Sed redeamus ad illud, vnde
diuertimus[50]. Accipio excuſationem tuam de
Sempronio, neque enim ſtatuti[51] quid in tanta
perturbatione habere potuiſti. *Nunc hic dies*
*aliam vitam adfert, alios mores poſtulat*, vt ait Te-
rentius[52]. Quamobrem, mi Quinte, conſcende, 13
nobiſcum, & quidem ad puppim[53]. Vna nauis
eſt iam bonorum omnium[54]: quam quidem nos
damus operam, vt rectam teneamus, vtinam pro-
ſpero curſu. Sed quicunque venti erunt, ars[55] 14
noſtra

34. vehementiſſimo. 35. municipes. 36. ad vrbem. 37. & remis. 38. ego ſolus liber fui. 39. ſum orationibus meis. 40. ferre poſſet. 41. quaſi ego eſſem auctor & cauſſa occiſi Caeſaris. 42. Antonium. 43. foetentem a vino. 44. retia. 45. Octauianus. 46. Octauianus. 47. in vrbem Romam. 48. vrbe. 49. exitium. 50. abiimus in hac epiſtola. 51. certi quidpiam. 52. in Andria Act. 1. Sc. II. v. 18. 53. vbi gubernator ſedere ſolet. 54. vna eſt nauis, in qua boni omnes ſedent. 55. gubernandi.



56. in

noſtra certe non aberit. Quid enim praeſtare
aliud virtus poteſt? Tu fac magno animo ſis &
excelſo: cogitesque omnem dignitatem tuam
15 cum repub. coniunctam eſſe debere. P. Lucce-
ium mihi meum commendas, quem, quibuscun-
que rebus potero, diligenter tuebor. Hirtium
quidem & Panſam, collegas noſtros, homines in
conſulatu reipub. ſalutares, alieno[56] ſane tempo-
re amiſimus, repub. Antoniano quidem latroci-
nio liberata[57], ſed nondum omnino explicata[58]:
quam nos, ſi licebit, more noſtro tuebimur: quam-
quam admodum ſumus iam defatigati. Sed nulla
16 laſſitudo impedire officium & fidem[59] debet. Ve-
rum haec hactenus[60]. Ab aliis te de me, quam a
me ipſo malo[61] cognoſcere. De te audiebamus
ea, quae maxime vellemus[62]. De Cn. Minucio,
quem tu quibusdam litteris ad caelum laudibus
extuliſti, rumores duriores[63] erant. Id quale
ſit[64], omninoque quid iſtic[65] agatur, facias me
velim certiorem.

56. in opportuno. 57. poſtquam reſp. liberata eſt.
58. plane liberata. 59. noſtram. 60. ſufficiant. 61.
magis volo. 62. optaremus. 63. non iucundi. 64.
quemadmodum vero hoc ſe habeat. 65. apud vos.

## XXVI.
## CICERO CORNIFICIO S. D.

*Heredes Q. Turii de bonis in Africa relictis, commendat.*

Q. Turius, qui in Africa negotiatus[1] eſt, vir
bonus & honeſtus, heredes fecit ſimiles ſui[2],
C. Sa-

XXVI.

1. commercia habuit. 2. equites Romanos.
3. illi

Digitized by Google

C. Saturninum, Sex. Aufidium, C. Anneium, Q. Conſidium Gallum, L. Seruilium Poſtumum, C. Rubellium. Ex eorum oratione intellexi gratia- 2
rum actione eos magis egere, quam commendatione. tanta enim liberalitate ſe tua vſos praedicabant[3], vt iis plus a te tributum[4] intelligerem, quam ego auderem te rogare. audebo tamen. ſcio enim quantum ponderis[5] mea commendatio ſit habitura[6]. Quare a te peto, vt ad eam libera- 3
litatem, qua ſine meis litteris vſus es, quam maximus his litteris[7] cumulus[8] accedat. Caput[9] au- 4
tem eſt meae commendationis, ne patiare Erotem Turium, Q. Turii libertum, vt[10] adhuc fecit, hereditatem Turianam auertere[11]: ceterisque[12] omnibus rebus habeas eos a me commendatiſſimos. Magnam ex eorum ſplendore & obſer- 5
vantia[13] capies voluptatem[14]. Quod vt velis[15], te vehementer etiam atque etiam rogo.

3. illi enim praedicabant, ſe vſos eſſe tanta liberalitate & humanitate tua. 4. eſſe. 5. Nachdruck. 6. apud te. 7. per has. 8. augmentum. 9. das Hauptwerck, das vornehmſte. 10. quemadmodum ille hactenus. 11. ad ſe rapere, & illis eripere. 12. in. 13. honore, quem exhibebis illis equitibus. 14. oblectationem, gaudium. 15. facere.

## XXVII.

## M. T. C. Q. CORNIFICIO S. P. D.

*Aufidii, equitis Romani, Africana negotia commendat.*

SExtus Aufidius & obſeruantia[1], qua me colit[2], accedit

XXVII.

1. Propter obſeruantiam & amorem erga me. 2. amat.

3. in

Digitized by Google

accedit ad proximos[3]; & ſplendore equiti Rom. nemini cedit[4]. Eſt autem ita temperatis moderatisque moribus[5], vt ſumma ſeueritas ſum-
2 ma cum humanitate iungatur[6]. Cuius[7] tibi negotia, quae ſunt[8] in Africa, ita commendo, vt maiore ſtudio magisve ex animo[9] commendare non
3 poſſim. Pergratum[10] mihi feceris, ſi dederis operam, vt is intelligat, meas apud te litteras maximum pondus habuiſſe. Hoc te vehementer, mi Cornifici, rogo.

3. in amore erga me proximis etiam & cognatis meis nihil cedit. 4 quod ſplendorem equeſtris dignitatis attinet, nemini cedit, er giebt keinem etwas nach, er iſt ein Cauallier, trotz einem. 5. ille autem tam temperatos & moderatos mores habet. 6. vt ſeuerus quidem ſit, ſed tamen etiam humanus. 7. Aufidii. 8. quae ille habet in Africa. 9. von Hertzen, & maiori cum ſinceritate. 10. gratiſſimam rem.

## XXVIII.

## M. T. C. Q. CORNIFICIO S. P. D.

*Quod Cornificius in eos, qui Lilybaeo minati fuerant, non animaduertat, leuiter reprehendit: contra laudat eius in remp. ſtudium: addit de pecunia & republica.*

ADſentior tibi, eos, quos ſcribis Lilybaeo[1] minari, iſtic poenas dare[2] debuiſſe: ſed metuiſti, vt ais, ne nimis liber[3] in vlciſcendo viderere. Metuiſti igitur, ne grauis ciuis, ne nimis fortis, ne
2 minus te dignus[4] viderere. Quod ſocietatem

reip.

XXVIII.

1. oppido Siciliae. 2. puniri. 3. temerarius. 4. ne minus viderere id facere, quod te deceret.

5. tuo.

Digitized by Google

reip. conſeruandae tibi mecum a patre[5] acceptam renouas, gratum eſt: quae ſocietas inter nos ſemper, mi Cornifici, manebit. Gratum etiam illud[6], quod tuo nomine gratias agendas[7] non putas: nec enim id inter nos facere debemus. Senatus 3
ſaepius pro dignitate tua appellaretur[8], ſi abſentibus conſulibus vnquam, niſi ad rem nouam cogeretur[9]. Itaque nec de HS xx[10], nec de HS IↃCC[11], quidquam agi nunc per ſenatum poteſt. Tibi autem ex ſenatusconſulto imperandum[12], mutuumque ſumendum[13] cenſeo. In repub. 4
quid agatur, credo te ex eorum litteris cognoſcere, qui ad te acta[14] debent perſcribere. Ego ſum ſpe[15] bona: conſilio[16], cura, labore non deſum[17]: omnibus inimicis reip. eſſe me acerrimum hoſtem prae me fero[18]. Res neque nunc difficili[19] loco 5
mihi videtur eſſe: & fuiſſet facillimo[20], ſi culpa à quibusdam abfuiſſet.

5. tuo. 6. eſt mihi. 7. eſſe. 8. a me. 9. ſi vnquam conuocaretur ſenatus, niſi quando res noua accidit, quoniam conſules abſunt. 10. vicies ſeſtertium, id eſt, 50000. vallenſium. 11. ſeptingenties ſeſtertium, id eſt, 1750000. thalerorum. 12. imperandum eſſe aliis hanc ſummam. 13. oder du muſt es entlehnen. 14. vrbis. 15. in ſpe. 16. meo. 17. reipublicae. 18. publice profiteor. 19. in. 20. in loco.

## XXIX.

## M. T. C. Q. CORNIFICIO S. D.

*Lamiae negotia commendat: eum ſuſpectum Cornificio excuſat. Hirtio & Panſa coſs.*

Non

Digitized by Google

NOn modo te[1], cui omnia noſtra notiſſima
ſunt, ſed neminem in populo R. arbitror eſſe,
cui ſit ignota ea familiaritas, quae mihi cum L.
Lamia eſt. etenim magno theatro[2] ſpectata[3] eſt
tum[4] cum eſt ab A. Gabinio conſule relegatus,
quod[5] libere & fortiter ſalutem meam defendiſ-
2 ſet. Nec ex eo[6] amor inter nos natus eſt, ſed
quod[7] erat vetus & magnus, propterea nullum
periculum pro me adire[8] dubitauit. Ad haec of-
ficia[9], vel merita potius, iucundiſſima conſuetu-
do accedit, vt nullo prorſus plus homine delecter.
3 Non puto te iam exſpectare, quibus eum tibi ver-
bis commendarem. Cauſſam enim tanti amoris
intelligis: quae verba deſideret, iis me omnibus
4 vſum putabo.[10] Tantum velim exiſtimes, ſi nego-
tia Lamiae, procuratores, libertos, familiam, qui-
buscunque rebus opus erit, defenderis, gratius
mihi futurum[11], quam ſi ea tua liberalitas perti-
5 nuiſſet ad rem familiarem meam. Nec dubito,
quin ſine mea commendatione, quod tuum eſt
iudicium de hominibus[12], ipſius Lamiae cauſſa[13]
6 ſtudioſe omnia facturus ſis. Quamquam erat
nobis dictum, te exiſtimare, alicui ſenatusconſul-
to, quod contra dignitatem tuam fieret, ſcribendo
Lamiam adfuiſſe[14]: qui omnino conſulibus illis[15]
nunquam

XXIX.

1. arbitror eſſe. 2. in oculis omnium. 3. illa familiaritas. 4. eo tempore. 5. ideo quod. 6. tempore. 7. ideo quod. 8. ſubire. 9. Lamiae. 10. putabo, me vſum eſſe iis omnibus verbis, quae deſideret haec cauſſa. 11. fore. 12. quemadmodum tu ſoles iudicare de hominibus. 13. propter ipſum Lamiam. 14. cum ſcriberetur hoc SCtum. 15. cum illi eſſent conſules.

16. cum

Digitized by Google

nunquam adfuit ſcribendo. Deinde omnia tum 7
falſa ſenatusconſulta deferebantur. Niſi forte etiam illi Semproniano ſenatusconſulto me cenſes adfuiſſe: qui ne Romae quidem tum fui, deque eo ad te ſcripſi, re recenti[16]. ſed haec hactenus. Te, mi Cornifici, etiam atque etiam rogo, 8
vt omnia Lamiae negotia, mea[17] putes eſſe: cureſque vt intelligat, hanc commendationem maximo ſibi vſui[18] fuiſſe. Hoc mihi gratius facere nihil potes. Cura vt valeas.

16. cum res illa adhuc in recenti memoria eſſet. 17. negotia. 18. vtilitati.

## XXX.

## M. T. C. CORNIFICIO S. P. D.

*Silentium litterarum, praeter litigantium commendationes, excuſat: de renouato bello ſcribit: & de anguſtiis pecuniae publicae: de Dionyſio, Lucceio, & Caluiſii legatis.*

ITane praeter litigatores[1] nemo ad te[2] meas litteras? multae iſtae quidem[3]. Tu enim perfeciſti, vt nemo ſine litteris meis tibi ſe commendatum putaret. Sed quis vnquam tuorum mihi dixit 2
eſſe, cui darem, quin dederim[4]? aut quid mihi iucundius, quam, cum coram tecum loqui non poſſim, aut ſcribere ad te, aut tuas legere litteras? Illud magis mihi ſolet eſſe moleſtum, tantis me 3
impe-

XXX.

1. Zänckern, qui habent litigoſa negotia in prouincia tua. 2. adtulit. 3. fuerunt litterae. 4. ſed quis vnquam tuorum fuit, qui dixit ſe velle ad te ſcribere, quin ei litteras non darem?

5. pro

impediri occupationibus, vt ad te ſcribendi meo arbitratu[5] facultas[6] nulla detur. Non enim te epiſtolis, ſed voluminibus[7] laceſſerem[8]: quibus qui-
4 dem me a te prouocari oportebat. Quamuis enim occupatus ſis, otii tamen plus habes[9]: aut ſi ne tu quidem vacas[10], noli impudens eſſe, nec mihi moleſtiam exhibere, & a me litteras crebriores,
5 cum tu mihi raras mittas, flagitare. Nam cum antea diſtinebar[11] maximis occupationibus, propterea quod omnibus curis remp. mihi tuendam putabam: tum hoc tempore multo diſtineor[12] ve-
6 hementius. Vt[13] enim grauius aegrotant ii, qui, cum leuati morbo videntur, in eum[14] de integro inciderunt: ſic vehementius nos laboramus, qui, profligato bello ac paene ſublato[15], renouatum bellum gerere conamur. Sed haec hactenus.
7 Tu tibi, mi Cornifici, fac vt perſuadeas, *non* eſſe me tam imbecillo animo, ne dicam inhumano, vt
8 a te vinci poſſim aut officiis aut amore. Non dubitabam equidem[16]: verumtamen multo mihi notiorem amorem tuum effecit Cherippus. O hominem ſemper illum quidem mihi aptum[17], nunc vero etiam ſuauem. Vultus mehercule tuos mihi expreſſit omnes, non ſolum animum ac verba
9 pertulit[18]. Itaque noli vereri[19], ne tibi ſuccen-

ſue-

5. pro mea voluntate. 6. occaſio, tempus. 7. integris. 8. prouocarem ad ſcribendum. 9. quam ego. 10. tempus habes ad ſcribendum. 11. diſtrictus eram. 12. negotiis. 13. quemadmodum. 14. morbum. 15. cum bellum Mutinenſe prope iam confectum eſſet. 16. de tuo amore. 17. idoneum. 18. narrauit. 19. in timore eſſe.

20. iraſcar.

Digitized by Google

uerim [20], quod eodem exemplo ad me, quo ad
:eteros [21]. Requiſiui equidem proprias ad me
'num litteras: ſed neque vehementer, & aman-
:er [22]. De ſumtu, quem te in rem militarem face- 10
e & feciſſe dicis, nihil ſane poſſum tibi opitula-
i [23], propterea quod & orbus [24] ſenatus, conſu-
bus amiſſis [25], & incredibiles anguſtiae [26] pecu-
iiae publicae: quae conquiritur vndique, vt opti-
ne meritis militibus promiſſa ſoluantur. quod
uidem fieri ſine tributo poſſe non arbitror. De 11
Attico Dionyſio nihil puto eſſe, quoniam mihi
iihil dixit Stratorius. De P. Lucceio nihil tibi
oncedo, quo [27] ſtudioſior eius ſis, quam ego
im. eſt enim nobis neceſſarius [28]. Sed a magi- 12
tris [29] cum contenderem de proferendo die [30],
robauerunt mihi ſeſe [31], quo minus id facerent,
x compromiſſo & iureiurando impediri [32]. Qua- 13
e veniendum arbitror Lucceio [33]. quamquam ſi
neis litteris obtemperauit, cum tu haec leges, il-
um Romae eſſe oportebit. Ceteris de rebus, 14
naximeque de pecunia, cum Panſae mortem
gnorares, ſcripſiſti, quae [34] per nos ab eo conſe-
qui

20. iraſcar. 21. ideo quod eodem exemplo litte-
as ad me ſcripſiſti, quo ſcripſiſti ad ceteros. 22. id re-
uiſiui ſeu poſtulaui. 23. auxiliari. 24. orbatus. 25.
oſtquam conſules, Hirtius & Panſa, ſunt occiſi. 26.
aupertas eſt. 27. vt tu eum magis ames. 28. fami-
iariſſimus. 29. auctionum. 30. cum eos rogarem,
t proferre vellent diem auctionis. 31. illi mihi demon-
trarunt. 32. ſe impediri ad id faciendum, partim pro-
ter compromiſſum, partim propter iusiurandum. 33.
uare arbitror neceſſe eſſe, vt Lucceius Romam veniat.
34. ea quae.

 35. valde

Digitized by Google

qui te poſſe arbitrarere. quae te non feſelliſſent,
ſi viueret. nam te diligebat. poſt mortem autem
15 eius quid fieri poſſet, non videbamus. De Ve-
nuleio, Latino, Horatio valde laudo[35]. Illud
non nimium probo[36], quod ſcribis, quo illi ani-
mo aequiore[37] ferrent, te tuis etiam legatis[38] li-
16 ctores[39] ademiſſe. Honore enim cum ignomi-
nia dignis non erant comparandi[40]: eoque[41]
ex ſenatusconſulto, ſi non decedunt[42], cogen-
17 dos[43] vt decedant exiſtimo. Haec fere[44] ad eas
litteras, quas eodem exemplo binas accepi: De
reliquo velim tibi perſuadeas, non eſſe mihi meam
dignitatem tua cariorem.

M. TVL.

35. valde laudo ea, quae ſcripſiſti de. 36. laudo. 37. libentiore. 38. General-Lieutenants. 39. qui illis honoris cauſſa dari ſolebant. 40. illi enim in honore non erant comparandi cum illis, qui ignominia ſunt digni. 41. ideoque. 42. ex provincia. 43. eſſe illos. 44. reſpondere volui.



Digitized by Google

# M. TVLLII CICERONIS EPISTOLARVM AD MEMMIVM ET ALIOS LIBER XIII.

## I.

## M. T. C. C. MEMMIO S. P. D.

*Memmius, qui tribunus pl. Lucullos triumphaturos vexauerat:* Plutarch. p. 517. *& praetor ab Caeſare rationem geſti conſulatus repetierat,* Sueton. c. 23. *damnatus lege de ambitu,* ad Attic. IV. epiſt. vlt. *exſulat Athenis, ſed ante, quam Cicero in prouinciam iturus adueniret, diſceſſerat Mitylenas. Ab hoc ergo per litteras petit, vt in gratiam cum Patrone Epicureo redeat, eique locum concedat, vbi Epicurus habitauerat.*

ETſi non ſatis mihi conſtiterat [1], cum aliquane [2] animi mei moleſtia, an potius libenter te Athenis viſurus eſſem, quod [3] iniuria, quam accepiſti, dolore me adficeret; ſapientia tua, a fers iniuriam, laetitia [4]: tamen vidiſſe te mal-m [5]. Nam quod eſt moleſtiae [6], non ſane multo 2
leuius

LIBER XIII.

I.

. Etſi ego non ſatis noueram. 2. annon cum aliqua. leo quod. 4. ſapientia vero tua me adficeret laetitia. allem tamen, vt te vidiſſem. 6. ſi in ea re eſt aliqua eſtia.



Digitized by Google

leuius eſt [7], cum te non video: quod eſſe potuit
3 voluptatis [8], certe, ſi vidiſſem te, plus fuiſſet. Itaque non dubitabo dare operam, vt te videam, cum id ſatis commode facere potero. Interea quod per litteras & agi tecum, &, vt arbitror, confici poteſt,
4 agam. Nunc a te illud primum rogabo, ne quid inuitus mea cauſſa [9] facias: ſed id, quod mea [10] intelliges, tua [11] nullam in partem multum intereſſe, ita mihi des [12], ſi tibi, vt id libenter facias, ante per-
5 ſuaſeris. Cum Patrone Epicureo mihi omnia ſunt [13]: niſi quod in philoſophia vehementer ab eo diſſentio. Sed & initio Romae, cum te quoque, & tuos omnes obſeruabat [14], me coluit in primis: & nuper, cum ea, quae voluit de ſuis commodis & praemiis conſecutus eſt, me habuit ſuorum defen-
6 ſorum & amicorum fere principem. Etiam [15] a Phaedro, qui nobis, cum pueri eſſemus, antequam Philonem cognouimus, valde [16], vt [17] philoſophus; poſtea tamen, vt vir bonus & ſuauis & officioſus probabatur, traditus [18] mihique commendatus eſt.
7 Is igitur Patro, cum ad me Romam litteras miſiſſet, vti te ſibi placarem [19], peteremque, vt neſcio quid illud Epicuri parietinarum [20] ſibi concederes. Nihil ſcripſi ad te ob eam rem, quod [21] aedificationis tuae conſilium mea commendatione nolebam
8 impediri. Idem, vt veni Athenas, cum, vt idem ad te ſcri-

7. hoc ſane perinde mihi moleſtum eſt. 8. delectationis in ea re. 9. propter me. 10. intereſſe. 11. vero intereſſe. 12. id concedas, tribuas. 13. communi. 14. colebat. 15. Patron. 16. nobis probabatur ſiue placebat. 17. tanquam. 18. ad amicitiam meam. 19. amicum facerem. 20. habitationis, domunculi, in qua habitauerat Epicurus. 21. ideo quod.

Digitized by Google

22. quo

e ſcriberem, rogaſſet: ob eam cauſſam impetrauit, |uod[22] te abieciſſe[23] illam aedificationem conſta-
at[24] inter omnes amicos tuos. Quod ſi ita eſt, et- 9
i iam plane tua nihil intereſt, velim, ſi qua offen-
uncula[25] facta eſt animi tui, peruerſitate[26] aliquo-
um (noui enim gentem illam[27]) des te ad lenita-
em[28], vel propter ſummam humanitatem[29], vel
tiam honoris mei cauſſa. Equidem, ſi, quid ipſe 10
entiam, quaeris, nec, cur ille[30] tantopere conten-
at[31], video, nec, cur tu repugnes[32]: niſi tamen
ulto minus tibi concedi poteſt, quam illi, labora-
e[33] ſine cauſſa. Quamquam Patronis & oratio- 11
em & cauſſam tibi cognitam eſſe certo ſcio: ho-
orem, officium, teſtamentorum ius[34], Epicuri au-
toritatem, Phaedri obteſtationem, ſedem, do-
icilium, veſtigia ſummorum hominum ſibi tuen-
a eſſe dicit. Totam hominis vitam, rationem- 12
ue[35], quam ſequitur in philoſophia, derideamus
cet, ſi hanc eius contentionem volumus repre-
endere. Sed mehercule quando[36] illi[37], cete- 13
sque, quos illa[38] delectant, non valde inimici ſu-
ius, neſcio an ignoſcendum ſit huic, ſi tantopere
borat: in quo etiam ſi peccat, magis ineptiis[39],
quam

22. quoniam. 23. reliquiſſe, amiſiſſe. 24. notum ac
rtum erat. 25. parua offenſio. 26. propter peruer-
atem & improbitatem. 27. Athenienſem. 28. ani-
um cape leniorem. 29. tuam. 30. Patron. 31. la-
ret. 32. eius petitioni. 33. vt laborares & ſollicitus
ſes. 34. Epicurus enim, teſte Laërtio, p. 712. cauerat
ſtamento, vt ii poſſideant ſuum hortum & domum, qui
ſent ſuae ſectae. 35. modum. 36. quoniam. 37.
troni. 38. hortus & domus, vel philoſophia, Epicuri.
. aus Schwachheit.



Digitized by Google

14 quam improbitate peccat. Sed ne plura [40]; (di-
cendum enim aliquando eſt) Pomponium Atti-
cum ſic amo, vt alterum fratrem: nihil eſt illo mi-
15 hi nec carius, nec iucundius. Is (non quo ſit ex
iſtis [41]: eſt enim omni liberali doctrina politiſſimus,
ſed valde diligit Patronem, valde Phaedrum ama-
vit) ſic a me hoc contendit [42] homo minime ambi-
tioſus, minime in rogitando moleſtus, vt nihil vn-
quam magis [43]; nec dubitat, quin ego a te nutu
hoc [44] conſequi poſſem, etiam ſi aedificaturus eſ-
16 ſes. Nunc vero ſi audierit te aedificationem de-
poſuiſſe, neque tamen me a te impetraſſe, non te in
me illiberalem [45], ſed me in [46] ſe negligentem puta-
17 bit. Quamobrem peto a te, vt ſcribas ad tuos, poſ-
ſe tua voluntate [47] decretum illud Areopagita-
rum [48], quem ὑπομνηματισμὸν [49] illi vocant tolli [50].
18 Sed redeo ad prima [51]. Prius velim tibi perſuadeas,
vt hoc mea cauſſa [52] libenter facias, quam vt facias.
ſic tamen habeto [53], ſi feceris, quod rogo, fore [54]
mihi gratiſſimum. Vale.

40. nunc dicam. 41. ex Epicureorum philoſophorum numero. 42. petit. 43. petat. 44. vnico verbulo. 45. inofficioſum. 46. erga. 47. mit deinem guten Willen. 48. nomen magiſtratus in vrbe Athenarum. 49. decretum, ad rei memoriam litteris mandatum. 50. ſuſtolli, abrogari. 51. ad ea, quae primum ſcripſi. 52. propter me. 53. ſcias. 54. id.

## II.

## CICERO MEMMIO S.

*Petit, vt Euandro ſtatuario de ſacrarii habitatione accommodet.*

Caio

Digitized by Google

CAio Auiano Euandro, qui habitat in tuo ſacra-
rio [1], & ipſo multum [2] vtor, & patrono eius M.
Aemilio familiariſſime. Peto igitur a te maiorem in 2
modum, quod ſine tua moleſtia fiat [3], vt ei de habi-
tatione accommodes [4], nam propter opera inſti-
tuta multa multorum [5], ſubitum eſt ei [6] remigrare
kalend. quintilibus [7]. Impedior verecundia [8], ne 3
te pluribus verbis rogem. Neque tamen dubito,
quin, ſi tua nihil aut non multum interſit, eo ſis ani-
mo, quo ego eſſem, ſi quid tu me rogares. mihi
certe gratiſſimum feceris.

II.

1. Haus-Capelle. 2. familiariter. 3. wenn es ohne deine Vngelegenheit geſchehen kan. 4. vt ei commodam des habitationem. 5. quoniam multi habent noua opera inſtituta. 6. ille neceſſe habet, ſubito remigrare. 7. die 1. Iulii. 8. verecundia mea & modeſtia me impedit.

## III.

## M. T. C. C. MEMMIO S. P. D.

*Fuſium commendat, vt ei in ſacrario Memmii habitare liceat.*

AVlum Fuſium, vnum ex meis intimis [1], obſer-
uantiſſimum [2] ſtudioſiſſimumque [3] noſtri eru-
ditum hominem & ſumma humanitate [4], tuaque
amicitia digniſſimum velim ita tractes, vt mihi co-
ram recepiſti [5]. Tam mihi gratum id erit, quam 2
quod gratiſſimum [6]. Ipſum praeterea ſummo offi-
cio [7]

III.

1. qui vnus eſt ex meis intimis amicis. 2. qui me diligenter obſeruat & colit, reſpectiret. 3. qui mihi deditus eſt. 4. qui ſummam habet humanitatem. 5. quemadmodum tu praeſens mihi promiſiſti. 6. mihi poterit accidere, hoc mihi erit gratiſſimum.



Digitized by Google

cio [7] & ſumma obſeruantia [8] tibi in perpetuum devinxeris [9]. Vale.

7. mit ſonderbarer Gegendienſtgefliſſenheit. 8. ad ſummum amorem erga te.

## IV.

## M. T. C. Q. VALERIO Q. F. ORCAE LEG. PROPRAET. S. D.

*Cum Caeſar, victor ciuilium bellorum, agrum militibus diuiſurus eſſet, eique negotio praefeciſſet Q. Valerium; huic Volaterranos commendat, ne illorum ager diuiſioni ſubiiciatur.*

CVm municipibus Volaterranis [1] mihi ſumma neceſſitudo [2] eſt: magno enim meo beneficio adfecti [3] cumulatiſſime mihi gratiam retulerunt: nam nec in honoribus meis, laboribus [4] vnquam
2 defuerunt. Cum quibus, ſi mihi nulla [5] cauſſa intercederet, tamen quod [6] te vehementiſſime diligo, quodque me a te plurimi fieri ſentio, & monerem te, & hortarer, vt eorum fortunis [7] conſuleres, praeſertim cum prope praecipuam cauſſam
3 haberent ad ius obtinendum. primum, quod [8] Syllani temporis acerbitatem, deorum immortalium benignitate, ſubterfugerunt [9]: deinde quod ſummo ſtudio [10] populi R. a me in conſulatu meo defenſi ſunt: cum tribuni plebis legem iniquiſſimam de eo-

IV.

1. Volaterrae Etruriae municipium. 2. coniunctio, amicitia. 3. a me. 4. & meis periculis. 5. alia. 6. quia. 7. bonis. 8. ideo quod. 9. eorum agri non fuerunt diuiſi, eo tempore, quo Sylla agebat crudeliter. 10. fauore. 11. diui-

Digitized by Google

de eorum agris[11] promulgaſſent, facile ſenatui populoque R. perſuaſi, vt eos ciues, quibus fortuna pepercisset, ſaluos eſſe vellent. Hanc actionem[12] 4
meam C. Caeſar primo ſuo conſulatu in lege agraria comprobauit: agrumque Volaterranum & oppidum omni periculo[13] in perpetuum liberauit: vt mihi dubium non ſit, quin is, qui nouas neceſſitudines[14] adiungat, vetera ſua beneficia conſeruari velit. Quamobrem eſt tuae prudentiae[15], aut ſe- 5
qui eius[16] auctoritatem, cuius ſectam[17] atque imperium ſumma cum tua dignitate ſecutus es: aut certe illi integram omnem cauſſam reſeruare[18].
Illud vero dubitare non debes, quin tam graue, 6
tam firmum, tam honeſtum municipium tibi tuo ſummo beneficio in perpetuum obligari[19] velis.
Sed haec, quae ſupra ſcripta ſunt, eo[20] ſpectant, vt te horter & ſuadeam. Reliqua ſunt quae pertinent 7
ad rogandum, vt non ſolum tua cauſſa[21] tibi conſilium me dare putes, ſed etiam quod mihi opus ſit, me a te petere & rogare. Gratiſſimum igitur mihi 8
feceris, ſi Volaterranos omnibus rebus integros[22], incolumesque eſſe volueris. Eorum ego domici- 9
lia, ſedes[23], rem[24], fortunas[25], quae a diis immortalibus, & a praeſtantiſſimis in noſtra republica ciuibus ſummo S. P. Q. R[26]. ſtudio conſeruatae ſunt, tuae fidei, iuſtitiae, bonitatique commendo.

Si pro

11. diuidendis. 12. orationem. 13. a periculo. 14. obligationes. 15. pertinet id ad tuam prudentiam. 16. Caeſaris. 17. partes, factionem. 18. aut certe debes Caeſari reſeruare hanc cauſſam, vt ipſe de ea poſſit conſtituere. 19. tibi ad gratitudinem. 20. huc. 21. propter te. 22. illaeſos. 23. habitationes. 24. opes. 25. poſſeſſiones, bona. 26. Senatus Populique Romani.



Digitized by Google

10 Si pro meis priſtinis opibus[27] facultatem mihi res hoc tempore daret, vt ita defendere poſſem Volaterranos, quemadmodum conſueui tueri meos[28]; nullum officium, nullum denique certamen, in quo
11 illis prodeſſe poſſem, praetermitterem. Sed quando[29] apud te nihilo minus hoc tempore valere me confido, quam valuerim ſemper apud omnes; pro noſtra ſumma neceſſitudine pariquе inter nos & mutua beneuolentia, abs te peto, vt ita de Volaterranis mereare, vt exiſtiment, eum quaſi diuino[30] conſilio iſti negotio praepoſitum eſſe, apud quem vnum nos, eorum[31] perpetui defenſores, plurimum valere[32] poſſumus.

27. ſi mihi, qui olim aliquid poteram efficere. 28. amicos. 29. quia. 30. ex. 31. Volaterranorum. 32. efficere.

## V.

## M. T. C. Q. VALERIO Q. F. ORCAE LEG. PROPRAET. S. P. D.

*Ne ager C. Curtii diuidatur, rationibus & argumentis rogat.*

NOn moleſte fero, eam neceſſitudinem[1], quae mihi tecum eſt, notam eſſe quam plurimis: neque tamen ob eam cauſſam, quod tu optime exiſtimare potes, te impedio, quo minus ſuſceptum negotium pro tua fide & diligentia ex[2] voluntate Caeſaris, qui tibi rem magnam difficilemque com-
2 miſit, gerere poſſis. Nam cum multi a me petant multa, quod de tua erga me voluntate non dubitent; non committo, vt ambitione[3] mea conturbem

V.

1. amicitiam. 2. iuxta. 3. per meam.

4. do-

bem officium tuum. C. Curtio ab ineunte aetate familiariſſime ſum vſus. 3 Eius, & Syllani temporis iniuſtiſſima calamitate dolui[4]: & cum[5] iis, qui ſimilem iniuriam acceperant, amiſſis omnibus fortunis[6], reditus tamen in patriam voluntate[7] omnium concedi videretur, adiutor incolumitatis[8] fui. 4 Is habet in Volaterrano poſſeſſionem[9], cum in eam tamquam e naufragio reliquias[10] contuliſſet. Hoc autem tempore eum Caeſar in ſenatum legit[11]: quem ordinem[12] ille iſta poſſeſſione amiſſa[13] tueri[14] vix poteſt. 5 Grauiſſimum[15] autem eſt, cum ſuperior[16] factus ſit ordine, inferiorem[17] eſſe fortuna: minimeque conuenit[18], ex eo agro, qui Caeſaris iuſſu diuidatur, eum moueri[19], qui Caeſaris beneficio ſenator ſit. 6 Sed mihi minus libet multa de aequitate rei ſcribere, ne cauſſa[20] potius apud te valuiſſe videar, quam gratia[21]. Quamobrem te maiorem in modum rogo, vt C. Curtii rem, meam putes eſſe. 7 quidquid mea cauſſa faceres, vt id C. Curtii cauſſa cum feceris, exiſtimes, quod ille per me habuerit[22], id me habere abs te putato. Hoc te vehementer etiam atque etiam rogo. Vale.

VI. M.

4. dolui, cum is accepiſſet iniuſtiſſimam calamitatem, tempore Syllae. 5. cum videretur. 6. poſtquam amiſerant omnia ſua bona. 7. ex. 8. adiuui eum, vt eſſet incolumis. 9. praedium. 10. ſuas, ſein Biſsgen übriges Vermögen. 11. elegit. 12. Senatorium. 13. ſi illud praedium ſuum amiſerit. 14. conſeruare cum honore. 15. moleſtiſſimum. 16. aliis. 17. ſi ille inferior aliis eſſet quoad fortunas. 18. decet. 19. expelli. 20. per iuſtitiam cauſſae ipſius. 21. per gratiam & amorem apud te. 22. acceperit.

## VI.

## M. T. C. Q. VALERIO Q. F. ORCAE PROCOS. S. P. D.

*Cuſpii amicos generatim omnes commendat, nominatim L. Iulium & P. Cornelium.*

S. V. B. E. V. Credo te memoria[1] tenere, me &
coram P. Cuſpio tecum locutum eſſe, cum te pro-
ſequerer paludatum[2]: &[3] idem poſtea pluribus
verbis tecum egiſſe, vt, quoscunque tibi eius[4] ne-
ceſſarios[5] commendarem, haberes eos in nume-
2 ro meorum neceſſariorum. Id tu pro tua ſumma
erga me beneuolentia, perpetuaque obſeruantia,
mihi liberaliſſime atque humaniſſime recepiſti[6].
3 Cuſpius homo in[7] omnes ſuos officioſiſſimus mi-
rifice quosdam homines ex iſta prouincia tuetur
& diligit, propterea quod fuit in Africa bis, cum[8]
4 maximis ſocietatis[9] negotiis praeeſſet. Itaque hoc
eius officium, quod adhibetur erga illos, ego
mea[10] facultate & gratia ſoleo, quantum poſſum,
5 adiuuare. Quare Cuſpianorum omnium com-
mendationis cauſſam hac tibi epiſtola exponen-
dam putaui. reliquis[11] epiſtolis tantum faciam, vt
notam apponam eam, quae mihi tecum conue-
nit[12], & ſimul ſignificem de numero eſſe Cuſpii
6 amicorum. Sed hanc commendationem, quam
his litteris cognoſcere volui, ſcito eſſe omnium
grauiſ-

VI.

1. adhuc recordari, in memoria. 2. vide notata ad VIII. 1. 1. 3. & me. 4. Cuſpii. 5. amicos. 6. promiſiſti. 7. erga. 8. cum praeeſſet. 9. publicanorum. 10. pro mea. 11. in reliquis. 12. wie wir miteinander abgeredet haben.

13. petiit.

Digitized by Google

grauiſſimam. nam P. Cuſpius ſingulari ſtudio
contendit[13] a me, vt tibi quam diligentiſſime L. Iu-
lium commendarem. Eius ego ſtudio[14] vix vi- 7
deor mihi ſatisfacere poſſe, ſi vtar verbis iis, qui-
bus, cum diligentiſſime quid agimus, vti ſolemus.
noua quaedam poſtulat, & putat me eius generis
artificium quoddam tenere[15]. ei ego pollicitus
ſum, me ex intima noſtra arte depromturum mi-
rificum genus commendationis. Id quando[16] ad- 8
ſequi[17] non poſſum, tu re[18] velim efficias, vt ille
genere[19] mearum litterarum incredibili quiddam
perfectum[20] arbitretur. Id facies, ſi omne genus 9
liberalitatis, quod & ab humanitate & poteſtate tua
proficiſci[21] poterit, non modo re, ſed etiam ver-
bis, vultu denique expromſeris[22]: quae quantum
in prouincia valeant, vellem expertus eſſes. Sed 10
tamen ſuſpicor ipſum hominem, quem tibi com-
mendo, perdignum eſſe tua amicitia: non ſolum,
quia[23] mihi Cuſpius dicit, credo: tametſi id ſatis eſ-
ſe debebat: ſed quia noui eius iudicium in homini-
bus & amicis deligendis. Harum litterarum vis[24], 11
quanta fuerit, propediem iudicabo, tibique, vt
confido, gratias agam. Ego, quae te velle, quae-
que ad te[25] pertinere arbitrabor, omnia ſtudioſe
diligenterque curabo. Cura vt valeas.

P. Cornelius, qui tibi has litteras reddidit, eſt mi- 12
hi a P. Cuſpio commendatus: cuius cauſſa quan-
topere

13. petiit. 14. deſiderio. 15. intelligere, habere. 16. quoniam. 17. facere. 18. ipſa re. 19. per genus aliquod commendationis. 20. effectum fuiſſe. 21. prouenire. 22. demonſtraueris. 23. ideo, quia. 24. efficacia. 25. tua commoda.

26. quan-

Digitized by Google

topere cuperem[26], deberemque profecto[27] ex
13 me facile cognoſti[28]. Vehementer te rogo, vt cu-
res, vt ex hac[29] commendatione mihi Cuſpius
quam maximas quamprimum quam[30] ſaepiſſime
gratias agat.

26. quantopere cuperem deberemque operam dare eius cauſſa. 27. ſane. 28. intellexiſti. 29. propter hanc. 30. & quam.

## VII.

## M. T. C. CLVVIO S. P. D.

*Petit a Cluuio, ne municipii Atellani vectigalis ager diuidatur, ſed cauſſam integram Caeſari reſeruet.*

CVm in Galliam proficiſcens pro noſtra neceſ-
ſitudine[1], tuaque[2] ſumma in me obſeruantia ad
me domum[3] veniſſes, locutus ſum tecum de agro
vectigali municipii[4] Atellani, qui[5] eſſet in Gallia:
quantoque opere eius municipii cauſſa labora-
2 rem[6], tibi oſtendi[7]. Poſt tuam autem profectio-
nem, cum & maxima res municipii[8] honeſtiſſimi
mihique coniunctiſſimi, & ſummum meum offi-
cium ageretur[9], pro tuo animo in me ſingulari ex-
iſtimaui me oportere ad te accuratius ſcribere[10].
3 Etſi non ſum neſcius, & quae temporum ratio[11],
& quae tua poteſtas ſit: tibique negotium[12] datum
eſſe a C. Caeſare, non iudicium[13], praeclare intel-
4 ligo. Quare a te tantum peto, quantum & te face-
re poſ-

VII.

1. Amicitia. 2. & pro tua. 3. in domum meam. 4. qui vectigal ſoluit municipio Atellano. 5. ager. 6. ſollicitus eſſem. 7. dixi. 8. huius. 9. cum id pertineret ad ſtatum & rem. 10. de hac re. 11. ſtatus, conditio. 12. exſequendum. 13. arbitrium liberum in diuiſione agrorum.

14. mir

Digitized by Google

e poſſe, & libenter mea cauſſa[14] facturum eſſe rbitror. Et primum velim exiſtimes, quod res 4
ſt, municipii fortunas[15] omnes in iſto vectigali onſiſtere. His autem temporibus hoc munici-ium maximis oneribus[16] preſſum, ſummis adfe-tum eſſe difficultatibus[17]. Hoc etſi commune vi- 5
letur eſſe cum multis: tamen, mihi crede, ſingu-ares huic municipio calamitates accidiſſe: quas dcirco non commemoro, ne de miſeriis meorum ieceſſariorum[18] conquerens, homines[19], quos iolo[20], videar offendere. Itaque niſi magnam 6
pem haberem, C. Caeſari nos cauſſam municipii robaturos[21]; non erat cauſſa[22], cur a te hoc empore aliquid contenderem[23]. ſed quia confi- 7
lo, mihique perſuaſi, illum & dignitatis municipii, & aequitatis, & etiam voluntatis[24] erga ſe habitu-um eſſe rationem: ideo a te non dubitaui conten-lere, vt hanc cauſſam illi[25] integram conſeruares. Quod etſi nihilominus a te peterem, ſi nihil audi- 8
viſſem te tale feciſſe: tamen maiorem ſpem impe-randi nactus ſum, poſteaquam mihi dictum eſt; ioc idem[26] a te Regienſes impetrauiſſe. qui etſi 9
e aliqua neceſſitudine attingunt, tamen tuus amor n me ſperare me cogit, te, quod tuis neceſſariis ribueris, idem eſſe tributurum meis[27]: praeſer-im cum ego pro his vnis[28] petam: habeam au-tem[29],

14. mir zu lieb. 15. reditus. 16. Steuern, Schulden. 17. oneribus. 18. amicorum. 19. Caeſarianos. 20. offendere. 21. eſſe, gratam facturos. 22. neceſſe. 23. peterem. 24. quam municipium hoc ſemper habuit erga ſe, Caeſarem. 25. Caeſari, ad Caeſaris arbitrium diiudicandam. 26. immunitatem a diuiſione agrorum ſuorum. 27. neceſſariis. 28. ſolis.

29. cum

tem[29], qui ſimili cauſſa laborent, compluresne-
30 ceſſarios. Hoc me non ſine cauſſa facere, neque aliqua[30] leui ambitione commotum a te contendere, etſi te exiſtimare arbitror, tamen mihi adfirmanti credas velim, me huic municipio debere[31] plurimum: nullum[32] vnquam fuiſſe tempus neque honorum neque laborum[33] meorum, in quo non huius municipii ſtudium[34] in me exſtiterit ſingula-
31 re. Quapropter a te etiam atque etiam pro noſtra ſumma coniunctione, proque tua beneuolentia maiorem in modum peto atque contendo, vt, cum fortunas agi[35] eius municipii intelligas, quod[36] ſit mihi neceſſitudine, officiis, beneuolentia coniun-
32 ctiſſimum, id mihi des[37]. quod erit huiuscemodi[38], vt, ſi a Caeſare, quod ſperamus, impetrauerimus, tuo beneficio nos id conſecutos eſſe iudicemus: ſin minus[39]; pro eo tamen id habeamus[40], quum
33 a te data ſit opera, vt impetraremus. Hoc cum mihi gratiſſimum feceris, tum viros optimos, homines honeſtiſſimos, eosdemque gratiſſimos, & tua neceſſitudine[41] digniſſimos, ſummo beneficio in perpetuum tibi tuisque deuinxeris.

29. cum tamen habeam. 30. ex aliqua. 31. obligatum eſſe. 32. credas etiam, nullum. 33. periculorum. 34. fauor. 35. de fortunis agi. 36. municipium. 37. tribuas, in beneficii loco. 38. cum quo ita erit comparatum. 39. a Caeſare impetrabimus. 40. accipiamus. 41. amicitia.

## VIII.

## M. T. C. M. RVTILIO S. P. D.

*Rutilium rogat, vt in agrorum diuiſione Albini praedia ne attingat.*

Cum

CVm & mihi conſcius eſſem[1], quanti te face-
rem, & tuam erga me beneuolentiam, exper-
ıs eſſem, non dubitaui a te petere, quod mihi pe-
endum eſſet. P. Sextium quanti faciam[2], ipſe 2
ptime ſcio. Quanti autem facere debeam, & tu
omnes homines ſciunt. Is, cum ex aliis te mei 3
udioſiſſimum eſſe cognoſceret, petiuit a me, vt
d te quam accuratiſſime ſcriberem de re C. Albini
enatoris, cuius ex filia natus eſt L. Sextius, opti-
ıus adoleſcens, filius P. Sextii. Hoc idcirco ſcri- 4
ſi, vt intelligeres, non ſolum me pro P. Sextio
ıborare[3] debere, ſed Sextium etiam pro Albino.
es autem eſt haec: a M. Laberio C. Albinus prae- 5
ia in aeſtimationem accepit[4]: quae praedia La-
erius emerat a Caeſare de bonis Plotianis[5]. ea ſi
icam non eſſe e republica diuidi[6], docere te vi-
ear, non rogare. Sed tamen cum Caeſar Sylla- 6
as venditiones & adſignationes ratas eſſe[7] velit,
uo firmiores exiſtimentur ſuae[8]; ſi ea praedia di-
identur, quae ipſe Caeſar vendidit, quae tandem
ı eius[9] venditionibus auctoritas eſſe poterit? ſed
oc quale ſit[10], tu pro tua prudentia conſiderabis.
go te plane[11] rogo, atque ita, vt maiore ſtudio, 7
uſtiore de cauſſa, magis ex animo, rogare nihil
oſſim, vt Albino parcas, praedia Laberiana ne
attin-

VIII.

1. Cum ego probe ſcirem. 2. aeſtimem. 3. ſollici-
um eſſe. 4. in ſolutionem debiti accepit. 5. Plotii, cu-
us bona Caeſar vendiderat, quoniam is ſequutus fuerat
partes Pompeii. 6. ſi dicam, non eſſe vtile, vt haec bo-
na militibus diuidantur. 7. confirmare. 8. venditio-
nes & adſignationes agrorum. 9. Caeſaris. 10. was
dieſes aber nun auf ſich habe. 11. vehementer.



Digitized by Google

8 attingas. Magna me adfeceris non modo laetitia, ſed etiam quodammodo gloria, ſi P. Sextius homini [12] maxime neceſſario [13] ſatisfecerit per me, vt
9 ego illi vni plurimum debeam. Quod vt facias, te vehementer etiam atque etiam rogo. Maius mihi dare beneficium nullum potes. Id mihi intelliges eſſe gratiſſimum.

12. viro huic. 13. quocum maxime eſt coniunctus.

## IX.

## M. T. C. CRASSIPEDI S. P. D.

*Craſſipedi, Bithyniae quaeſtori, Bithynicam publicanorum ſocietatem, inprimisque Cn. Pupium commendat.*

QVamquam tibi praeſens commendaui, vt potui diligentiſſime, ſocios [1] Bithyniae, teque cum [2] mea [3] commendatione, tum etiam tua ſponte intellexi cupere [4] ei ſocietati [5], quibuscunque rebus poſſes, commodare [6]: tamen cum ii, quorum res agitur, magni ſua intereſſe [7] arbitrarentur, me etiam per litteras declarare tibi, qua eſſem erga ipſos voluntate, non dubitaui haec ad te
2 ſcribere. Volo enim te exiſtimare, me, cum vniverſo ordini publicanorum ſemper libentiſſime tribuerim [8], idque magnis [9] eius ordinis erga me meritis facere debuerim; tum in primis amicum eſſe huic Bithynicae ſocietati: quae ſocietas ordine

IX.

1. Publicanos ſocietate in Bythinia coniunctos. 2. ſo wohl. 3. ex mea. 4. velle. 5. publicanorum. 6. grata officia praeſtare. 7. es wäre ihnen hieran etwas groſſes gelegen. 8. fauerim. 9. propter magna merita. 10. quoad

Digitized by Google

dine ipſo[10], & hominum genere pars eſt maxima ciuitatis. Conſtat[11] enim ex ceteris ſocieta- 3
tibus: & caſu[12] permulti ſunt in ea ſocietate valde mihi familiares. In primisque is, cuius praecipuum officium[13] agitur hoc tempore, P. Rupilius P. F. Men. qui eſt magiſter[14] in ea ſocietate.
Quae cum ita ſint, maiorem in modum a te peto, 4
Cn. Pupium, qui eſt in operis[15] eius ſocietatis, omnibus tuis officiis atque omni liberalitate[16] tueare[17]: curesque, vt eius operae[18], quod tibi facile factu eſt, quam gratiſſimae ſint ſociis: remque & vtilitatem ſociorum (cuius rei[19] quantam poteſtatem quaeſtor habeat, non ſum ignarus) per te quam maxime defenſam & auctam velis.
Id cum mihi gratiſſimum feceris, tum illud tibi 5
expertus[20] promitto & ſpondeo, te ſocios Bithyniae, ſi his commodaris[21], memores eſſe & gratos, cogniturum[22].

10. quoad ipſum ordinem. 11. haec ſocietas Bythinica. 12. fortuito. 13. qui nunc ſupremum officium gerit. 14. magiſter rationum, Buchhalter vel director. 15. in Dienſten. 16. humanitate. 17. vt tuearis. 18. labores. 19. qua in re. 20. ego, qui expertus ſum. 21. officia exhibueris. 22. eſſe.

## X.

## CICERO BRVTO S.

*M. Bruto, quem Caeſar, in Africanum bellum profecturus, Ciſalpinae Galliae praefecerat,* lib. VI. epiſt. VI. ſect. 20. *M. Terentium Varronem, quaeſtorem ſorte datum, diligentiſſime commendat.*



Digitized by Google

CVm ad te tuus quaeſtor, M. Varro, proficiſceretur, commendatione egere [1] non putabam. Satis enim commendatum [2] tibi eum arbitrabar ab ipſo more maiorum: qui, vt te non fugit [3], hanc quaeſturae coniunctionem liberorum neceſſitudi-
2 ni proximam voluit eſſe [4]. Sed cum ſibi ita perſuaſiſſet ipſe, meas de ſe [5] accurate ſcriptas litteras maximum apud te pondus habituras [6]: a meque [7] contenderet, vt quam diligentiſſime ſcriberem; malui facere [8], quod meus familiaris tanti ſua inter-
3 eſſe arbitraretur. Vt igitur debere facere me hoc intelligas, cum primum M. Terentius in forum [9]
4 venit, ad amicitiam ſe meam contulit. Deinde vt ſe corroborauit [10], duae cauſſae acceſſerunt, quae meam in illum beneuolentiam augerent: vna, quod [11] verſabatur in hoc ſtudio [12] noſtro, quo etiam nunc maxime delectamur, & cum ingenio, vt noſti, nec ſine induſtria: deinde, quod mature ſe contulit in ſocietates publicanorum: quod quidem nollem [13]; maximis enim damnis adfectus eſt: ſed tamen cauſſa communis ordinis [14], mihi commendatiſſimi, fecit amicitiam noſtram firmiorem.
5 deinde verſatus in vtrisque ſubſelliis [15] optima & fide

X.

1. illum indigere. 2. eſſe. 3. quemadmodum tu ſcis. 4. qui mos maiorum voluit, vt haec quaeſtura non ſecus eſſet, ac ſi liberi cum parentibus coniungerentur. 5. in commendationem ſui. 6. eſſe. 7. & is a me peteret. 8. id. 9. ad agendas cauſſas, ſo bald er hat angefangen zu practiciren. 10. poſtquam adultior factus eſt. 11. quoniam. 12. philoſophiae. 13. factum eſſe. 14. publicanorum, cum quo ego multa habeo communia. 15. in ſubſelliis patronorum ſiue aduocatorum, qui cauſſas agebant tam publicas quam priuatas.

16. hono-

Digitized by Google

fide & fama : iam ante hanc commutationem reipub. petitioni [16] ſeſe dedit, honoremque honeſtiſſimum exiſtimauit fructum laboris ſui. His autem 6
temporibus a me Brundiſio [17] cum litteris & mandatis profectus ad Caeſarem eſt: qua in re & amorem eius in ſuſcipiendo negotio perſpexi, & in conficiendo ac renuntiando [18] fidem. Videor mi- 7
hi, cum ſeparatim de probitate eius & moribus dicturus fuiſſem, ſi prius cauſſam, cur eum tantopere diligerem, tibi expoſuiſſem, in ipſa cauſſa exponenda [19] ſatis etiam de probitate dixiſſe. Sed ta- 8
men ſeparatim promitto, in meque recipio [20], fore eum tibi & voluptati [21] & vſui [22]. nam & modeſtum hominem cognoſces, & prudentem, & a cupiditate [23] omni remotiſſimum, praeterea magni laboris ſummaeque induſtriae. Neque ego haec polli- 9
ceri debeo, quae tibi ipſi, cum bene cognoris [24], iudicanda ſunt. ſed tamen in omnibus nouis coniunctionibus [25] intereſt [26], qualis primus aditus ſit, & qua commendatione quaſi amicitiae fores aperiantur. Quod ego his [27] litteris efficere volui: etſi 10
id ipſa per ſe neceſſitudo [28] quaeſturae effeciſſe debet, ſed tamen nihilo infirmius illud [29], hoc addito [30]. Cura igitur, ſi me tanti facis, quanti & Varro 11
exiſti-

16. honorum. 17. ex vrbe Brundiſio. 18. dum renuntiauit mihi., quomodo confecerit negotium. 19. dum ipſam hanc cauſſam expono. 20. polliceor. 21. delectationi. 22. vtilitati. 23. ab auaritia, ambitione. 24. hunc hominem. 25. quando cum nouis & antehac nondum cognitis hominibus coniungimur. 26. plurimum. 27. per has. 28. coniunctio imperatoris cum quaeſtore. 29. ſed illud tamen non debilitabitur. 30. dum hoc a me additur.



Digitized by Google

exiſtimat[31], & ipſe ſentio, vt quamprimum intelligam, hanc meam commendationem tantum illi[32] vtilitatis attuliſſe, quantum & ipſe ſperarit, nec ego dubitarim.

31. me a te fieri. 32. M. Terentio Varroni huic.

## XI.

## M. T. C. BRVTO S. P. D.

*Commendat Bruto vectigalia, quae Arpinates in Gallia habebant; & legatos, qui ad ea exigenda proficiſcebantur.*

QVia ſemper animaduerti ſtudioſe te operam dare, vt ne quid meorum[1] tibi eſſet ignotum, propterea non dubito quin ſcias, non ſolum cuius municipii ſim[2], ſed etiam, quam diligenter ſoleam
2 meos municipes Arpinates[3] tueri. Quorum quidem omnia commoda[4], omnesque facultates, quibus & ſacra conficere[5], & ſarta[6] tecta aedium ſacrarum, locorumque communium tueri poſſint, conſiſtunt in his vectigalibus, quae habent in pro-
3 vincia Gallia. Ad ea viſenda[7], pecuniasque, quae a colonis debentur exigendas, totamque rem, & cognoſcendam & adminiſtrandam legatos equites Romanos miſimus Q. Fufidium, Q. F[8]. M. Fau-
4 cium, M. F. Q. Mamercum Q. F. Peto a te in maiorem modum pro noſtra neceſſitudine, vt ea res tibi curae ſit, operamque des, vt per te quam commodiſſi-

XI.

1. rerum mearum. 2. ex quo municipio ortus ſim. 3. Arpinum, municipium Latio adiectum. 4. Nutzungen, Einkünffte. 5. ſacrificia & cultum diuinum peragere. 6. in baulichen Weſen erhalten. 7. vectigalia. 8. Quinti Filium.

9. huius.

Digitized by Google

modiſſime negotium municipii[9] adminiſtretur,
quamprimùmque conficiatur: ipſosque, quorum
nomina ſcripſi[10], ut quam honorificentiſſime pro
tua natura & quam liberaliſſime tractes. Bonos 5
viros[11] ad tuam neceſſitudinem[12] adiunxeris: mu-
nicipiumque gratiſſimum beneficio tuo deuinxe-
ris: mihi vero etiam eo gratius feceris, quod, cum
ſemper tueri municipes meos conſueui, tum hic
annus praecipue ad meam curam officiumque
pertinet. Nam conſtituendi municipii cauſſa[13] 6
hoc anno aedilem[14] filium meum fieri volui, &
fratris[15] filium, & M. Caeſium, hominem mihi
maxime neceſſarium[16]. Is enim magiſtratus in no-
ſtro municipio, nec alius vllus, creari ſolet. quos 7
cohoneſtaris[17], in primisque me[18], ſi reſpub. mu-
nicipii tuo ſtudio & diligentia bene adminiſtrata
erit. Quod vt facias te vehementer etiam atque
etiam rogo, Vale.

9. huius. 10. indicaui. 11. hos. 12. amicitiam. 13. vt cauſſa huius municipii eo rectius conſtitueretur. 14. municipii. 15. mei. 16. coniunctum, amicum. 17. honorabis. 18. honeſtabis.

## XII.

## M. T. C. BRVTO S. P. D.

*Q. Fuſidium, Arpinatis municipii legatum, qui tribunus militum in Cilicia fuerat, diligenter commendat.*

ALia[1] epiſtola communiter[2] commendaui tibi legatos Arpinatium, vt potui, diligentiſſime: hac

XII.

1. in alia, nempe, antecedente. 2. ſine diuiſione, omnes omnino legatos.



Digitized by Google

2 hac ſeparatim[3] Q. Fufidium, quo cum mihi omnes neceſſitudines ſunt[4], diligentius commendo: non vt aliquid de illa[5] commendatione comminuam,
3 ſed vt ad hanc addam. Nam & priuignus eſt M. Caeſii, mei maxime & familiaris, & neceſſarii: & fuit in Cilicia mecum tribunus militum. quo in munere[6] ita ſe tractauit[7], vt accepiſſe ab eo beneficium viderer, non dediſſe. Eſt[8] praeterea, quod apud te valet plurimum, a noſtris ſtudiis non ab-
4 horrens. Quare velim eum quam liberaliſſime complectare[9]; operamque des, vt in ea legatione, quam ſuſcepit contra ſuum commodum, ſecutus[10] auctoritatem meam, quam maxime eius excellat[11]
5 induſtria. Vult enim, id quod optimo cuique natura[12] tributum eſt, quam maximam laudem cum a nobis, qui eum impulimus[13], tum a municipio, conſequi: quod ei continget, ſi hac mea commendatione tuum erga ſe ſtudium[14] erit conſecutus.

3. in hac autem epiſtola commendo tibi ſeparatim. 4. quo cum ſummam habeo familiaritatem. 5. ſuperiore. 6. officio. 7. geſſit. 8. ille. 9. tractes. 10. dum ſecutus eſt. 11. vt conſpiciatur. 12. a natura. 13. perſuaſimus, vt ſuſciperet hanc legationem. 14. fauorem.

## XIII.

## M. T. C. BRVTO S. P. D.

*L. Caſtronium, Lucenſem municipem, commendat.*

L. Caſtronius Paetus, longe princeps[1] municipii Lucenſis[2], eſt honeſtus, grauis, plenus officii, bonus

XIII.

1. Primus omnium ciuium in municipio Lucenſi. 2. Lucca, in Liguriae & Etruriae finibus oppidum.

3. iis

Digitized by Google

bonus plane vir, & cum virtutibus tum etiam for-
tuna[3], ſi quid hoc ad rem pertinet, ornatus: meus
autem eſt familiariſſimus, ſic prorſus, vt noſtri or-
dinis[4] obſeruet[5] neminem diligentius. Quare[6] 2
& vt meum amicum, & tua dignum amicitia tibi
commendo. cui quibuscunque rebus commoda-
veris[7], tibi profecto iucundum, mihi certe erit
gratum. Vale.

3. iis rebus, quae in fortunae poteſtate ſunt, vt, diuitiis, honoribus. 4. Senatorii. 5. colat, diligat. 6. quare eum. 7. fauorem exhibueris.

## XIV.

## M. T. C. BRVTO S. P. D.

*Petit vt exactionem eius pecuniae, quam L. Straboni P. Cornelius debet, ſuo ſtudio & diligentia curet.*

L. Titio Strabone, equite Romano in primis
honeſto & ornato[1], familiariſſime vtor[2].
Omnia mihi cum eo intercedunt iura ſummae ne-
ceſſitudinis[3]. Huic[4] in tua[5] prouincia pecuniam 2
debet P. Cornelius. Ea res[6] a Volcatio, qui Ro-
mae ius dicit[7], reiecta[8] in Galliam eſt. Peto a te 3
hoc[9] diligentius, quam ſi mea res eſſet, quo[10] eſt
honeſtius de amicorum pecunia laborare[11], quam
de

XIV.

1. virtutibus. 2. habeo eum familiarem. 3. omnia iura ſummae amicitiae habeo cum eo. 4. Straboni. 5. Gallia. 6. cognitio huius pecuniae, dieſe Schuldforderung vnd deren Eintreibung. 7. qui Praetor vrbanus Romae eſt. 8. iſt verwieſen. 9. vmb ſo viel. 10. ie raiſonnabler vnd billiger es iſt. 11. curam gerere.



Digitized by Google

de ſua[12]; vt negotium[13] conficiendum[14] cures, ipſe ſuſcipias[15], tranſigas[16], operamque des, quoad[17] tibi & aequum & rectum videbitur, vt quam commodiſſima conditione[18] libertus Strabonis, qui eius rei cauſſa[19] miſſus[20] eſt, negotium con-
4 ficiat, ad nummosque[21] perueniat. Id & mihi gratiſſimum erit, & tu ipſe L. Titium cognoſces amicitia tua digniſſimum. Quod vt tibi curae ſit, vt[22] omnia ſolent eſſe quae me velle ſcis[23]; te vehementer etiam atque etiam rogo.

12. pecunia. 13. hoc. 14. perfici, ad finem perduci. 15. hoc negotium. 16. componas, ad finem perducas. 17. quantum. 18. modo vtiliſſimo. 19. propter hanc rem. 20. in Galliam. 21. pecuniam debitam. 22. quemadmodum omnia ſolent curae eſſe. 23. quae ſcis me cupere.

## XV.

## M. T. C. CAESARI IMP. S. P. D.

*Praecilium adoleſcentem, patre natum Caeſaris amiciſſimo, commendat. Caeſare* IV. COS. *ſine collega.*

PRaecilium tibi commendo vnice[1], tui neceſſarii, mei familiariſſimi, viri optimi filium: quem cum adoleſcentem ipſum propter eius modeſtiam, humanitatem, animum, & amorem erga me ſingularem mirifice diligo: tum patrem eius, re doctus[2], intellexi & didici mihi fuiſſe ſemper
2 amiciſſimum. Hem, hic ille eſt, de illis maxime, qui

XV.

1. inprimis. 2. quod ipſa experientia me docuit.

3. aus-

Digitized by Google

qui irridere atque obiurgare[3] me ſoliti ſunt, quod me non tecum, praeſertim cum abs te honorificentiſſime inuitarer, coniungerem.

Ἀλλ' ἐμὸν οὔποτε θυμὸν ἐνὶ στήθεσσιν ἔπειθεν[4].

audiebam enim noſtros proceres[5] clamitantes,

Ἄλκιμος ἔσσ', ἵνα τίς σε καὶ ὀψιγόνων εὖ εἴπῃ[6].
Ὡς νεφέλη ἐκάλυψε μέλαινα[7].

Sed tamen idem me conſolatur: & iam hominem perustum[8] etiam gloria volunt incendere; atque ita loquuntur: 3

Μὴ μὰν ἀσπουδεί γε καὶ ἀκλειῶς ἀπολοίμην,
Ἀλλὰ μέγα ῥέξας τι, καὶ ἐσσομένοισι πυθέσθαι[9].

Sed minus iam mouent[10], vt vides. Itaque ab Homeri magniloquentia confero me ad vera praecepta Εὐριπίδου[11]. 4

Μισῶ σοφιστὴν, ὅστις οὐχ' αὑτῷ σοφός[12].

quem verſum ſenex Praecilius laudat egregie: & ait, poſſe eundem & ἅμα πρόσσω καὶ ὀπίσσω[13] videre, & tamen nihilominus

Αἰὲν ἀριστεύειν καὶ ὑπείροχον ἔμμεναι ἄλλων[14].

Sed

3. ausſchelten. 4. ex Homeri Odyſſ. η. v. 258. id eſt: *ſed meum nunquam animum in pectoribus perſuaſerunt.* 5. Pompeianos. 6. ex Homeri Odyſſ. α. v. 302. id eſt: *fortis eſto, ut quis te poſterorum laudet.* 7. ex Homeri Odyſſ. ω. v. 314. id eſt: *ſic nebula occultauit atra.* 8. induratum, inutilem ad incenſionem & cupiditatem gloriae. 9. ex Iliad. χ. v. 304. 305. id eſt: *non ignauus & inglorius peream, ſed magnum facinus quoddam edens, & poſteri id perſuadeantur.* 10. haec omnia. 11. Euripidis. 12. *odi ſapientem, qui ſibi ipſi non eſt ſapiens.* 13. *antrorſum & retrorſum.* 14. ex Homeri Iliad. ζ. v. 208. & λ. v. 783. id eſt: *ſemper bene ſe gerere, & principem eſſe aliorum.*

15. com-

Digitized by Google

5 Sed vt redeam ad id, vnde coepi, vehementer mihi gratum feceris, ſi hunc adoleſcentem humanitate tua, quae eſt ſingularis, comprehenderis[15]: & ad id: quod ipſorum Praeciliorum cauſſa[16] te velle arbitror, addideris cumulum commenda-
6 tionis meae. Genere nouo ſum litterarum ad te vſus, vt intelligeres non vulgarem eſſe commendationem.

15. complectaris. 16. propter.

## XVI.

## M. T. C. C. CAESARI IMP. S. P. D.

*Apollonium, P. Craſſi libertum, Caeſari in Hiſpania contra Pompeii filios bellum gerenti, commendat.*

PVblium Craſſum ex omni nobilitate[1] adoleſcentem dilexi plurimum: & ex eo cum ab ineunte eius aetate bene ſperauiſſem, tum per me exiſtimare coepi ex iis iudiciis, quae de eo fece-
2 ram, cognitis. Eius libertum Apollonium iam tum equidem, cum ille viueret, & magnifaciebam & probabam[2]. erat enim & ſtudioſus Craſſi, & ad eius optima ſtudia vehementer aptus. itaque ab
3 eo admodum diligebatur. Poſt mortem autem Craſſi, eo[3] mihi etiam dignior viſus eſt, quem in fidem atque amicitiam meam reciperem, quod[4] eos a ſe obſeruandos & colendos putabat, quos
4 ille[5] dilexiſſet, & quibus carus fuiſſet. Itaque & ad me in Ciliciam venit, multisque in rebus mihi magno

XVI.

1. ex omnibus ceteris nobilibus. 2. laudabam. 3. vmb ſo viel. 4. quoniam. 5. Craſſus.

6. auxi-

Digitized by Google

magno vſui fuit & fides eius & prudentia, &, vt
opinor, tibi in Alexandrino bello, quantum ſtu-
dio & fidelitate conſequi potuit, non defuit[6].
Quod cum ſperaret te quoque ita exiſtimare, in 5
Hiſpaniam ad te maxime ille quidem ſuo conſilio,
ſed[7] etiam me auctore[8] eſt profectus. Cui ego 6
commendationem non ſum pollicitus, non[9], quin
eam valituram apud te arbitrarer; ſed neque mi-
hi egere commendatione videbatur, qui in bello
tecum fuiſſet, & propter memoriam Craſſi de
tuis[10] vnus eſſet: &, ſi vti commendationibus
vellet, etiam per alios eum videbam id conſequi
poſſe. Teſtimonium meum de eo iudicii[11], quod[12] 7
& ipſe magni aeſtimabat, & ego apud te valere
eram expertus, ei libenter dedi. Doctum igitur 8
hominem cognoui, & ſtudiis optimis deditum, id-
que a puero. nam domi meae[13] cum Diodoto
Stoico[14] homine, meo iudicio, eruditiſſimo, mul-
tum a puero[15] fuit[16]. Nunc autem incenſus ſtu- 9
dio[17] rerum tuarum, eas[18] litteris Graecis man-
dare[19] cupiebat. poſſe arbitror[20]: valet ingenio,
habet vſum[21], iam pridem in eo genere ſtudii lit-
terarumque verſatur: ſatisfacere immortalitati
laudum tuarum mirabiliter cupit. Habes opinio- 10
nis meae teſtimonium: ſed tu hoc facilius multo
pro

6. auxilio fuit. 7. ſed tamen. 8. me ſuaſore, dum ego ei id conſilium dedi. 9. non ideo, quod arbitrarer, eam non valituram eſſe apud te. 10. ex numero tuorum amicorum. 11. teſtimonium iudicii mei de eo. 12. teſtimonium. 13. in domo mea. 14. philoſopho. 15. a pueritia ſua. 16. verſatus. 17. fauore erga res a te geſtas. 18. tuas res. 19. Graeco Sermone deſcribere. 20. & arbitror, eam id poſſe facere. 21. experientiam.

22. ei

Digitized by Google

pro tua ſingulari prudentia iudicabis. Et tamen, quod negaueram [22], commendo tibi eum. Quidquid ei commodaueris [23], erit mihi maiorem in modum gratum. Vale.

22. ei antea. 23. praeſtiteris, quaecunque beneficia ei dabis.

## XVII.

## M. T. C. SER. SVLPICIO S. P. D.

*Manium Curium Seruio Sulpicio, Achaiae praeſidi, commendat. Adde lib. VII. epiſt. XXIX.*

M'. Curius, qui Patris [1] negotiatur [2], multis & magnis de [3] cauſſis a me diligitur. nam & amicitia peruetus [4] mihi cum eo [5] eſt, vt primum [6] in forum [7] venit [8], inſtituta [9]: & Patris [10] cum [11] aliquoties antea, tum proxime hoc miſerrimo bello [12], domus eius tota mihi patuit [13]. qua, ſi opus
2 fuiſſet, tam eſſem vſus [14], quam mea. Maximum autem mihi vinculum cum eo eſt, quaſi ſanctioris [15] cuiusdam neceſſitudinis [16], quod [17] eſt Attici noſtri familiariſſimus: eumque vnum praeter ce-
3 teros obſeruat [18] ac diligit. Quem [19] ſi tu iam [20] forte cognouiſti, puto me hoc, quod facio, facere [21] ſe-

XVII.

1. in vrbe Peloponneſi. 2. negotia habet. 3. ob cauſſas. 4. valde antiqua & diuturna. 5. amicitiam habeo cum eo. 6. quamprimum. 7. ad agendas cauſſas in iudicio. 8. ille. 9. incepta eſt haec amicitia. 10. in vrbe Patris. 11. ſo wohl, als auch. 12. ciuili inter Pompeium & Caeſarem. 13. liberum aditum ego habui ad domum eius. 14. vt ea domo non minus libere vſus eſſem, quem mea domo. 15. maioris, arctioris. 16. amicitiae, coniunctionis. 17. quoniam ille. 18. amat, reſpectiret. 19. Curium. 20. ſchon allbereit.

21. quod

Digitized by Google

re[21] ſerius[22]. ea eſt enim humanitate & obſeruan-
tia[23], vt eum tibi iam ipſum per ſe commendatum[24]
putem. Quod tamen ſi ita[25] eſt, magnopere a te 4
quaeſo[26], vt ad eam voluntatem[27], ſi quam[28] in
illum[29] ante has meas litteras contuliſti[30], quam[31]
maximus poſtea noſtra[32] commendatione cumu-
lus[33] accedat. Sin autem propter verecundiam ſu- 5
am[34] minus ſe tibi obtulit[35], aut eum nondum ha-
beas ſatis cognitum[36], aut quae[37] cauſſa eſt, cur ma-
ioris commendationis indigeat, ſi tibi eum com-
mendo, vt neque maiore ſtudio quemquam, ne-
que iuſtioribus de[38] cauſſis commendare poſſim.
faciamque id, quod debent facere ii, qui religioſe[39]
& ſine ambitione[40] commendant. Spondebo[41] 6
enim tibi, vel potius ſpondeo[42], in meque reci-
pio[43], eos eſſe M'. Curii mores, eamque tum pro-
bitatem, tum etiam humanitatem, vt eum & ami-
citia tua[44], & tam accurata[45] commendatione, ſi
tibi ſit cognitus[46], dignum ſis exiſtimaturus. Mihi 7
certe

21. quod eum tibi commendo. 22. paullo, ein wenig zu ſpäte. 23. amore & veneratione erga patronos. 24. eſſe. 25. quod ſi eum iam noſti & commendatum habes. 26. peto. 27. propenſionem beneuolentiam tuam erga illum. 28. aliquam. 29. Curium. 30. exhibuiſti. 31. maximus. 32. per noſtram. 33. beneficiorum tuorum. 34. pudorem & modeſtiam. 35. ille ad te non dum venit ſui commodi cauſſa. 36. oder wenn du jhn etwa noch nicht recht haſt kennen lernen. 37. aliqua alia. 38. ob cauſſas. 39. candide, nach beſten Wiſſen vnd Gewiſſen. 40. ſine affectatione, non falſo, non ex cupiditate gloriae, damit ſie nur vor etwas groſſes angeſehen werden. 41. promittam, pollicebor. 42. iam. 43. ich will davor gut ſeyn vnd Bürge werden. 44. dignum. 45. ſollicita, ſtudioſa. 46. ſi eum cognoueris.

47. cum

Digitized by Google

certe gratiſſimum feceris, ſi intellexero has litteras tantum, quantum ſcribens[47] confidebam[48], apud te pondus habuiſſe[49]. Vale.

47. cum ego illas ſcriberem. 48. perſuadebar, certo credebam. 49. valuiſſe.

## XVIII.

## CICERO SERVIO S.

*Gratias agit, quod optima in Atticum voluntate ſit, quem dum commendari dicit neceſſe non eſſe, eo ipſo valde commendat, quo Seruius ei neque in Epiroticis, neque in aliis rebus deſit.*

1 NOn concedam, vt Attico noſtro, quem ela-
tum laetitia[1] vidi, jucundiores[2] tuae[3] ſuauiſſi-
mae ad eum, & humaniſſime ſcriptae litterae fue-
2 rint, quam mihi. Nam etſi vtrique noſtrum[4] pro-
pe aeque gratae erant[5], tamen ego admirabar ma-
gis, te, quaſi rogatus, aut certe admonitus, libera-
liter Attico reſpondiſſes (quod tamen dubium no-
bis, quin ita futurum fuerit, non erat) vltro ad eum
ſcripſiſſe, eique nec opinanti voluntatem tuam
3 tantam[6] per litteras detuliſſe[7]. De quo non mo-
do rogare te, vt eo ſtudioſius mea quoque cauſſa[8]
facias, non debeo (nihil enim cumulatius[9] fieri
poteſt, quam[10] polliceris) ſed ne gratias quidem
agere[11], quod tu & ipſius cauſſa, & tua ſponte fe-
4 ceris. Illud tamen dicam, mihi id, quod feciſti,
eſſe

XVIII.

1. vehementer gauiſum eſſe. 2. fuerint. 3. litterae. 4. nobis vtrisque. 5. illae tuae litterae. 6. tam egregiam tuam voluntatem erga ſe. 7. declaraſſe. 8. mir zu Liebe. 9. maius. 10. quam id, quod. 11. debeo. 12. Atti-

eſſe gratiſſimum. Tale enim tuum iudicium de homine eo[12], quem ego vnice diligo, non poteſt mihi non ſumme eſſe iucundum. Quod cum ita 5
ſit, eſſe gratum[13] neceſſe eſt. ſed tamen quando[14] mihi, pro coniunctione noſtra, vel[15] peccare apud te in ſcribendo[16] licet, vtrumque eorum, quae negaui mihi facienda eſſe[17], faciam. Nam & ad 6
id, quod Attici cauſſa te oſtendiſti eſſe facturum, tantum velim addas, quantum ex noſtro amore acceſſionis fieri poteſt. Et quod modo verebar[18], 7
tibi gratias agere, nunc plane ago: teque ita exiſtimare volo, quibuscunque officiis in Epiroticis[19] reliquisque rebus Atticum obſtrinxeris[20], iisdem[21] me tibi obligatum fore.

12. Attico. 13. vt mihi ſit gratum. 14. quoniam. 15. vel imo. 16. per epiſtolas. 17. quae dixi mihi facienda non eſſe. 18 facere. 19. in Epiro. 20. beneficio tuo. 21. officiis.

## XIX.

## M. T. C. SER. SVLPICIO S. P. D.

*Rogat, vt Lyſonem, quem antea commendauerat, in fidem & neceſſitudinem recipiat.*

CVm Lyſone Patrenſi[1] eſt mihi quidem hoſpitium vetus[2], quam ego neceſſitudinem[3] ſancte[4] colendam[5] puto: ſed ea cauſſa[6] etiam cum aliis compluribus: familiaritas[7] tanta nullo cum hoſpite: & ea[8] cum[9] officiis eius multis, tum etiam

XIX.

1. qui ortus eſt ex Patris vrbe Achaiae. 2. ius vetus hoſpitii. 3. hoſpitium. 4 religioſe. 5. eſſe a me. 6. communis eſt mihi. 7. autem eſt. 8. familiaritas noſtra. 9. ſo wohl.

etiam conſuetudine[10] quotidiana ſic eſt aucta, vt
2 nihil ſit familiaritate noſtra coniunctius. Is cum
Romae annum prope ita fuiſſet, vt mecum viueret, etſi eramus in magna ſpe, te meis litteris, commendationeque diligentiſſime facturum, id quod feciſti, vt eius rem & fortunas abſentis[11] tuerere: tamen quod in vnius[12] poteſtate erant omnia, & quod Lyſo fuerat in noſtra cauſſa[13] noſtrisque
3 praeſidiis[14], quotidie aliquid timebamus. Effectum tamen eſt, & ipſius ſplendore[15], & noſtro, reliquorumque hoſpitum ſtudio, vt omnia, quae vellemus, a Caeſare impetrarentur. quod intel-
4 liges ex iis litteris, quas Caeſar ad te dedit. Nunc non modo non remittimus tibi aliquid ex noſtra commendatione, quaſi adepti[16] iam omnia: ſed eo vehementius a te contendimus[17], vt Lyſonem
5 in fidem neceſſitudinemque[18] tuam recipias. Cuius dubia fortuna[19] timidius tecum agebamus, verentes, ne quid accideret eiusmodi, vt ne tu quidem mederi poſſes: explorata vero eius incolumitate[20] omnia a te ſtudia[21] ſumma cura peto.
6 Quae[22] ne ſingula enumerem, totam tibi domum[23] commendo. in his[24] adoleſcentem filium eius: quem C. Memmius Gemellus, cliens meus, cum in calamitate exſilii ſui Patrenſis ciuis factus eſſet,

10. conuerſatione. 11. cum Patro abſens eſſet. 12. Caeſaris. 13. Pompeiana. 14. caſtris. 15. per ipſius ſplendorem & dignitatem. 16. eſſemus. 17. petimus. 18. amicitiam. 19. cum fortuna eius adhuc dubia eſſet. 20. poſtquam vero eius incolumitas certa & explorata eſt. 21. omnem tuum fauorem erga illum. 22. ſtudia. 23. familiam eius. 24. & inter hos commendo etiam.

25. iuxta

Digitized by Google

eſſet, Patrenſium legibus[25] adoptauit: vt eius
ipſius[26] hereditatis ius cauſſamque tueare. Ca- 7
put[27] illud eſt, vt Lyſonem, quem ego virum opti-
mum gratiſſimumque cognoui, recipias in neceſ-
ſitudinem tuam. Quod ſi feceris, non dubito,
quin in eo diligendo[28], ceterisque poſtea com-
mendando[29], idem, quod ego, ſis iudicii & vo-
luntatis habiturus[30]. Quod fieri cum vehemen- 8
ter ſtudeo, tum etiam illud vereor, ne, ſi minus cu-
mulate[31] videbere feciſſe aliquid eius cauſſa[32], me
ille negligenter ſcripſiſſe putet, non te oblitum[33]
mei. Quanti enim me faceres, cum ex ſermoni- 9
bus quotidianis[34] meis, tum ex epiſtolis etiam tuis
potuit cognoſcere.

25. iuxta leges Patrenſium. 26. filii. 27. praecipuum argumentum huius epiſtolae. 28. ſi eum diliges. 29. & illum poſteà aliis commendabis. 30. quin habiturus ſis idem iudicium & eandem voluntatem de eo, quam ego habeo. 31. ſtudioſe. 32. propter me, mir zu gefallen. 33. licet non ſis oblitus mei. 34. de te.

## XX.

## CICERO SERVIO S.

*Aſclaponem medicum commendat.*

ASclàpone Patrenſi[1], medico, vtor valde familiariter[2], eiusque cum conſuetudo[3] mihi iucunda fuit, tum etiam ars[4], quam ſum expertus in valetudine[5] meorum; in qua[6] mihi cum ipſa ſcien-

XX.

1. qui ortus eſt ex vrbe Patris. 2. is mihi eſt familiariſſimus. 3. conuerſatio. 4. medica. 5. morbo. 6. valetudine meorum.



Digitized by Google

ſcientia [7]; tum etiam fidelitate [8] beneuolentiaque
2 ſatisfecit. Hunc igitur tibi commendo, & a te
peto, vt des operam, vt intelligat, diligenter [9] me
ſcripſiſſe de ſe, meamque commendationem
vſui [10] magno ſibi fuiſſe. Erit id mihi vehementer
gratum.

7. per ſuam ſcientiam medicam. 8. per fidem. 9. ſollicite, cum cura & diligentia. 10. vtilitati, multum ſibi profuiſſe.

## XXI.

## M. T. C. SER. SVLPICIO S. P. D.

*M. Aemilii rem familiarem; & in primis libertum eius Hammonium commendat.*

M. Aemilius Auianus ab ineunte adoleſcentia [1]
me obſeruauit [2], ſemperque dilexit, vir cum
bonus, tum perhumanus, & in omni genere offi-
2 cii diligendus. Quem ſi arbitrarer eſſe Sicyone [3],
& niſi audirem ibi eum etiam nunc, vbi ego re-
liqui [4], Cibyrae [5] commorari, nihil eſſet neceſſe
3 plura me ad te de eo ſcribere. Perficeret enim
ipſe profecto ſuis [6] moribus ſuaque humanitate,
vt ſine cuiusquam commendatione diligeretur
abs te non minus, quam [7] & a me, & a ceteris ſuis
familiaribus. ſed cum illum abeſſe putem, com-
mendo tibi maiorem in modum [8] domum [9] eius,
quae eſt Sicyone, remque familiarem, maxime C.
Auianum Hammonium libertum eius: quem qui-
4 dem tibi etiam ſuo nomine commendo. Nam cum
pro-

XXI.

1. ſua. 2. coluit. 3. Sycion, vrbs Achaiae. 4. eum. 5. Phrygiae vrbe. 6. per ſuos egregios mores. 7. quam is diligitur. 8. valde, quammaxime. 9. familiam.
10. ideo

Digitized by Google

propterea mihi eſt probatus, quod[10] eſt in[11] patronum ſuum officio & fide ſingulari, tum etiam in me ipſum magna officia contulit: mihique moleſtiſſimis temporibus[12] ita fideliter beneuoleque praeſto fuit[13], vt[14] ſi a me manumiſſus eſſet. Itaque peto a te, vt eum Hammonium, & in patroni eius negotio ſic tueare, vt[15] eius procuratorem, quem tibi commendo: & ipſum ſuo nomine diligas, habeasque in numero tuorum[16]. hominem prudentem[17] & officioſum cognoſces, & dignum qui a te diligatur.

10. ideo quod. 11. erga. 12. tempore exſilii mei. 13. auxilium attulit. 14. non ſecus ac ſi, a me ipſo libertus factus eſſet. 15. tanquam. 16. amicorum. 17. modeſtum.

## XXII.

## CICERO SERVIO S.

*T. Manlium ſuo & Varronis nomine commendat.*

T. Manlium, qui negotiatur Theſpiis[1] vehementer diligo. Nam & ſemper me coluit, diligentiſſimeque obſeruauit, & a ſtudiis noſtris non abhorret. Accedit eo[2], quod Varro Murena magnopere eius cauſſa vult omnia[3]: qui tamen exiſtimauit, etſi ſuis litteris, quibus tibi Manlium commendabat, valde confideret, tamen mea[4] commendatione aliquid acceſſionis[5] fore. Me quidem cum Manlii familiaritas, tum Varronis ſtudium commouit, vt ad te quam accuratiſſime ſcri-

berem

XXII.

1. Boeotiae oppidum. 2. huc. 3. ei quampluri- mum fauet. 4. per meam. 5. ad fiduciam ſuam.



6. quam.

4 berem. Gratiſſimum igitur mihi feceris, ſi huic commendationi meae tantum tribueris, quantum cui tribuiſti plurimum [6]. Id eſt, ſi T. Manlium, quam maxime, quibuscunque rebus honeſte ac pro tua dignitate poteris, iuueris atque ornaueris.
5 Ex ipſiusque praeterea gratiſſimis & humaniſſimis moribus confirmo [7] tibi, eum [8] te, quem ſoles fructum a bonorum virorum officiis exſpectare, eſſe capturum.

6. quantum plurimum alicui vnquam tribuiſti. 7. adfirmo & polliceor. 8. te capturum eſſe eum fructum ab illo, quem ſoles exſpectare.

## XXIII.

## CICERO SERVIO S.

*Coſſinium Anchialum libertum commendat.*

L. Coſſinio, amico & tribuli [1] meo, valde familiariter vtor. nam & inter nosmetipſos vetus vſus [2] intercedit, & Atticus noſter maiorem etiam
2 mihi cum Coſſinio conſuetudinem [3] fecit. Itaque tota Coſſinii domus me diligit. Inprimisque libertus eius L. Coſſinius Anchialus, homo & patrono [4] & patroni neceſſariis [5], quo in numero ego
3 ſum, probatiſſimus [6]. Hunc tibi ita commendo, vt [7], ſi meus libertus eſſet, eodemque apud me loco eſſet, quo & eſt apud patronum ſuum, maiore ſtu-
4 dio commendare non poſſem. Quare pergratum mihi feceris, ſi eum in amicitiam tuam receperis: atque

XXIII.

1. Zunfftgenoſſen, qui eſt ex tribu mea. 2. amicitia eſt. 3. conuerſationem. 4. ſuo. 5. amicis. 6. laudatiſſimus. 7. vt non poſſem.

8. tuo

Digitized by Google

atque eum, quod ſine moleſtia tua fiat, ſi qua in re opus ei fuerit[8], iuueris. Id & mihi vehementer 5
gratum erit, & tibi poſtea iucundum. Hominem[9] enim ſumma probitate, humanitate obſeruantiaque[10] cognoſces.

8. tuo auxilio. 9. hunc. 10. qui obſeruat & colit patronos ſuos.

## XXIV.

# CICERO SERVIO S.

*Gratias agit, quod ſua commendatione Lyſoni offenſionem remiſerit, eumque diligentius commendat.*

CVm antea capiebam ex officio meo voluptatem[1], quod[2] memineram, quam tibi diligenter Lyſonem, hoſpitem[3] & familiarem meum, commendaſſem: tum vero poſteaquam ex litteris eius cognoui, tibi eum falſo ſuſpectum fuiſſe, vehementiſſime laetatus ſum, me tam diligentem in eo commendando fuiſſe. Ita enim ſcripſit ad me, ſibi meam 2
commendationem maximo adiumento[4] fuiſſe, quo ad te delatum diceret ſeſe[5], contra dignitatem tuam Romae de te loqui ſolitum eſſe. De quo[6] 3
etſi pro tua facilitate[7] & humanitate purgatum[8] ſe tibi ſcribit eſſe: tamen primum, vt debeo, tibi gratias ago, cum tantum litterae meae potuerunt[9], vt, his lectis[10], omnem offenſionem ſuſpicionis, quam habueras de Lyſone, deponeres. Deinde 4

credas

XXIV.

1. delectationem. 2. quia. 3. cum quo habeo ius hoſpitii. 4. auxilio. 5. quod diceret, ſe ad te per calumniam delatum eſſe. 6. crimine. 7. Gütigkeit. 8. excuſatum. 9. efficere. 10. poſtquam a te lectae erant litterae.



11. he-

Digitized by Google

credas mihi adfirmanti velim, me hoc non pro Lyſone magis, quam pro omnibus [11] ſcribere, hominem eſſe neminem, qui vnquam mentionem tui
5 ſine tua ſumma laude fecerit. Lyſo vero cum mecum prope quotidie eſſet, vnaque [12] viueret, non ſolum [13], quia me libenter audire arbitratur, ſed quia libentius ipſe loquebatur, omnia mihi tua &
6 facta & dicta laudabat. Quapropter etſi a te ita tractatur, vt iam non deſideret commendationem meam, vnisque [14] ſe litteris meis omnia conſecutum putet: tamen a te peto maiorem in modum, vt eum etiam atque etiam tuis officiis, liberalitate [15]
7 complectare. Scriberem ad te qualis vir eſſet, vt ſuperioribus litteris feceram, niſi eum iam per ſeipſum ſatis tibi eſſe notum arbitrarer.

11. hominibus. 12. mecum. 13. ideo. 14. & per ſolas meas. 15. tua.

## XXV.

## CICERO SERVIO S.

*Hageſaretum breuiter ſed accurate commendat.*

HAgeſaretus Lariſſaeus [1] magnis meis beneficiis ornatus [2] in conſulatu meo [3], memor [4] & gra-
2 tus fuit, meque poſtea diligentiſſime coluit [5]. Eum tibi magnopere commendo, vt [6] & hoſpitem [7] meum & familiarem, & gratum hominem, & vi-

rum

XXV.

1. ortus ex Lariſſa Theſſaliae vrbe. 2. honoratus, qui multa beneficia abs me accepit. 3. eo tempore, quo ego Conſul eram. 4. horum beneficiorum. 5. honorauit, amauit. 6. tanquam. 7. cum quo habeo iura hoſpitii. 8. qui

Digitized by Google

rum bonum, & principem[8] ciuitatis ſuae, & tua neceſſitudine[9] digniſſimum. Pergratum[10] mihi 3
feceris, ſi dederis operam, vt is intelligat, hanc meam commendationem magnum apud te pondus[11] habuiſſe.

8. qui primarius vir eſt inter ſuos ciues. 9. amicitia. 10. gratiſſimam rem. 11. Nachdruck, multum valuiſſe.

## XXVI.
## CICERO SERVIO S.

*Meſcinii Rufi Achaica negotia commendat.*

L. Meſcinius ea[1] mecum neceſſitudine[2] coniunctus eſt, quod[3] mihi quaeſtor fuit. Sed 2
hanc cauſſam, quam ego, vt a maioribus accepi, ſemper gratiem duxi[4], fecit virtute & humanitate ſua iuſtiorem. Itaque eo ſic vtor, vt[5] nec familiarius vllo, nec libentius. Is quamquam confi- 3
dere videbatur, & ſua cauſſa, quae honeſte poſſes, libenter eſſe facturum[6]: magnum eſſe tamen ſperauit apud te meas litteras pondus habituras. Id cum ipſe ita iudicabat, tum pro familiari con- 4
ſuetudine ſaepe ex me audierat, quam ſuauis eſſet inter nos, & quanta coniunctio. Peto igitur a te 5
tanto ſcilicet ſtudio, quanto intelligis debere me petere pro homine tam mihi neceſſario & tam familiari, vt eius negotia, quae ſunt in Achaia[7], ex eo[8], quod[9] heres eſt M. Mindio fratri ſuo, qui Eli[10]

XXVI.

1. tanta. 2. amicitia. 3. ideo, quoniam meus quaeſtor olim fuit. 4. putaui. 5. vt vtar alio vllo. 6. te libenter facturum eſſe omnia, quaecunque poſſes, ſua cauſſa. 7. quae ille habet in Achaia prouincia. 8. ideo. 9. quoniam.



Digitized by Google

Eli[10] negotiatus eſt, explices[11], & expedias cum[12] iure & poteſtate, quam habes, tum etiam auctori-
6 tate, & conſilio tuo. Sic enim praeſcripſimus iis, quibus ea negotia mandauimus, vt omnibus in rebus, quae in aliquam controuerſiam vocarentur, te arbitro[13], & quod commodo tuo fieri poſſet[14], te diſceptatore[15] vterentur. Id vt honoris mei cauſſa ſuſcipias[16], vehementer te etiam atque
7 etiam rogo. Illud praeterea, ſi non alienum tua[17] dignitate putabis eſſe, feceris mihi pergratum, ſi qui difficiliores erunt[18], vt rem[19] ſine controuerſia confici nolint, ſi eos, quum[20] cum ſenatore
8 res eſt, Romam reieceris[21]. Quod, quo minore dubitatione facere poſſis, litteras ad te a M. Lepido conſule, non[22] quae te aliquid iuberent (neque enim id tuae dignitatis eſſe arbitramur) ſed quodam modo quaſi commendaticias, ſumſimus.
9 Scriberem quam id beneficium bene apud Meſcinium poſiturus[23] eſſes, niſi & te ſcire conſiderem, & mihi[24] peterem. ſic enim velim exiſtimes, non minus me de illius re[25] laborare, quam ipſum de
10 ſua[26]. Sed cum illum ſtudeo quam faciliſſime ad

ſuum

10. Elis vrbs in Elide prouincia Peloponneſi. 11. ex confuſione. 12. ſo wohl. 13. vt vterentur te arbitro huius controuerſiae. 14. wenn es ohne deine Vngelegenheit geſchehen kan. 15. diiudicatore. 16. agas. 17. a tua. 18. ſi aliqui erunt, qui difficiliores ſeſe oſtendent. 19. negotium hoc de hereditate. 20. quia haec controuerſia eſt cum Senatore. 21. verweiſeſt. 22. non quidem tales. 23. collocaturus. 24. quaſi pro me ipſo. 25. negotio. 26. quam ipſum laborare de hac ſua cauſſa.

Digitized by Google 27. daſs

ſuum peruenire[27], tum illud laboro, vt non minimum hac mea commendatione ſe conſecutum[28] arbitretur.

27. daſs er zu dem ſeinigen gelange. 28. eſſe.

## XXVII.
## CICERO SERVIO S.

*Gratias agit, quod Auianum commendatione ſua liberaliter tractaſſet: eumque commendat iterum.*

LIcet eodem exemplo[1] ſaepius tibi huius generis litteras mittam, cum gratias agam, quod meas commendationes tam diligenter obſerues, quod feci in aliis, & faciam, vt video, ſaepius: ſed tamen non parcam operae, &, vt vos ſoletis[2] in formulis[3], ſic ego[4] in epiſtolis de eadem re alio modo. C. Auianus igitur Hammonius incredi- 2
biles mihi per litteras gratias egit, & ſuo, & Aemilii Auiani, patroni ſui, nomine, nec liberalius nec honorificentius tractari potuiſſe, nec ſe praeſentem, nec rem familiarem abſentis patroni ſui. Id 3
mihi cum iucundum eſt eorum cauſſa[5], quos ego tibi ſumma neceſſitudine & ſumma coniunctione adductus[6] commendaueram, quod[7] M. Aemilius vnus eſt ex meis familiariſſimis atque intimis, maxime neceſſarius homo, & magnis meis beneficiis deuinctus, & prope omnium, qui mihi aliquid debere[8] videntur, gratiſſimus: tum multo iucundius[9],

XXVII.

1. Einerley Innhalts. 2. facere. 3. veſtris iuridicis. 4. agere ſoleo. 5. propter ipſos. 6. commotus. 7. quoniam. 8. obligati eſſe.

9. mihi

Digitized by Google

dius[9], te eſſe in me tali voluntate, vt plus proſis amicis meis, quam ego praeſens fortaſſe prodeſſem[10]: credo[11], quod magis ego dubitarem, quid
4 illorum cauſſa facerem, quam tu quid mea[12]. Sed hoc non dubito quin exiſtimes mihi eſſe gratum. Illud te rogo, vt illos quoque gratos homines eſſe putes. quod ita eſſe tibi promitto atque confirmo.
5 Quare velim[13], quidquid habent negotii, des operam, quod commodo tuo fiat, vt, te obtinente
6 Achaiam[14], conficiant[15]. Ego cum tuo Seruio[16] iucundiſſimo coniunctiſſime viuo: magnamque cum ex ingenio eius ſingularique ſtudio, tum ex virtute & probitate voluptatem[17] capio.

9. mihi eſt hoc. 10. prodeſſe poſſem illis. 11. credo hoc ideo fieri. 12. quam tu dubitares, quid faceres mea cauſſa. 13. rogo. 14. dum tu regis Achaiam tanquam Proconſul. 15. hoc negotium. 16. filio tuo. 17. delectationem.

## XXVIII.

## CICERO SERVIO S.

*Agit gratias quod Meſcinio commendatio ſua profuerit, rogatque vt pergat ei bene facere. Deinde commendat Lacedaemonios.*

ETſi libenter petere a te ſoleo, ſi quid opus eſt meorum cuipiam[1]: tamen multo libentius gratias tibi ago, cum feciſti aliquid commendatione
2 mea[2], quod ſemper facis. Incredibile eſt enim, quas mihi gratias omnes agant, etiam mediocriter

XXVIII.

1. ſi auxilio tuo opus habeo in negotiis cuiusdam amicorum meorum. 2. propter factam a me.

3. ſunt.

Digitized by Google

ter a me tibi commendati: quae mihi omnia grata [3], ſed de L. Meſcinio [4] gratiſſimum [5]. Sic enim mecum locutus [6], te, vt [7] meas litteras legeris, ſtatim procuratoribus ſuis pollicitum eſſe omnia, multo vero plura & maiora feciſſe. Id igitur (puto 3
enim etiam atque etiam [8] mihi dicendum eſſe) velim exiſtimes mihi te feciſſe gratiſſimum, quod equidem hoc [9] vehementius laetor, quod [10] ex ipſo Meſcinio te video magnam capturum [11] voluptatem [12]. Eſt enim in eo cum virtus & probitas, 4
& ſummum officium ſummaque obſeruantia: tum [13] illa ſtudia noſtra, quibus antea delectabamur, nunc etiam viuimus [14]. Quod reliquum 5
eſt, velim augeas tua in eum beneficia omnibus rebus, quae te erunt dignae [15]. ſed duo [16] quidem te nominatim [17] rogo: primum, vt ſi quid tibi ſatisdandum [18] erit, amplius eo nomine non peti [19], cures, vt ſatisdetur fide mea [20]: deinde cum fere 6
conſiſtat hereditas in iis rebus, quas auertit [21] Oppia, quae vxor Mindii fuit, adiuues, ineasque rationem [22], quemadmodum ea mulier Romam perducatur [23]. quod ſi putarit illa fore [24], vt opinio noſtra eſt, negotium conficiemus. Hoc vt adſequamur

3. ſunt. 4. ſed quod L. Meſcinio feciſti. 5. mihi eſt. 6. ille eſt. 7. quamprimum. 8. iterum, ſaepius. 9. deſto. 10. quoniam. 11. accepturum eſſe. 12. delectationem. 13. praeterea etiam ſunt in illo. 14. in quibus vero nunc etiam vitam noſtram oblectamus. 15. decebunt. 16. duas res. 17. in ſpecie. 18. Verſicherung zu thun. 19. vt ne quid amplius petatur eo nomine. 20. auff meine Parole. 21. remouit, ſibi retinuit. 22. & cogites de remedio aliquo. 23. perduci poſſit. 24. quod ſi illa foemina putauerit, rem ita fore.

25. polli-

Digitized by Google

quamur te vehementer etiam atque etiam rogo.
7 Illud, quod ſupra ſcripſi, id tibi confirmo, in me-
que recipio [25], te, ea quae feciſti Meſcinii cauſſa,
quaeque feceris, ita bene collocaturum [26], vt ipſe
iudices homini te gratiſſimo, iucundiſſimo beni-
gne feciſſe. volo enim ad id, quod mea cauſſa [27]
8 feciſti, hoc etiam accedere. Nec Lacedaemonios
dubitare arbitror, quin ipſi ſua, maiorumque ſuo-
rum auctoritate ſatis commendati ſint fidei & iu-
ſtitiae tuae: & ego, qui te optime nouiſſem, non
dubitaui, quin tibi notiſſima & iura & merita po-
9 pulorum eſſent. Itaque cum a me peteret Philip-
pus Lacedaemonius, vt tibi ciuitatem [28] commen-
darem, etſi memineram me ei ciuitati omnia debe-
re, tamen reſpondi, commendatione Lacedae-
10 monios apud te non egere. Itaque ſic velim exi-
ſtimes, me omnes Achaiae ciuitates arbitrari pro [29]
horum temporum perturbatione felices, quod
his tu praeſis [30]: eundemque me ita iudicare, te [31],
quod vnus optime noſſes non noſtra ſolum, ſed
11 etiam Graeciae monimenta [32] omnia, tua ſponte
amicum Lacedaemoniis & eſſe & fore. Quare
tantum a te peto, vt, cum [33] ea facies Lacedaemo-
niorum cauſſa, quae tua fides, amplitudo, iuſtitia
poſtulat, vt his, ſi tibi videbitur, ſignifices, te non
moleſte ferre, quod intelligas ea, quae facias,
12 mihi quoque grata eſſe. Pertinet enim ad offi-
cium

25. polliceor. 26. eſſe. 27. propter me. 28. illam, nempe Lacedaemona. 29. nach Beſchaffenheit. 30. quoniam tu nunc praees his ciuitatibus. 31. te & eſſe & fore. 32. res geſtas. 33. quando.

34. ciui-

Digitized by Google

cium meum, eos exiſtimare, curae mihi ſuas[34] res eſſe. Hoc te vehementer etiam atque etiam rogo.

34. ciuitatis Lacedaemoniorum.

## XXIX.

## M. T. C. L. PLANCO S. D.

*Capitonem pro Antiſtii hereditate diligentiſſime commendat.*

NOn dubito, quin ſcias, in iis neceſſariis[1], qui ti-
bi a patre relicti ſunt, me tibi eſſe vel[2] coniun-
ctiſſimum. Non his[3] modo cauſſis, quae ſpeciem 2
habent magnae coniunctionis, ſed iis[4] etiam, quae
familiaritate & conſuetudine tenentur[5], quam ſcis
mihi iucundiſſimam cum patre tuo & ſummam
fuiſſe. Ab his initiis noſter in te amor profectus[6], 3
auxit paternam neceſſitudinem, & eo magis, quod
intellexi, vt primum per aetatem[7] iudicium face-
re[8] potueris, quanti quisque tibi faciendus eſſet[9],
me a te in primis coeptum eſſe obſeruari[10] coli, di-
ligi. Accedebat non mediocre vinculum cum ſtu- 4
diorum, quod[11] ipſum eſt per ſe graue, tum[12] eo-
rum ſtudiorum earumque artium, quae per ſeipſae
eos, qui voluntate eadem ſunt[13], etiam familiarita-
te deuinciunt. Exſpectare te arbitror, haec tam 5
longe repetita principia quo[14] ſpectent. id primum

ergo

XXIX.

1. inter eos amicos. 2. vel imo. 3. ex his. 4. ex iis cauſſis. 5. continentur. 6. profluens. 7. tuam. 8. de hominibus. 9. a te aeſtimandus eſſet. 10. amari. 11. vinculum. 12. tum quoque vinculum. 13. die einen Sinnes ſind. 14. quorſum, ad quem ſcopum.

15. ſcias.

Digitized by Google

ergo habeto [15], non ſine magna iuſtaque cauſſa
6 hanc a me commemorationem [16] eſſe factam. C.
Ateio Capitone vtor familiariſſime. Notae tibi
ſunt varietates [17] meorum temporum. in omni ge-
nere & honorum & laborum [18] meorum, & ani-
mus & opera, & auctoritas, & gratia, etiam res
familiaris C. Capitonis praeſto [19] fuit, & patuit &
7 temporibus [20] & fortunae meae. Huius propin-
quus fuit T. Antiſtius, qui cum ſorte [21] quaeſtor
Macedoniam obtineret [22], neque ei ſucceſſum eſ-
ſet [23], Pompeius in eam prouinciam cum exercitu
8 venit: facere Antiſtius nihil potuit. Nam ſi potuiſ-
ſet, nihil ei fuiſſet antiquius [24], quam ad Capito-
nem, quem vt parentem diligebat, reuerti. prae-
ſertim cum ſciret, quanti is Caeſarem faceret, ſem-
perque feciſſet. ſed oppreſſus [25], tantum attigit ne-
9 gotii [26], quantum recuſare non potuit. Cum ſi-
gnaretur argentum Apolloniae [27] non poſſum di-
cere eum praefuiſſe [28], neque poſſum negare ad-
fuiſſe. ſed non plus [29] duobus, aut tribus menſibus.
deinde afuit [30] a caſtris: fugit omne negotium [31].
hoc mihi, vt [32] teſti, velim credas. meam enim ille
moeſtitiam in illo bello [33] videbat: mecum omnia [34]
commu-

15. ſcias. 16. Erinnerung, narrationem. 17. varietas fortunae meae tum proſperae, tum aduerſae. 18. calamitatum, periculorum. 19. auxilio mihi. 20. calamitoſis. 21. per ſortem. 22. accepiſſet. 23. neque ſucceſſor ei datus eſſet. 24. ille ſane nihil potius feciſſet. 25. cum opprimeretur a Pompeio. 26. id tantummodo fecit. 27. in vrbe Appollonia. 28. huic negotio. 29. diutius. 30. abfuit a caſtris Pompeii. 31. er hat ſich vmb nichts weiters bekümmert. 32. tanquam teſti fide digno. 33. ciuili. 34. conſilia.

35. Pom.

Digitized by Google

communicabat. Itaque abdidit ſe in intimam Macedoniam, quo potuit longiſſime a caſtris[35], non modo vt non praeeſſet vlli negotio, ſed etiam vt ne intereſſet[36] quidem. 10
Is poſt proelium[37] ſe ad hominem neceſſarium[38] A. Plautium in Bythiniam contulit. ibi eum Caeſar cum vidiſſet, nihil aſpere, nihil acerbe dixit. 11
Romam iuſſit venire. Ille in morbum continuo incidit: ex quo[39] non conualuit: aeger Corcyram[40] venit, ibi eſt mortuus. teſtamento, quod Romae, Paullo & Marcello conſulibus, fecerat, heres ex parte dimidia & tertia eſt Capito. in ſextante[41] ſunt hi[42], quorum pars ſine vlla cuiuſquam querela[43] publica poteſt eſſe: ea eſt ad XXX. HS[44]. ſed de hoc Caeſar viderit[45]. 12
Te, mi Plance, pro paterna neceſſitudine, pro noſtro amore, pro ſtudiis, & omni curſu noſtro totius vitae ſimillimo[46], rogo, & a te ita peto, vt maiore cura, maiore ſtudio nullo poſſim[47], vt hanc rem ſuſcipias: meam[48] putes eſſe, enitare, contendas, efficias, vt mea[49] commendatione, tuo ſtudio, Caeſaris beneficio hereditatem propinqui ſui C. Capito obtineat. 13
Omnia, quae potui in hac ſumma gratia tua ac potentia a te impetrare, ſi petiiſſem, vltro te ad me detuliſſe[50] putabo, ſi hanc rem impetrauero. 14
Illud fore tibi adiumento ſpero, cuius 15
ipſe

35. Pompeii. 36. vlli negotio. 37. Pharſalicum. 38. ſuum. 39. morbo. 40. in inſulam & vrbem Corcyram, hodie *Corfù* dictam. 41. parte hereditatis huius. 42. heredes. 43. controuerſia. 44. tricies ſeſtertium. 45. iudicet. 46. qui ſemper aequalis fuit per omnem noſtram vitam. 47. rogare. 48. non ſecus ac meam rem. 49. per meam. 50. in gratiam mei feciſſe.



Digitized by Google

ipſe Caeſar eſſe optimus iudex poteſt: ſemper
16 Caeſarem Capito coluit & dilexit. Sed ipſe huius rei teſtis eſt: noui hominis [51] memoriam. Itaque te nihil doceo: tantum tibi ſumito [52] pro Capitone apud Caeſarem, quantum ipſe meminiſſe [53] ſenties. Ego quod in me ipſo experiri potui, ad te deferam [54]. in eo quantum ſit ponderis, tu videbis.
17 Quam partem in repub. cauſſamque defenderim, per quos homines, ordinesque ſteterim, quibusque munitus fuerim, non ignoras. Hoc mihi velim credas, ſi quid fecerim hoc ipſo in bello minus [55] ex Caeſaris voluntate, quod intellexerim ſcire ipſum Caeſarem, me inuitiſſimum [56]
18 feciſſe. Id feci aliorum conſilio, hortatu, auctoritate: quod fuerim moderatior temperatiorque, quam in ea parte [57] quisquam id me feciſſe maxime auctoritate Capitonis: cuius [58] ſimiles ſi reliquos neceſſarios [59] habuiſſem, reip. fortaſſe non-
19 nihil [60], mihi certe plurimum profuiſſem. Hanc rem, mi Plance, ſi effeceris, meam de tua erga me beneuolentia ſpem confirmaueris, ipſum Capitonem gratiſſimum, officioſiſſimum, optimum virum ad tuam neceſſitudinem [61], tuo ſummo beneficio adiunxeris.

XXX.

51. ego noui memoriam Caeſaris. 52. id facere tute potes. 53. Caeſarem. 54. in tui gratiam faciam. 55. non ſatis. 56. maxime contra meam voluntatem. 57. Pompeiana. 58. Capitonis. 59. amicos. 60. aliquo modo profuiſſem. 61. amicitiam.

XXX.

Digitized by Google

# XXX.

## M. T. C. ACILIO PROC. S. P. D.

*L. Manlium in fraterna hereditate commendat.*

L. Manlius eſt Soſis[1]: is fuit Catinenſis[2]: ſed eſt vna cum reliquis[3] Neapolitanis ciuis Romanus factus, decurioque[4] Neapoli. erat enim adſcriptus[5] in id municipium[6], ante ciuitatem ſociis & Latinis datam[7]. Eius frater Catinae[8] nuper mortuus eſt. nullam omnino arbitramur de ea hereditate controuerſiam eum habiturum[9]: & eſt hodie in bonis[10]: ſed quando[11] habet praeterea negotia vetera in Sicilia ſua,&[12] hanc hereditatem fraternam,&[13] omnia eius tibi commendo, in primisque ipſum virum optimum, mihique familiariſſimum, iis[14] ſtudiis litterarum doctrinaeque praeditum, quibus ego maxime delector. Peto igitur abs te, vt eum ſiue aderit, ſiue non venerit in Siciliam, in meis intimis maximeque neceſſariis[15] ſcias[16] eſſe, itaque[17] tractes[18], vt intelligat[19] meam commendationem ſibi magno adiumento[20] fuiſſe.

XXX. XXXI.

1. iam viuit, agit, in vrbe Soſis in Sicilia. 2. ortus ex vrbe Catinia ſeu Catana. 3. incolis vrbis Neapolis. 4. ſenator municipii. 5. receptus. 6. in eam Ciuitatem, quae ſuo iure & legibus vtebatur. 7. antequam ius ciuitatis, das Bürger-Recht, ſociis populi Romani & Latinis daretur. 8. in vrbe Catina. 9. omnino arbitramur, eum habiturum eſſe nullam controuerſiam ſeu litem propter illam hereditatem. 10. ille iam eſt in poſſeſſione bonorum. 11. quoniam. 12. non ſolum, tum. 13. ſed etiam, quam. 14. qui ea ſtudia & eruditionem habet. 15. coniunctiſſimis. 16. credas, vt ſcias, eum eſſe inter meos intimos. 17. & ita, hoc modo. 18. eum. 19. experiatur, videat. 20. auxilio, multum profuiſſe.



Digitized by Google

## XXXI.

## M. T. C. ACILIO PROCOS S. D.

*Flauium, Piſonis generi ſui perneceſſarium, commendat.*

C. Flauio, honeſto & ornato equite Romano, vtor valde familiariter. fuit enim generi mei C. Piſonis perneceſſarius[1], meque diligentiſſime
2 obſeruat & ipſe, & L. Flauius frater eius. Quapropter velim honoris mei cauſſa, quibus rebus honeſte & pro tua dignitate poteris[2], quam honorificentiſſime & quam liberaliſſime C. Flauium tractes. id mihi ſic erit gratum, vt gratius eſſe nihil
3 poſſit. Sed praeterea tibi adfirmo, neque id ambitione[3] adductus facio, ſed cum[4] familiaritate & neceſſitudine, tum etiam veritate, te ex Caii Flauii officio & obſeruantia & praeterea ſplendore[5], atque inter ſuos gratia[6], magnam voluptatem eſſe capturum.

XXXI.

1. amiciſſimus. 2. eum tractare. 3. ex aliqua. 4. cum adductus. 5. honore. 6. fauore.

## XXXII.

## M. T. C. ACILIO PROC. S. P. D.

*Hoſpites ſuos Archagatum & Philonem commendat.*

IN Haleſina ciuitate[1] tam lauta[2], tamque nobili[3] coniunctiſſimos[4] habeo & hoſpitio & familiaritate M. & C. Clodios, Archagathum & Philonem.

XXXII.

1. vrbe Siciliae. 2. quae vrbs non minus ſplendida atque ornata eſt. 3. quam celebris. 4. amiciſſimos mihi propter hoſpitii iura & familiaritatem antiquam.

5. vereor,

Digitized by Google

nem. ſed vereor, ne, quia complures tibi praecipue commendo, exaequare videar ambitione quadam commendationes meas[5]. quamquam a te quidem cumulate ſatisfit & mihi & meis omnibus[6].
Sed velim[7] ſic exiſtimes, hanc familiam, & hos[8] 2
mihi maxime eſſe coniunctos vetuſtate[9], officiis, beneuolentia. Quamobrem peto a te in maiorem 3
modum[10], vt his[11] omnibus in rebus, quantum tua dignitas, fideſque patietur, commodes[12]. Id ſi feceris, erit mihi vehementiſſime gratum. Vale.

5. vereor, ne videar libenter commendare amicos, ſed ſimul etiam libenter oſtendere meam ambitionem. 6. quanquam tu benignus es erga omnes, quos ego tibi commendo. 7. rogo vt. 8. viros, quos nominaui. 9. per vetuſtatem amicitiae. 10. maxime praecipue. 11. amicis meis in rebus omnibus. 12. benigne facias, inſeruias, zu Gefallen lebeſt.

## XXXIII.

## M. T. C. ACILIO PROC. S. P. D.

*Naſonis libertos & negotia commendat.*

CNeo Otacilio Naſone vtor familiariſſime, ita prorſus, vt illius ordinis[1] nullo familiarius. nam & humanitate eius, & probitate in conſuetudine[2] quotidiana magnopere delector. Nihil iam 2
opus eſt exſpectare[3] te, quibus eum verbis tibi commendem, quo ſic vtor[4], vt[5] ſcripſi. Habetis in pro-

XXXIII.

1. familiariſſimum habeo Naſonem, & ita quidem, vt nemine ex ordine equeſtri familiarius vtar. 2. conuerſatione. 3. vt tu exſpectes. 4. quoniam in ea familiaritate viuo cum ipſo. 5. quemadmodum.



Digitized by Google

in prouincia tua negotia, quae procurant liberti Hilarus, Antigonus, Demoſtratus: quos tibi, negotiaque omnia Naſonis, non ſecus commendo
3 ac ſi mea[7] eſſent. Gratiſſimum[8] mihi feceris, ſi intellexero hanc commendationem magnum apud te pondus habuiſſe[9]. Vale.

6. de quibus liberti eius curam gerunt. 7. negotia. 8. rem gratiſſimam. 9. multum valuiſſe.

## XXXIV.

## M. T. C. ACILIO PROC. S. P. D.

*Lyſonem Lilybaetanum commendat.*

AVitum[1] mihi hoſpitium[2] eſt cum Lyſone, Lyſonis filio, Lilybaetano, valdeque ab eo obſeruor[3]; cognouique[4] dignum[5] & patre, & auo,
2 eſt enim nobiliſſima familia[6]. Quapropter commendo tibi maiorem in modum[7] rem[8] domumque[9] eius; magnoque opere[10] a te peto, cures[11], vt is intelligat meam commendationem maximo ſibi apud te & adiumento[12], & ornamento fuiſſe. Vale.

XXXV.

XXXIV.

1. Inde vsque ab auo; vel etiam, antiquum ac diuturnum hoſpitium habeo. 2. Gaſt-Recht. 3. diligor, color. 4. eum eſſe dignum. 5. dignum, qui habeat tam nobilem & patrem & auum. 6. eius familia eſt nobiliſſima. 7 vehementer. 8. rem eius familiarem. 9. domum ſeu domeſticos. 10. & magnopere, valde. 11. velis curare. 12. auxilio & honori.



Digitized by Google

## XXXV.

### M. T. C. ACILIO PROC. S. P. D.

*Philoxenum, hoſpitem & familiarem ſuum, commendat.*

C. Auianus Philoxenus antiquus eſt hoſpes meus, & praeter hoſpitium, valde etiam familiaris: quem Caeſar meo beneficio [1] in Nouocomenſes [2] retulit [3]. Nomen autem Auiani con- 2
ſecutus [4] eſt, quod [5] homine nullo plus eſt vſus, quam Flacco Auiano, meo, quemadmodum te ſcire arbitror, familiariſſimo. Quae ego omnia collegi [6], vt intelligeres, non vulgarem [7] eſſe commendationem hanc meam. Peto igitur abs te, vt 3
omnibus [8] rebus, quod [9] ſine moleſtia tua facere poſſis, ei commodes [10], habeasque in numero tuorum [11]: perficiasque [12], vt intelligat, has litteras meas magno ſibi vſui fuiſſe [13]. Erit id mihi maiorem in modum [14] gratum.

XXXV.

1. me rogante, auff meine Vorbitte. 2. inter ciues Nouo Comi, quae vrbs eſt Inſubriae, & hodie dicitur Como. 3. eum recenſuit, poſuit. 4. impetrauit. 5. quoniam neminem familiariorem habuit. 6. ſimul huc adduxi. 7. ſed ſingularem & praecipuam. 8. in omnibus. 9. quantum, was, ſo viel. 10. inſeruias, benigne facias. 11. amicorum. 12. & id agas. 13. vtiles fuiſſe ſibi. 14. valde.

## XXXVI.

### M. T. C. ACILIO PROC. S. P. D.

*Demetrium Megam in iure ciuitatis ceteriſque rebus commendat.*

CVm Demetrio Mega mihi vetuſtum hoſpitium eſt: familiaritas autem tanta [1], quanta cum Si-
2 culo [2] nullo. Ei Dolebella rogatu meo ciuitatem [3] a Caeſare impetrauit. Qua in re ego inter-
3 fui. itaque nunc P. Cornelius vocatur. Cumque propter quosdam ſordidos [4] homines, qui Caeſaris beneficia vendebant, tabulam [5], in qua nomina ciuitate donatorum [6] inciſa eſſent, reuelli iuſſiſſet, eidem Dolabellae, me audiente, Caeſar dixit, nihil eſſe quod de Mega vereretur, beneficium ſuum
4 in eo manere [7]. Hoc te ſcire volui, vt eum in ciuium Romanorum numero haberes. Ceterisque in rebus tibi eum ita commendo, vt maiore ſtu-
5 dio neminem commendarim. Gratiſſimum mihi feceris, ſi eum ita tractaris, vt intelligat meam commendationem magno ſibi ornamento [8] fuiſſe.

XXXVI.

1. eſt mihi cum eo. 2. Sicilianer. 3. das Bürger-Recht. 4. inhoneſtos, liederlich. 5. aeneam. 6. eorum, qui donati erant iure ciuitatis. 7. beneficium ciuitatis manere debere in Demetrio. 8. honori.

## XXXVII.
## M. T. C. ACILIO PROC S. P. D.

*Commendat Hippiam in liberatione bonorum.*

HIppiam, Philoxeni filium, Calactinum [1], hoſpitem & neceſſarium meum, tibi commendo in maiorem modum. Eius bona, quemadmodum ad me delata res [2] eſt, publice [3] poſſidentur alieno nomi-

XXXVII.

1. Calacte oppidum Siciliae. 2. mihi narrata. 3. a ſenatu.

4. ſub

nomine[4] contra leges Calactinorum. Id ſi ita eſt, etiam ſine mea commendatione ab aequitate tua res ipſa impetrare debet, vt ei ſubuenias[5]. Quoquo modo autem ſe res habet[6], peto a te, vt honoris mei cauſſa eum expedias[7], tantumque ei commodes[8], & in hac re, & in ceteris[9], quantum tua fides dignitasque patietur. Id mihi vehementer gratum erit.

4. ſub nomine alterius. 5. auxilium feras. 6. die Sache mag nun endlich ſeyn wie ſie will. 7. ex hoc negotio. 8. tribuas. 9. rebus.

## XXXVIII.

## M. T. C. ACILIO PROC. S. P. D.

*Brutii negotia procuratoresque commendat.*

L. Bruttius, eques Romanus, adoleſcens omnibus rebus ornatus[1], in[2] meis familiariſſimis eſt, meque obſeruat diligentiſſime: cuius cum patre magna mihi fuit amicitia iam inde a quaeſtura
mea Sicilienſi[3]. Omnino[4] nunc ipſe Bruttius Ro- 2
mae mecum eſt; ſed tamen domum eius, & rem familiarem, & procuratores tibi ſic commendo, vt
maiore ſtudio commendare non poſſim. Gratiſ- 3
ſimum mihi feceris, ſi curaris, vt intelligat Bruttius, id quod ei recepi[5], hanc meam commendationem ſibi magno adiumento fuiſſe.

XXXIX.

XXXVIII.

1. wohl qualificirt. 2. inter meos. 3. cum ego quaeſtor eſſem in Sicilia. 4. equidem. 5. promiſi.

## XXXIX.

## M. T. C. ACILIO PROC. S. P. D.

*Titurnium Rufum commendat.*

CVm familia Titurnia neceſſitudo mihi inter-
cedit vetus: ex qua reliquus[1] eſt M. Titurnius
Rufus, qui mihi omni diligentia atque officio eſt
tuendus[2]. Eſt igitur in tua poteſtate, vt ille in me
2 ſatis ſibi praeſidii[3] putet eſſe. Quapropter eum
tibi commendo in maiorem modum: & abs te
peto, efficias, vt is commendationem hanc intel-
ligat ſibi magno adiumento fuiſſe. Erit id mihi
vehementer gratum.

XXXIX.

1. relictus eſt ſolus, ceteris omnibus mortuis. 2. de-fendendus. 3. auxilii.

## XL.

## M. T. C. Q. ANCHARIO Q. F. PROC. S. P. D.

*Aurelios fratres proconſuli Macedoniae commendat, Pompeio & Craſſo coss. II.*

L. & C[1]. Aurelios, L. filios, quibus & ipſis, & pa-
tre eorum, viro optimo, familiariſſime vtor,
commendo tibi maiorem in modum, adoleſcen-
tes omnibus optimis artibus ornatos, meos per-
2 neceſſarios, tua amicitia digniſſimos. Si vlla mea
apud te commendatio valuit[2], quod[3] ſcio multas
3 plurimum valuiſſe; haec vt valeat[4], rogo. Quod
ſi eos honorifice liberaliterque tractaris; & tibi
gratiſſimos optimosque adoleſcentes adiunxeris,
& mihi gratiſſimum feceris. Vale. XLI.

XL.

1. Lucium & Caium. 2. aliquid efficere. 3. dum. 4. commendatio mea apud te. XLI.

Digitized by Google

## XLI.

# M. T. C. CVLLEOLO S. P. D.

*Gratias agit & ſuo & Pompeii nomine pro Culleoli erga Lucceium benignitate: eundemque denuo commendat.*

QVae feciſti L. Lucceii cauſſa[1], ſcire te plane
volo, te homini gratiſſimo commodaſſe[2]: &
cum ipſi, quae feciſti, pergrata ſunt, tum Pompe-
ius quotieſcunque me videt (videt[3] autem ſaepe)
gratias tibi agit ſingulares. Addo etiam illud, 2
quod tibi iucundiſſimum eſſe certo ſcio, me ipſum
ex tua erga Lucceium benignitate, maxima volu-
ptate[4] adfici. Quod ſupereſt, quamquam mihi 3
non eſt dubium, quin, cum antea noſtra cauſſa[5],
nunc iam etiam tuae conſtantiae gratia[6], manſu-
rus ſis in eadem iſta liberalitate[7]: tamen abs te
vehementer etiam atque etiam peto, vt ea, quae
initio oſtendiſti[8], deincepsque feciſti, ad[9] exitum
augeri, & cumulari per te velis. Id & Lucceio 4
& Pompeio valde gratum fore, teque apud eos
praeclare poſiturum[10] confirmo & ſpondeo. De 5
rep. deque his negotiis cogitationibus noſtris per-
ſcripſeram ad te diligenter paucis ante diebus, eas-
que litteras dederam pueris[11] tuis.

XLII.

XLI.

1. propter Lucceium. 2. aliquid acceptum feciſſe. 3. ille me. 4. gaudio. 5. propter me. 6. vt retineas tuam conſtantiam. 7. fauore ac beneuolentia. 8. promiſiſti. 9. vſque ad. 10. eſſe beneficium. 11. ſeruis.

XLII.

Digitized by Google

## XLII.

## M. T. C. L. CVLLEOLO PROC. S. P. D.

*Eundem Lucceium commendat Culleolo.*

L. Lucceius meus, homo omnium gratiſſimus, mirificas tibi apud me gratias egit, cum diceret te omnia accumulatiſſime[1] & liberaliſſime pro-
2 curatoribus ſuis pollicitum eſſe. Cum oratio tua tam ei grata fuerit, quam[2] gratam rem ipſam exiſtimas fore, cum, vt ſpero, quae pollicitus es, fe-
3 ceris? Omnino oſtenderunt Bulliones[3], ſeſe Lucceio, Pompeii arbitratu[4], ſatisfacturos. Sed vehementer opus eſt, nobis[5] & voluntatem, & auctoritatem, & imperium tuum accedere. quod
4 vt facias, te etiam atque etiam rogo. Illudque mihi gratiſſimum eſt, quod[6] ita ſciunt Lucceii procuratores, & ita Lucceius ipſe ex litteris tuis, quas ad eum miſiſti, intellexit, hominis nullius apud te auctoritatem aut gratiam valere plus quam meam.
5 Id vt re[7] experiatur[8] iterum & saepius te rogo.

XLII.

1. abundanter. 2. quam vehementer, wie angenehm. 3. Macedoniae populus. 4. ex voluntate. 5. vt nobis accedat. 6. quoniam. 7. in re ipſa. 8. Lucceius.

## XLIII.

## M. T. C. QVINTIO GALLO S. P. D.

*Oppium Gallo commendat, Egnatii negotia procurantem.*

ET ſi plurimis[1] rebus ſpero fore, vt perſpiciam, quod tamen iam pridem perſpicio, me a te amari:

XLIII.

1. in rebus. 2. affer-

amari: tamen nunc ea cauſſa tibi datur[2], in qua facile declarare poſſis tuam erga me beneuolentiam. L. Oppius, Marci filius, Philomelî[3] nego- 2
tiatur[4], homo mihi familiaris. eum tibi vnice[5] commendo: eoque magis, quod cum ipſum diligo, tum quod[6] negotia procurat L. Egnatii Rufi, quo ego vno equite Romano familiariſſime vtor, & qui cum[7] conſuetudine quotidiana, tum officiis maximis plurimisque mihi coniunctus eſt. Oppium igitur praeſentem vt diligas, Egnatii ab- 3
ſentis rem vt tueare, aeque[8] a te peto, ac ſi mea negotia eſſent. Velim memoriae tuae[9] cauſſa 4
des litterarum aliquid, quae tibi in prouincia reddantur: ſed ita conſcribas, vt tum, cum eas leges, facile recordari poſſis huius meae commendationis diligentiam. Hoc te vehementer etiam atque etiam rogo.

2. affertur. 3. in Phrygiae magnae vrbe Philomelio. 4. habet negotia. 5. inprimis. 6. quia. 7. ſo wohl. 8. non aliter. 9. vt videamus te meminiſſe eius rei, ne eam obliuiſcaris.

## XLIV.
## CICERO GALLO S.

*Eundem Oppium eidem Gallo commendat, vna cum Egnatii negotiis.*

ETſi ex tuis, & ex L. Oppii familiariſſimi mei litteris cognoui, te memorem commendationis meae fuiſſe, idque pro tua ſumma erga me beneuolentia, proque noſtra neceſſitudine minime ſum admiratus: tamen etiam atque etiam[1] tibi L.

XLIV. Oppium

1. valde ſummo ſtudio.

2. ſi

Oppium praeſentem, & L. Egnatii mei familiariſ-
2 ſimi abſentis negotia commendo. Tanta mihi cum
eo neceſſitudo eſt, familiaritaſque, vt, ſi [2] mea res
3 eſſet, non magis laborarem [3]. Quapropter gratiſ-
ſimum mihi feceris, ſi curaris, vt is intelligat me à
te tantum amari, quantum ipſe exiſtimo: hoc mi-
hi gratius facere nihil potes. Idque vt facias vehe-
menter te rogo.

2. ſi illud negotium. 3. ſollicitus eſſe poſſem.

## XLV.

## M. T. C. APVLEIO PROQVAE-STORI S. P. D.

*Egnatii ſeruum & negotia Apuleio, proquaeſtori Aſiae commendat.*

L. Egnatio vno [1] equite Romano, vel familiariſſi-
me vtor, eius Anchialum ſeruum, negotiaque
quae habet in Aſia, tibi commendo, non minore
2 ſtudio, quam ſi rem meam commendarem. Sic
enim exiſtimes velim, mihi cum eo [2] non modo
quotidianam conſuetudinem ſummam intercede-
re [3], ſed, etiam officia magna & mutua noſtra inter
3 nos eſſe. Quamobrem etiam atque etiam a te pe-
to, vt cures, vt is intelligat me ad te ſatis diligenter [4]
ſcripſiſſe. Nam de tua erga me voluntate non du-
bitat. id vt facias, te etiam atque etiam rogo.

XLVI.

XLV.

1. inter omnes equites. 2. Egnatio. 3. eſſe. 4. accurate.



Digitized by Google

## XLVI.
## M. T. C. APVLEIO PROQVAESTORI S. P. D.

*Noſtium coheredem commendat.*

L. Noſtius Zolius eſt coheres meus, heres autem patroni ſui: ea re[1] vtrumque[2] ſcripſi, vt & mihi cum illo cauſſam amicitiae ſcires eſſe, & hominem probum exiſtimares, qui patroni iudicio[3] ornatus[4] eſſet. Eum tibi igitur ſic commendo, vt[5] 2
vnum ex noſtra domo. Valde mihi gratum erit, ſi curaris, vt intelligat, hanc commendationem ſibi apud te magno adiumento fuiſſe.

XLVI.

1. ideo; ob eam rem; hac fini. 2. hoc. 3. ex. 4. hereditate. 5. tanquam; non ſecus ac vnum.

## XLVII.
## M. T. C. SILIO S. P. D.

*Egnatium, communem amicum, commendat.*

QVid ego tibi commendem eum[1], quem tu ipſe diligis? Sed tamen, vt ſcires eum non a me diligi ſolum, verum etiam amari; ob eam rem tibi haec ſcribo. Omnium tuorum officiorum[2], quae 2
& multa & magna ſunt, mihi gratiſſimum fuerit, ſi ita tractaris Egnatium, vt ſentiat & ſe a me, & me a te amari. Hoc te vehementer etiam, atque etiam rogo. Illa noſtra ſcilicet ceciderunt[3]. vtamur igi- 3
tur vulgari conſolatione, *Quid ſi melius hoc*[4]? Sed haec coram[5]. Tu fac, quod facis, vt me ames, teque amari a me ſcias.

XLVIII.

XLVII.

1. Egnatium. 2. ex omnibus officiis. 3. noſtra Pompeiana cauſſa nunc periit. 4. aliquando fiet. 5. pluribus dicemus.

XLVIII.

XLVIII.

# M. T. C. C. SEXTILIO RVFO QVAEST. S. P. D.

*Ciliciae quaeſtori omnes Cyprios, & in primis Paphios commendat.*

OMnes tibi commendo Cyprios [1], ſed magis Paphios [2], quibus tu quaecunque commodaris [3], erunt mihi gratiſſima: eoque [4] facio libentius, vt eos tibi commendem, quod [5] & tuae laudi, cuius ego fautor ſum, conducere [6] arbitror, cumprimum in eam inſulam [7] quaeſtor veneris, ea te inſtituere [8],
2 quae ſequantur alii [9]. Quae, vt ſpero, facilius conſequere, ſi & P. Lentuli, neceſſarii tui, legem, & ea quae a me conſtituta ſunt, ſequi volueris. Quam rem tibi confido magnae laudi fore.

XLVIII.

1. incolas inſulae & vrbis Cypri. 2. Paphos vrbs Cypriae. 3. grata officia feceris. 4. idque eo. 5. quia. 6. vtile eſſe. 7. Cyprum. 8. vt ea inſtituas & ordines. 9. tanquam bonum exemplum.

XLIX.

# CICERO CVRIO PROC. S. P. D.

*Q. Pompeium ita proconſuli Curio commendat, vt quaſi propter familiaritatem poſtulet.*

Q. Pompeius, Sexti filius, multis & veteribus [1]
2 cauſſis neceſſitudinis mihi coniunctus eſt. Is, cum antea meis [2] commendationibus & rem [3] & gratiam & auctoritatem ſuam tueri conſueuerit, nunc

XLIX.

1. propter multas & veteres. 2. per meas. 3. ſuam. 4. ſane.

iunc profecto [4], te prouinciam obtinente [5], meis [6] itteris adſequi debet, vt nemini [7] ſe intelligat com-nendatiorem vnquam fuiſſe. Quamobrem a te 3
naiorem in modum peto, vt, cum omnes meos [8] ieque ac tuos obſeruare [9] pro noſtra neceſſitudi-ie debeas, hunc [10] in primis ita in tuam fidem [11] re-:ipias, vt ipſe intelligat, nullam rem ſibi maiori :ſui [12] aut ornamento [13], quam meam commenda-ionem eſſe potuiſſe.

4. ſane. 5. dum tu regis prouinciam. 6. per meas :ommendatitias. 7. praeter te. 8. amicos. 9. ama-e. 10. Pompeium. 11. amicitiam. 12. vtilitati. 13. honori.

## L.

## M. T. C. AVCTO PROC. S. D.

*M. Curium commendat, vt ab omni incommodo, detrimento & moleſtia integrum conſeruet.*

SVm ſi hoc mihi pro tua in me obſeruantia [1], quam penitus perſpexi, quamdiu Brundiſii fuimus, vt ad te familiariter, & quaſi pro meo iure ſcriberem, ſi quae res eſſet, de qua valde laborarem [2].
M. Curius, qui Patris [3] negotiatur, ita mihi familiaris eſt, vt nihil poſſit eſſe coniunctius. multa il- 2
lius in me officia, multa in illum mea [4]: quodque maximum eſt, ſummus inter nos amor, & mutuus [5]. Quae cum ita ſint, ſi vllam in amicitia mea 3
ſpem habes, ſi ea, quae in me officia & ſtudia Brundiſii contuliſti, vis [6] mihi etiam gratiora [7] effi-

cere,

L.

1. amore. 2. ſollicitus eſſem. 3. in vrbe Patris. 4. multa mea officia erga illum exſtiterunt. 5. eſt. 6. cupis. 7. adhuc.



Digitized by Google

cere, quamquam ſunt gratiſſima; ſi[8] me a tuis omnibus amari vides; hoc mihi da, atque largire[9], vt M. Curium ſartum & tectum[10], vt aiunt, ab omnique incommodo[11], detrimento, moleſtia, ſincerum[12] integrumque conſerues. Et ipſe ſpondeo, & omnes hoc tibi tui[13] pro me recipient[14], ex mea amicitia & ex tuo in me officio maximum te fructum[15], ſummamque voluptatem eſſe capturum.

8. ſi quoque praeterea. 9. ſo thue mir dieſes zu Liebe. 10. ex omni parte tutum. 11. damno. 12. incolumem. 13. amici. 14. pollicebuntur. 15. vtilitatem.

## LI.

## M. T. C. P. CAESIO S. D.

*P. Meſſienum commendat Caeſio.*

P. Meſſienum, equitem Romanum, omnibus rebus ornatum, meumque perfamiliarem, tibi commendo ea commendatione, quae poteſt eſſe
2 diligentiſſima. Peto a te & pro noſtra & pro paterna amicitia, vt eum in tuam fidem recipias, eiusque rem[1] famamque tueare. Virum bonum, tuaque amicitia dignum tibi adiunxeris[2], mihique gratiſſimum feceris,

LI.

1. familiarem, negotia. 2. amicum feceris.

## LII.

## CICERO REGI S. D.

*Hoſpitem ſuum, Licinium Ariſtotelem, commendat.*

A. Lici-

Digitized by Google

A. Licinius Ariſtoteles Melitenſis[1], antiquiſſimus eſt hoſpes meus, & praeterea coniunctus magno vſu familiaritatis. Haec cum ita ſint, 2
non dubito, quin tibi ſatis commendatus ſit. Etenim ex multis[2] cognoſco, meam commendationem plurimum apud te valere. Hunc ego a Cae- 3
ſare liberaui. Frequens enim fuerat nobiſcum[3], atque etiam diutius in cauſſa[4] eſt, quam nos, commoratus. quo melius te de eo exiſtimaturum[5] arbitror. Fac igitur, mi Rex, vt intelligat, has ſibi litteras plurimum profuiſſe.

LII.

1. natus in inſula Melite. 2. indiciis, hominibus. 3. ille. 4. Pompeiana. 5. eſſe.

## LIII.

## CICERO THERMO PROPR. S.

*Curuum in omnibus rebus, praecipue in Helleſpontiis negotiis commendat.*

L. Genucilio Curuo iampridem vtor familiariſſime, optimo viro & homine gratiſſimo. Eum tibi penitus[1] commendo atque trado[2]; pri- 2
mum vt omnibus in rebus ei te commodes[3], quoad[4] fides tua dignitasque patietur: patitur[5] autem in omnibus. nihil enim abs te vnquam, quod ſit alienum tuis[6], aut etiam ſuis moribus, poſtulabit. Praecipue autem tibi commendo negotia 3
eius, quae ſunt in Helleſponto[7], primum, vt obtineat

LIII.

1. ſummo ſtudio. 2. in tuam amicitiam. 3. grata praeſtes officia. 4. in ſo ferne. 5. fides tua illud. 6. moribus. 7. prouincia Aſiae.



Digitized by Google

neat id iuris in agris[8], quod ei Pariana[9] ciuitas decreuit, & dedit, & quod ſemper obtinuit ſine vlla controuerſia: deinde, ſi quid habebit cum aliquo Helleſpontio[10] controuerſiae, vt in illam διοίκη-
4 σιν[11] reiicias. Sed non mihi videor, cum tibi totum hominem diligentiſſime commendarim, ſingulas ad te eius cauſſas perſcribere debere. Summa illa ſit[12], quidquid officii, beneficii, honoris in Genucilium contuleris, id te exiſtimabo in me ipſum atque in rem meam contuliſſe.

8. Landgüter. 9. in inſula Paro. 10. ciue, incola. 11. Dioeceſin, in das Landgerichte, verweiſeſt. 12. huius epiſtolae & commendationis meae.

## LIV.

## M. T. C. THERMO PROPR. S. D.

*Gratias agit quod liberaliter tractaſſet Marcilium: deinde petit, ne ſocrus eius rea fiat.*

CVm[1] multa mihi grata ſunt quae tu adductus[2] mea commendatione feciſti, tum[3] in primis[4], quod[5] M. Marcilium, amici atque interpretis[6] mei filium, liberaliſſime tractauiſti[7]. Venit enim Laodiceam[8], & tibi apud me[9], mihique propter
2 te[10] gratias maximas egit. Quare, quod reliquum eſt, a te peto, quando[11] apud gratos homines beneficium

LIV.

1. Non ſolum. 2. perſuaſus, commotus per meam. 3. ſed etiam. 4. hoc praeſertim mihi gratum eſt. 5. quoniam. 6. quo vſus ſum interprete peregrinarum linguarum in prouincia. 7. benigne accepiſti. 8. in vrbem. 9. gratias egit, id eſt, praedicauit. 10. propter tua beneficia per meam commendationem accepta. 11. ſiquidem, quoniam.

12. bene-

Digitized by Google

neficium ponis[12], vt eo libentius[13] his commodes[14], operamque des, quoad[15] fides tua patietur, vt ſocrus adoleſcentis rea ne fiat[16]. Ego cum antea ſtudioſe commendabam Marcilium, tum multo nunc ſtudioſius[17], quod[18] in longa apparitione[19] ſingularem & prope incredibilem patris Marcilii fidem, abſtinentiam[20], modeſtiamque cognoui. 3

12. beneficia praeſtas gratis hominibus. 13. vmb ſo viel lieber. 14. inſeruias. 15. quantum conſcientia & religio officii id permittit. 16. ne ſocrus huius adoleſcentis vocetur in iudicium. 17. eum commendo. 18. quoniam. 19. in longo illo miniſterio, quo ipſe pater Marcilii mihi miniſtrauit, tanquam apparitor, als Ausreiter, Gerichts-Diener, Aufwärter. 20. continentiam a muneribus & aliis corruptelis.

## LV.

## M. T. C. THERMO PROPR. S. D.

*Anneium commendat, legatum ſuum, praecipue in cauſſa Sardiana.*

ETſi mihi videor intellexiſſe, cum tecum Epheſi[1] de re M. Anneii, legati mei, locutus ſum, de ipſius cauſſa vehementer omnia velle[2], tamen & M. Anneium tanti facio, vt mihi nihil putem praetermittendum[3], quod illius interſit[4]; & me a te tanti fieri[5] puto, vt non dubitem, quin ad tuam voluptatem[6] magnus cumulus accedat commendationis meae. Nam cum iamdiu diligerem M. 2
Anneium, deque eo ſic exiſtimarem, vt res declarat,

LV.

1. in vrbe Epheſo. 2. facere. 3. eſſe. 4. woran ihm etwas gelegen. 5. aeſtimari. 6. gaudium de eo.



7. obtu-

Digitized by Google

clarat, quod vltro ei detulerim[7] legationem, cum multis iam petentibus denegaſſem[8]: tum vero, poſteaquam mecum in bello atque in re militari fuit, tantam in eo virtutem, prudentiam, fidem, tantamque erga me beneuolentiam cognoui, vt
3 hominem neminem pluris faciam. Eum cum Sardianis[9] habere controuerſiam ſcis; cauſſam tibi expoſuimus Epheſi[10]: quam tu tamen coram fa-
4 cilius meliusque cognoſces. De reliquo mihi mehercule diu dubium fuit, quid ad te potiſſimum ſcriberem. Ius enim, quemadmodum dicas, clarum, & magna cum tua laude notum eſt. nobis autem in hac cauſſa nihil aliud opus eſt, niſi te ius
5 inſtituto tuo[11] dicere. Sed tamen cum me non fugiat[12], quanta ſit in praetore auctoritas, praeſertim[13] iſta integritate, grauitate, clementia, qua te eſſe inter omnes conſtat; peto abs te pro noſtra coniunctiſſima neceſſitudine, plurimisque officiis paribus ac mutuis, vt voluntate, auctoritate, ſtudio tuo perficias, vt M. Anneius intelligat, te & ſibi amicum eſſe, quod non dubitat (ſaepe enim mecum locutus[14] eſt) & multo amiciorem his
6 meis litteris eſſe factum. In tuo toto imperio[15] atque prouincia nihil eſt, quod mihi gratius facere poſſis. Iam apud ipſum gratiſſimum hominem, atque optimum virum, quam bene poſiturus[16] ſis ſtudium tuum atque officium, dubitare te non exiſtimo. LVI.

7. obtulerim. 8. hanc legationem. 9. Sardes vrbs Lydiae. 10. in vrbe. 11. pro conſuetudine tua. 12. cum ego bene ſciam. 13. praeſertim in praetore tam integro, ſincero. 14. de te. 15. Gouuernement. 16. collocaturus, anwenden.



Digitized by Google

## LVI.

# M. T. C. THERMO PROPR. S. D.

*Negotia Cluuii Puteolani commendat.*

CLuuius Puteolanus valde me obſeruat, valde-
que eſt mihi familiaris. Is ita ſibi perſuadet,
quod in tua prouincia negotii habet, niſi, te pro-
vinciam obtinente[1], meis[2] commendationibus
confecerit, id ſe in perditis & deſperatis habitu-
rum[3]. Nunc quum mihi ab amico officioſiſſimo 2
tantum oneris imponitur, ego quoque tibi impo-
nam[4] pro tuis in me ſummis officiis: ita tamen, vt
tibi nolim moleſtus eſſe. Mylaſes & Alabandes[5]
pecuniam Cluuio debent. Dixerat mihi Euthy- 3
demus cum Epheſi eſſem, ſe curaturum[6], vt ecdi-
ci[7] Mylaſii Romam mitterentur. Id factum non
eſt. Legatos audio miſſos eſſe: ſed malo ecdicos,
vt aliquid confici poſſit[8]. Quare peto a te, vt & 4
eos[9], & Alabandes iubeas ecdicos Romam mitte-
re. Praeterea Philotes Alabandenſis ὑποθήκας[10]
Cluuio dedit. Hae commiſſae ſunt[11]. Cures velim,
vt aut de hypothecis decedat, easque procurato-
ribus Cluuii tradat, aut pecuniam ſoluat. Praete- 5
rea Heracleotae, & Bargiletae[12], qui item de-
bent[13],

LVI.

1. dum tu regis prouinciam. 2. per meas. 3. de ea re feliciter perficienda ſe deſperaturum eſſe. 4. hoc onus. 5. vrbes in Caria. 6. eſſe. 7. vindices & vltores, qui eos perſequuntur, qui reipublicae pecuniam debent, non male diceres, Fiſcal. 8. in hoc negotio. 9. Mylaſios. 10. Obligation, pignora. 11. hypothecae commiſſae dicuntur, quando ille in poteſtatem creditoris veniunt (wenn ſie verfalle) dum debitor negligit diem conſtitutum ad ſolutionem. 12. Cariae oppida.



Digitized by Google

bent[13], aut pecuniam ſoluant, aut fructibus ſuis[14] ſatisfaciant. Caunii[15] praeterea debent[16]: ſed
6 aiunt ſe depoſitam pecuniam habuiſſe. Id velim cognoſcas, etſi intellexeris eos neque ex edicto, neque ex decreto depoſitam habuiſſe, des operam, vt vſurae[17] Cluuio, inſtituto tuo[18] conſeruentur. His de rebus eo magis laboro, quod agitur res Cn. Pompeii etiam[19], noſtri neceſſarii, & quod is magis etiam mihi laborare videtur, quam ipſe Cluuius: cui ſatisfactum eſſe a nobis valde volo. His de rebus vehementer te etiam atque etiam rogo. Vale.

13. pecuniam. 14. von ihren Intraden. 15. vrbs Cariae. 16. pecuniam. 17. die Zinſer. 18. ex edicto vel more tuo. 19. weil auch Pompeius hierinn intereſſiret iſt.

## LVII.

## CICERO THERMO PROPRAET. S.

*Petit vt Anneium, legatum ſuum, remittat, eiusque Sardianam commendat.*

QVo magis quotidie ex litteris nuntiisque bellum magnum[1] eſſe in Syria, cognoſco[2], eo vehementius[3] a te pro noſtra neceſſitudine contendo[4], vt mihi M. Anneium legatum[5] primo quo-
2 que tempore[6] remittas. Nam eius opera[7], conſilio, ſcientia rei militaris, vel maxime[8] intelligo me & remp. adiuuari poſſe. Quod niſi tanta res eius agere-

LVII.

1. inter Romanos & Parthos. 2. audio. 3. deſto heftiger vnd angelegener. 4. peto. 5. meinen General-Lieutenant. 6. ſo bald als möglich, proximo tempore. 7. per operam. 8. hauptſächlich.

9. niſi

ageretur[9], nec ipſe adduci[10] potuiſſet, vt a me diſ-
cederet, neque ego[11], vt eum a me dimitterem.
Ego in Ciliciam proficiſci cogito[12] circiter kal. 3
Mai[13]. Ante eam diem Anneius ad me redeat[14]
oportet. Illud quod tecum & coram[15], & per lit- 4
teras diligentiſſime egi[16]: id &[17] nunc etiam atque
etiam[18] rogo, curae ſit tibi[19], vt ſuum negotium,
quod habet[20] cum populo Sardiano, pro cauſſae
veritate[21], & pro ſua dignitate conficiat. Intellexi 5
ex tua oratione[22] cum tecum Epheſi[23] locutus
ſum, te ipſius M. Anneii cauſſa[24] omnia velle[25].
Sed tamen ſic velim exiſtimes[26], te mihi nihil gra-
tius[27] facere poſſe, quam ſi intellexero, per te[28]
illum ipſum[29] negotium[30] ex ſententia[31] confe-
ciſſe[32]. Idque quam primum[33] vt efficias, te etiam
atque etiam[34] rogo. Vale.

9. niſi ille tam graue negotium haberet perficiendum. 10. perſuaderi, commoueri. 11. adduci potuiſſem. 12. volo. 13. primum diem menſis Maii. 14. vt redeat. 15. mündlich. 16. tractaui. 17. etiam. 18. vehementer. 19. velis curare. 20. Anneius. 21. iuxta aequitatem. 22. ſermone. 23. in vrbe Epheſo. 24. propter Anneium. 25. facere, valde laborare. 26. vt credas. 27. amabilius. 28. per tuum auxilium. 29. Anneium. 30. ſuum. 31. ex voto & deſiderio. 32. ad finem perduxiſſe. 33. id fieri poteſt. 34. valde.

## LVIII.

## M. T. C. TITIO L. F. RVFO PR. VRBANO S.

*Ex prouincia Cuſtidium, municipem ſuum commendat.*



Digitized by Google

L. Cuſtidius eſt tribulis[1] & municeps[2] & familiaris meus. Is cauſſam habet: quam cauſſam ad te deferet. Commendo tibi hominem, ſicuti tua fides, & meus pudor[3] poſtulat: tantum[4], vt faciles aditus ad te habeat: quae aequa poſtulabit, vt libente te[5] impetret: ſentiatque meam ſibi amicitiam, etiam cum longiſſime abſim, prodeſſe in primis apud te. Vale.

LVIII.

1. ex tribu mea natus. 2. in municipio meo Arpinate ortus. 3. modeſtia. 4. id peto. 5. mit deinem guten Willen.

## LIX.

## M. T. C. C. CVRTIO PEDVCEANO PRAETORI S. D.

*Commendat M. Fabium Curtio praetori.*

M. Fabium vnice[1] diligo; ſummaque mihi cum eo conſuetudo & familiaritas eſt peruetus[2]. In eius controuerſiis, qui[3] decernas, a te non peto. Seruabis, vt tua dignitas & fides poſtulat, edictum & inſtitutum tuum. ſed[4], vt quam facillimos ad te aditus habeat, quae erunt aequa, iubente te[5] impetret, vt meam amicitiam ſibi etiam, cum procul abſim, prodeſſe ſentiat, praeſertim apud te. Hoc vehementer etiam atque etiam rogo.

LX.

LIX.

1. praeter omnes alios, praeſertim. 2. antiquiſſima. 3. vt, quomodo. 4. ſed id peto. 5. tuo iuſſu.



Digitized by Google

LX.

## M. T. C. C. MVNATIO C. F. S. D.

*Commendat Liuineium libertum.*

L. Liuineius Trypho eſt omnino L. Reguli, familiariſſimi mei, libertus, cuius calamitas etiam officioſiorem me facit in[1] illum. nam beneuolentior[2], quam ſemper fui, eſſe non poſſum. ſed ego libertum eius per ſeipſum diligo. Summa 2 enim eius erga me officia exſtiterunt[3] iis noſtris temporibus, quibus[4] faciliime bonam beneuolentiam hominum & fidem perſpicere potui. Eum 3 tibi ita commendo, vt[5] homines grati & memores benemeritos de ſe commendare debent. Pergratum mihi feceris, ſi ille intellexerit, ſe, quod[6] pro ſalute mea multa pericula adierit, ſaepe hieme[7] ſumma nauigarit, pro tua erga me beneuolentia gratum etiam tibi feciſſe.

LX.

1. erga. 2. erga illum. 3. fuerunt declarata. 4. in quibus temporibus. 5. veluti. 6. ideo quod. 7. etiam in.

LXI.

## M. T. C. P. SILIO PROPR. S. D.

*Commendat Pinnium Bithyniae propraetori in exigenda pecunia, quam ei Nicaeenſes debebant.*

T. Pinnio familiariſſime me vſum eſſe ſcire te arbitror: quod quidem ille teſtamento declarauit, qui[1] me tum tutorem[2], tum etiam ſecundum heredem inſtituerit. Eius filio mire erudito, 2 & ſtu-

LXI.

1. dum ille. 2. filii ſui, vel, exſequutorem teſtamenti.

3. ducen-

& ſtudioſo, & modeſto, pecuniam Nicaeenſes grandem debent ad HS. octogies[3]: &, vt audio
3 inprimis[4] volunt ei ſoluere. Pergratum igitur mihi feceris, quando[5] non modo reliqui tutores, qui ſciunt quanti me facias, ſed etiam puer[6] ipſe ſibi perſuaſit, te omnia mea cauſſa[7] facturum eſſe: ſi dederis operam, quoad fides dignitasque patietur, vt quamprimum pecunia Pinnio ſoluatur Nicaeenſium nomine.

3. ducenta millia thalerorum. 4. bey erſter Gelegenheit. 5. ſiquidem. 6. filius Pinnii. 7. propter me, in mei gratiam.

## LXII.

## M. T. C. P. SILIO PROPR. S. D.

*De Atilio gratias agit: ſuum fratrem commendat.*

ET in Atilii negotio te amaui: cum[1] enim ſero veniſſem, tamen honeſtum equitem Romanum beneficio tuo conſeruaui: & mehercule ſemper. ſic in animo habui[2], te in meo aere[3] eſſe propter Lamiae noſtri coniunctionem, & ſingularem neceſſitudinem.
2 Itaque primum tibi ago gratias, quod[4] me omni moleſtia liberas: deinde impudentia proſequor[5]: ſed idem ſarciam[6]. Te enim ſemper ſic colam & tuebor, vt quam diligentiſſime[7].
3 Quintum fratrem meum, ſi me diligis, eo numero cura vt habeas[8], quo me[9]. Ita magnum beneficium tuum magno cumulo auxeris.

LXIII.

LXII.

1. Licet. 2. ita fui perſuaſus. 3. inter meos debitores. 4. quoniam. 5. ego pergo imprudens eſſe. 6. ich will es ſchon wieder gleich machen. 7. fieri poteſt. 8. fac vt habeas. 9. in quo numero tu habes me.



Digitized by Google

## LXIII.

# M. T. C. P. SILIO PROPR. S. D.

*C. Laenium diligentiſſime commendat.*

NOn putaui fieri poſſe, vt mihi verba deeſſent[1],
ſed tamen in C. Laenio commendando[2] de-
unt[3]. Itaque rem tibi exponam paucis verbis:
ſed tamen[4] vt plane perſpicere poſſis volunta-
tem[5] meam. Incredibile eſt, quanti faciamus[6] 2
& ego & frater meus, qui mihi cariſſimus eſt, M.
Laenium. Id fit tum plurimis eius officiis[7], tum
ſumma[8] eius probitate & ſingulari modeſtia. Eum 3
ego a me inuitiſſimus[9] dimiſi, cum propter fami-
liaritatem & conſuetudinis[10] ſuauitatem, tum
quod[11] conſilio eius fideli ac bono libenter vtebar.
Sed vereor, ne iam mihi ſupereſſe[12] verba putes,
quae dixeram defutura[13]. Commendo tibi ho- 4
minem, ſicut intelligis me[14], de quo ea ſupra ſcri-
pſerim, debere commendare: a teque vehemen-
ter etiam atque etiam peto, vt, quod[15] habet in tua
prouincia negotii, expedias[16], quod tibi videbitur
rectum eſſe, ipſi dicas. Hominem facillimum li- 5
beraliſſimumque[17] cognoſces. Itaque te rogo, vt
eum ſolutum, liberumque[18], confectis eius ne-
gotiis

LXIII.

1. in commendando aliquo. 2. dum commendare volo Laenium. 3. mihi verba. 4. ita. 5. Abſehen, Intention. 6. aeſtimemus. 7. quoniam ille admodum officioſus eſt erga me. 8. propter ſummam. 9. maxime contra voluntatem meam. 10. conuerſationis cum eo. 11. quoniam. 12. ſuperflua eſſe. 13. mihi eſſe. 14. me debere commendare illum. 15. quod negotium ille habet. 16. perficere velis. 17. honeſtiſſimum. 18. liberatum, non impeditum.

19. poſt.

gotiis per te[19] quamprimum ad me remittas. Id[20] mihi fratrique meo gratiſſimum feceris. Vale.

19. poſtquam negotia eius confecta erunt. 20. in hac re.

## LXIV.

## M. T. C. P. SILIO PROPR. S. D.

*Ti. Nerone ſuo honorifice tractato, gratias agit Silio, eumque magis & vehementius commendat.*

NEro meus mirificas[1] apud me tibi gratias egit, prorſus incredibiles, vt nullum honorem ſibi haberi[2] potuiſſe diceret, qui a te praetermiſſus[3] eſſet. magnum fructum ex ipſo capies. nihil eſt
2 enim illo adoleſcente gratius. Sed mehercule mihi quoque gratiſſimum[4] feciſti. Pluris enim ex omni nobilitate neminem facio[5]. Itaque ſi ea feceris, quae ille per me tecum agi voluit, gratiſ-
3 ſimum mihi feceris. Primum de Pauſania Alabandenſi ſuſtentes[6] rem, dum[7] Nero veniat, vehementer eius cauſſa cupere eum intellexi. Itaque
4 hoc valde te rogo. Deinde Nyſaeos[8], quos Nero in primis habet neceſſarios, diligentiſſimeque tuetur ac defendit, habeas tibi commendatiſſimos: vt intelligat illa ciuitas, ſibi in Neronis pa-
5 trocinio ſummum eſſe praeſidium. Strabonem Seruilium tibi ſaepe commendaui: nunc eo[9] facio id impenſius[10], quod[11] eius cauſſam Nero ſuſcepit.

LXIV.

1. plane ſingulares. 2. exhiberi. 3. non exhibitus. 4. rem gratiſſimam. 5. nemo eſt ex omnibus nobilibus, quem ego pluris facio, quam hunc Tiberium Claudium Neronem. 6. vt obſerues. 7. donec. 8. Nyſa vrbs Lydiae. 9. id eo. 10. maiore ſtudio. 11. quoniam.

Digitized by Google

ſuſcepit. Tantum a te petimus, vt agas eam rem, 6
ne relinquas hominem innocentem ad alicuius tui diſſimilis quaeſtum[12]. Id cum gratum mihi erit, tum etiam exiſtimabo te humanitate tua eſſe vſum. Summa eius epiſtolae haec eſt, vt ornes[13] 7
omnibus rebus Neronem, ſicut inſtituiſti[14] atque feciſti. Magnum theatrum habet iſta prouincia[15], non, vt haec noſtra[16], adoleſcentis nobilis, ingenioſi, abſtinentis[17] commendationem atque gloriam. Quare ſi te fautore vſus erit[18], ſicut & 8
profecto vtetur, & vſus eſt[19]; ampliſſime clientelas[20] acceptas a maioribus confirmare poterit, & beneficiis ſuis obligare. hoc in genere, ſi eum adiuueris eo ſtudio, quo oſtendiſti, apud ipſum praeclariſſime poſueris[21]; ſed mihi etiam gratiſſimum feceris.

12. vt aliquis lucrum capiat ex eo, qui tui ſit diſſimilis, nec ita honeſtus, quam tu es. 13. honorare velis. 14. coepiſti. 15. in omnium oculis ſunt, & ab omnibus conſpiciuntur ea, quae geruntur in iſta prouincia, tanquam in magno aliquo theatro. 16. noſtra vero prouincia non eſt tale theatrum. 17. moderati, non auari. 18. ſi Nero te habebit fautorem. 19. hactenus. 20. clientes in vrbibus. 21. beneficium.

## LXV.

## M. T. C. P. SILIO PROPR. S. D.

*Hiſponem commendat, vt Pactiones cum ciuitatibus pro publicanis conficiat.*

CVm P. Terentio Hiſpone, qui operas in ſcriptura pro magiſtratu dat[1], mihi ſumma familiaritas

LXV.

1. qui vicarius eſt magiſtri publicanorum.

2. hacte-

Digitized by Google

ritas conſuetudoque eſt. Multaque & magna inter
2 nos officia paria & mutua intercedunt[2]. Eius ſum-
ma exiſtimatio agitur[3] in eo, vt pactiones[4] cum
ciuitatibus reliquis conficiat[5]. Non me praeterit[6],
nos eam rem Epheſi expertos eſſe, nec ab Epheſiis
3 vllo modo impetrare potuiſſe. Sed quum, quem-
admodum omnes exiſtimant & ego intelligo, tua[7]
cum ſumma integritate, tum ſingulari humanitate
& manſuetudine conſecutus es, vt libentiſſimis
Graecis[8] nutu[9], quod velis, conſequare; peto a te
maiorem in modum, vt honoris mei cauſſa hac
4 laude Hiſponem adfici velis. Praeterea cum ſociis
ſcripturae[10] mihi ſumma neceſſitudo eſt, non ſo-
lum ob eam cauſſam, quod[11] ea ſocietas vniuerſa
in mea fide[12] eſt, ſed etiam, quod plerisque ſociis[13]
5 familiariſſime vtor. Ita & Hiſponem[14] meum per
me ornaris[15], & ſocietatem mihi coniunctiorem
feceris: tuque ipſe & ex eius obſeruantia[16] gratiſ-
ſimi hominis[17], & ex ſociorum gratia, hominum
ampliſſimorum, maximum fructum capies, & me
6 ſummo beneficio adfeceris. Sic enim velim exiſti-
mes ex tota tua prouincia, omnique iſto imperio[18]
nihil eſſe, quod mihi gratius facere poſſis.

LXVI.

2. hactenus fuerunt. 3. verſatur, beruhet. 4. die Vergleiche. 5. ad finem perducat. 6. ego probe ſcio. 7. per tuam. 8. cum voluntate ſumma Graecorum. 9. auch nur mit einem Winck. 10. publicanorum. 11. quia. 12. protectione. 13. publicanis. 14. amiciſſimum. 15. honoraueris. 16. ſi ipſum obſeruabis & iuuabis. 17. fructum. 18. Gouuernement.



Digitized by Google

# LXVI.

## M. T. C. P. SERVILIO PROPR. S. D.

*Caecinam in colligendis Aſiaticae negotiationis reliquiis commendat. Caeſare* III. *& Lepido coſſ.*

A. Caecinam, maxime proprium clientem familiae veſtrae, non commendarem tibi, cum ſcirem, qua fide in tuos, qua clementia in calamitoſos ſoleres eſſe; niſi me & patris eius, quo ſum familiariſſime vſus, memoria[1], & huius[2] fortuna[3] ita moueret[4], vt hominis, omnibus mecum ſtudiis officiisque coniunctiſſimi, mouere debeat[5]. A te hoc 2 omni contentione[6] peto ſic, vt maiore cura, maiore animi labore petere non poſſim: vt ad ea, quae tua ſponte ſine cuiusquam commendatione faceres in hominem tantum, & talem calamitoſum aliquem adferant cumulum[7] meae litterae, quo[8] ſtudioſius eum, quibuscunque rebus poſſis, iuues. Quod ſi Romae fuiſſet, etiam ſalutem A. Caecinae 3 eſſemus (vt opinio mea fert) per te conſecuti. De qua tamen magnam ſpem habemus, freti clementia[9] collegae tui. Nunc, quum iuſtitiam tuam ſecutus[10], tutiſſimum ſibi portum prouinciam iſtam[11] 4 duxit[12] eſſe; etiam atque etiam rogo te atque oro, vt eum & in reliquiis[13] veteris negotiationis colligendis iuues, & ceteris rebus tegas atque tueare. Hoc mihi gratius facere nihil potes.

LXVI.

1. recordatio. 2. Caecinnae. 3. aduerſa. 4. ad miſericordiam. 5. vt mouere me debeat calamitas hominis. 6. ſtudio. 7. augmentum. 8. vt eo. 9. dum fiduciam habemus in clementia. 10. ille eſt. 11. tuam. 12. putauit. 13. Reſt.

## LXVII.

# M. T. C. P. SERVILIO PROPR. S. D.

*Commendat Andronem Laodicenſem.*

EX[1] prouincia mea Cilicienſi, cui ſcis τρεῖς διοικήσεις[2] Aſiaticas attributas fuiſſe, nullo ſum familiarius vſus, quam Androne, Artemonis filio, Laodicenſi: eumque habui in ea ciuitate tum hoſpitem, tum vehementer ad meae vitae rationem[3]
2 & conſuetudinem accommodatum. Quem quidem multo etiam pluris, poſteaquam deceſſi[4], facere[5] coepi, quod[6] multis rebus expertus ſum gratum hominem, meique memorem. Itaque eum Romae libentiſſime vidi. Non te enim fugit[7], qui plurimis in iſta prouincia benigne feciſti, quam
3 multi[8] grati reperiantur. Haec propterea ſcripſi vt me non ſine cauſſa laborare intelligeres, &[9] vt
4 tu ipſe eum dignum hoſpitio tuo iudicares. Feceris igitur mihi gratiſſimum, ſi ei declararis, quanti me facias: id eſt, ſi receperis eum in fidem[10] tuam, &, quibuſcunque rebus honeſte ac ſine moleſtia tua poteris, adiuueris. Hoc mihi vehementer erit gratum, idque vt facias, te etiam atque etiam rogo.

LXVIII.

LXVII.

1. In. 2. tres dioeceſes, Crayſſe. 3. Lebens-Art. 4. ex prouincia Cilicia. 5. aeſtimare. 6. quoniam. 7. tu probe ſcis. 8. pauci. 9. etiam. 10. amicitiam.

LXVIII.

Digitized by Google

## LXVIII.

# M. T. C. P. SERVILIO ISAVRICO PROC. COLLEGAE S. D.

*Laetatur felici nauigationis curſu: vt de prouinciae ſtatu ſcribat, petit: officia ſua promittit. Caeſare* III. *& Lepido* coss.

GRatae vehementer mihi tuae litterae fuerunt, ex quibus cognoui curſus[1] nauigationum tuarum. ſignificabas enim memoriam[2] tuam noſtrae neceſſitudinis, qua[3] mihi nihil poterat eſſe iucundius. Quod reliquum eſt, multo etiam erit gra- 2
tius[4], ſi ad me de republica, id eſt, de ſtatu prouinciae, de[5] inſtitutis tuis familiariter ſcribes; quae, quamquam ex multis pro tua claritate[6] audiam, tamen libentiſſime ex tuis litteris cognoſcam. Ego ad te de reip. ſumma[7] quid ſentiam, 3
non ſaepe ſcribam, propter periculum eiusmodi litterarum: quid agatur autem, ſcribam ſaepius.
Sperare tamen videor, Caeſari collegae noſtro[8] 4
fore curae, & eſſe, vt habeamus aliquam[9] rempublicam, cuius conſiliis magni referebat te intereſſe[10]. Sed ſi tibi vtilius eſt, id eſt glorioſius, Aſiae praeeſſe, & iſtam partem reip. male adfectam[11] tueri; mihi quoque idem, quod tibi & laudi tuae profuturum eſt, optatius debet eſſe. Ego 5
quae

LXVIII.

1. itinera. 2. recordationem. 3. memoria. 4. mihi. 5. ac de. 6. quoniam tuum nomen vbique clariſſimum eſt. 7. ſtatu. 8. in auguratu. 9. ſaltim aliqualem. 10. magni vtique intereſſet, vt tu quoque eſſes in eius conſiliis. 11. procliuem ad rebellionem, vel, male vexatam.



Digitized by Google

quae ad tuam dignitatem pertinere arbitror, ſummo ſtudio diligentiaque curabo: in primiſque tuebor omni obſeruantia clariſſimum virum patrem tuum: quod & pro vetuſtate neceſſitudinis, & pro beneficiis veſtris, & pro dignitate ipſius facere debeo.

## LXIX.

## M. T. C. P. SERVILIO COLLEGAE S. D.

*C. Curtium, vt in fidem recipiatur, commendat.*

C. Curtius Mithres eſt ille quidem, vt ſcis, libertus Poſtumi, familiariſſimi mei: ſed me colit & obſeruat aeque atque illum ipſum patronum ſuum. apud eum ſic Epheſi[1] fui, quotiescunque fui, tamquam domi[2] meae: multaque acciderunt, in quibus & beneuolentiam eius erga me experi-
2 rer & fidem. Itaque ſi quid aut mihi, aut meorum cuipiam[3] in Aſia opus[4] eſt, ad hunc ſcribere conſueui, huius tum opera & fide, tum domo & re[5] vſi[6] tamquam mea. Haec ad te eo[7] pluribus ſcripſi, vt intelligeres, me non vulgare[8], nec ambitioſe, ſed vt[9] pro homine intimo ac mihi perneceſ-
3 ſario ſcribere. Peto igitur a te, vt in ea controuerſia, quam habet de fundo[10] cum quodam Colophonio[11], & in ceteris rebus, quantum tua fides patie-

LXIX.

1. in vrbe Epheſo. 2. non aliter ac in domo mea. 3. cuipiam amicorum meorum. 4. auxilio tuo. 5. familiari. 6. conſueui. 7. ideo. 8. non vulgariter. 9. tanquam. 10. praedio aliquo. 11. Colophon Ioniae vrbs.

12. ſint

Digitized by Google

atietur, quantumque tuo commodo[12] poteris, antum & honoris mei cauſſa commodes[13]. Etſi, 4
t eius modeſtiam cognoui, grauis[14] tibi nulla in e erit. ſi & mea[15] commendatione, & ſua pro- itate adſecutus erit, vti[16] de ſe bene exiſtimes, mnia ſe adeptum arbitrabitur. Vt igitur eum re- 5
ipias in fidem, habeasque in numero tuorum[17], e vehementer etiam atque etiam rogo. Ego, uae te velle, quaeque ad te pertinere arbitrabor, mnia ſtudioſe diligenterque curabo.

12. ſine tua moleſtia. 13. ei tribuas, praeſtes. 14. oleſtus. 15. per meam. 16. vt. 17. amicorum.

## LXX.

## M. T. C. P. SERVILIO COLLEGAE S. D.

*Balbi libertum Menandrum commendat.*

QVia non eſt obſcura tua in me beneuolentia, ſic[1] fit, vt multi per me tibi velint commendari. Ego autem tribuo nonnunquam in vulgus[2], ſed plerumque neceſſariis in hoc tempore. nam cum T. Ampio Balbo mihi ſumma familiaritas neceſſitudoque eſt. Eius libertum T. Ampium Me- 2
nandrum hominem frugi[3], & modeſtum, ac patrono & nobis vehementer probatum[4], tibi commendo maiorem in modum. Vehementer mihi gratum feceris, ſi quibuscunque rebus ſine tua moleſtia poteris, ei commendaris[5]. Quod vt facias, te vehementer etiam atque etiam rogo.

LXXI.

LXX.

1. indeque adeo. 2. promiſcue omnibus. 3. bonum, honeſtum. 4. laudatum, gratum. 5. officia praeſtabis.



Digitized by Google

## LXXI.

## M. T. C. P. SERVILIO COLLEGAE S. D.

*Commendat T. Aguſium, veterem amicum.*

MUltos tibi commendem[1] neceſſe eſt, quum[2]
omnibus nota noſtra neceſſitudo eſt, tuaque
in me beneuolentia. Sed tametſi omnium cauſ-
ſa, quos commendo, velle[3] debeo, tamen cum
2 omnibus non eadem mihi cauſſa eſt. T. Aguſius
& comes meus fuit illo miſerrimo tempore[4], &
omnium itinerum, nauigationum, laborum, peri-
culorum meorum ſocius. Neque hoc tempore
3 diſceſſiſſet a me, niſi ego ei permiſiſſem. Quare
ſic tibi eum commendo, vt[5] vnum de meis dome-
ſticis, & maxime neceſſariis. Pergratum mihi
feceris, ſi eum ita tractaris, vt intelligat, hanc
commendationem ſibi magno vſui atque adiu-
mento fuiſſe.

LXXI.

1. vt. 2. quoniam. 3. bene aliquid efficere velle. 4. exſilii mei. 5. tanquam.

## LXXII.

## M. T. C. P. SERVILIO COLLEGAE S. D.

*Cerelliae negotia & procuratores commendat.*

CErelliae, neceſſariae meae, rem[1], nomina[2], poſſeſſiones[3] Aſiaticas commendaui tibi praeſens in hortis tuis, quam potui diligentiſſime: tu-
que

LXXII.

1. familiarem. 2. Schulden. 3. bona, praedia.

Digitized by Google

4. eſſe.

que mihi pro conſuetudine, proque tuis in me perpetuis maximisque officiis omnia te facturum[4] liberaliſſime recepiſti[5]. Meminiſſe te id ſpero. 2
ſcio enim ſolere[6]. Sed tamen Cerelliae procuratores ſcripſerunt, te propter magnitudinem prouinciae, multitudinemque negotiorum, etiam atque etiam eſſe commonefaciendum. Peto igitur, 3
vt memineris, te omnia, quae tua fides pateretur, mihi cumulate recepiſſe[7]. Equidem exiſtimo te habere magnam facultatem[8] (ſed hoc eſt tui conſilii & iudicii[9]) ex eo ſenatusconſulto, quod in[10] heredes C. Vennonii factum eſt, Cerelliae commodandi[11]. Id ſenatusconſultum tu interpreta- 4
bere pro tua ſapientia. Scio enim eius ordinis[12] auctoritatem ſemper apud te magni fuiſſe. Quod 5
reliquum eſt, ſic velim exiſtimes, quibuscunque rebus Cerelliae benigne feceris, mihi te gratiſſimum eſſe facturum.

4. eſſe. 5. pollicitus fuiſti. 6. te ſolere meminiſſe. 7. promiſiſſe. 8. poteſtatem commodandi huic feminae Cerelliae. 9. ſed, an id fieri poſſit, tu iudicabis optime. 10. contra. 11. inſeruiendi. 12. Senatorii.

## LXXIII.

## M. T. C. Q. PHILIPPO PROC. S. D.

*Saluum ex prouincia reuertiſſe gratulatur: Egnatii & Oppii cauſſa gratias agit; & vt Antipatri filios ſibi condonet, rogat. anno incerto.*

GRatulor tibi, quod ex prouincia ſaluum te ad tuos recepiſti[1] incolumi fama[2], & republica. Quod

LXXIII.

1. rediiſti. 2. ita vt fama tua non fuerit laeſa.



Digitized by Google

Quod ſi Romae te vidiſſem, coram [3] gratias egiſſem, quod tibi L. Egnatius familiariſſimus meus
2 abſens, L. Oppius praeſens curae fuiſſet [4]. Cum Antipatro Derbete [5] mihi non ſolum hoſpitium, verum etiam ſumma familiaritas intercedit. Ei te vehementer ſuccenſuiſſe [6] audiui, & moleſte tuli. De re [7] nihil poſſum iudicare, niſi illud mihi certe perſuadeo, te, talem [8] virum, nihil temere [9] feciſſe.
3 A te autem pro vetere noſtra neceſſitudine etiam atque etiam peto, vt eius filios, qui in tua poteſtate ſunt, mihi potiſſimum condones [10]: niſi quid exiſtimas in ea re violari exiſtimationem tuam. Quod
4 ego ſi arbitrarer, nunquam te rogarem: mihique tua fama multo antiquior [11] eſſet, quam illa neceſſitudo eſt. Sed mihi ita perſuadeo, (poteſt fieri, vt fallar) eam rem laudi tibi potius, quam vituperationi fore. Quid fieri poſſit, & quid mea cauſſa facere poſſis, (nam, quid velis [12], non dubito) velim, ſi tibi graue non erit, certiorem me facias.

3. praeſens. 4. quod tu curam geſſiſti Egnatii. 5. Derbe Lycaoniae vrbs. 6. iratum eſſe. 7. ipſa, ob quem ei ſuccenſuiſti. 8. tam prudentem. 9. imprudenter. 10. vt in mei gratiam nolis iratus eſſe erga eius filios. 11. potior. 12. facere.

## LXXIV.

## M. T. C. Q. PHILIPPO PROC. S. D.

*Oppium praeſentem, & Egnatii abſentis negotia commendat.*

ETſi non dubito pro tua in me obſeruantia, proque noſtra neceſſitudine, quin commendatio-

nem

Digitized by Google

nem meam memoria[1] teneas: tamen etiam atque etiam eundem tibi L. Oppium, familiarem meum, praeſentem, & L. Egnatii, familiariſſimi mei, abſentis, negotia commendo. Tanta mihi cum eo neceſſitudo eſt familiaritasque, vt, ſi[2] mea res eſſet, non magis laborarem. Quapropter gratiſſimum mihi feceris, ſi curaris, vt is intelligat me a te tantum amari, quantum ipſe exiſtimo[3]. Hoc mihi gratius facere nihil potes, idque vt facias, te vehementer rogo. 2

LXXIV.

1. in. 2. ſi imo mea res ageretur. 3. me a te amari.

LXXV.

## M. T. C. T. TITIO T. F. LEG. S. D.

*Auianum Flaccum commendat Titio legato*, in cauſſa frumentaria.

ETſi non dubito, quin apud te mea commendatio prima ſatis valeat: tamen obſequor homini familiariſſimo C. Auiano Flacco, cuius cauſſa[1] omnia cum cupio[2], tum mehercule etiam debeo. De quo & praeſens tecum egi diligenter, cum tu mihi humaniſſime reſpondiſti: & ſcripſi ad te accurate antea. ſed putat intereſſe ſua[3], me ad te quam ſaepiſſime ſcribere. Quare velim mihi ignoſcas, ſi, illius voluntati obtemperans, minus videbor meminiſſe conſtantiae tuae[4]. A te illud idem 2 3

LXXV.

1. dem zu Liebe. 2. facere. 3. es wäre ihm viel daran gelegen. 4. ſi videbor non ſatis meminiſſe tuae conſtantiae.



Digitized by Google

idem peto, vt de loco,quo [5] deportet frumentum, & de tempore , Auiano commodes [6], quorum vtrumque per eundem me obtinuit triennium [7],
4 dum Pompeius iſti negotio praefuit. Summa eſt [8], in quo mihi gratiſſimum facere poſſis, ſi curaris, vt Auianus , quum ſe a me amari putat, me a te amari ſciat. Erit id mihi pergratum. Vale.

5. ad quem deportare poſſit. 6. officia tua exhibeas. 7. per tres annos. 8. huius epiſtolae, huius negotii.

## LXXVI.

## M. T. C. QVATVOR VIRIS [1] ET DECVRIONIBVS S. D.

*Petit C. Valgio emtae poſſeſſionis in agro Fregellano immunitatem.*

TAntae mihi cum Q. Hippio cauſſae neceſſitudinis [2] ſunt, vt nihil poſſit eſſe coniunctius, quam
2 nos inter nos ſumus. Quod niſi ita eſſet, vterer mea conſuetudine, vt vobis nulla in re moleſtus eſſem. etenim vos mihi optimi teſtes eſtis , cum mihi perſuaſum eſſet [3], nihil eſſe,quod a vobis impetrare non poſſem,nunquam me tamen grauem [4]
3 vobis eſſe voluiſſe. Vehementer igitur vos etiam, atque etiam rogo , vt honoris mei cauſſa liberaliſſime C. Valgium Hippianum tractetis , remque cum eo conficiatis, vt quam poſſeſſionem [5] habet in agro

LXXVI.

1. In municipiis & coloniis vel Duumuiri vel Quatuorviri ſupremum gerebant magiſtratum. Decuriones autem in iiſdem erant, qui Romae Senatores. 2. amicitiae arctioris. 3. cum ego crederem. 4. moleſtum. 5. praedium.

Digitized by Google

6. Fre-

in agro Fregellano [6], a vobis emtam, eam liberam
& immunem [7] habere poſſit. Id ſi a vobis impe- 4
traro, ſummo me beneficio veſtro adfectum [8] ar-
bitrabor.

6. Fregellae antiqua colonia in Latio Nouo. 7. Steuer-frey. 8. eſſe, ornatum.

## LXXVII.

## M. T. C. P. SVLPICIO IMP. S. D.

*Officio ſuo in ſupplicatione decernenda narrato, commendat M. Bolanum & ſeruum fugitiuum reſtitui curet, amanter rogat.*

CVm [1] his temporibus non ſane in ſenatum ven-
titarem [2]: tamen vt tuas litteras legi, non exi-
ſtimaui, me ſaluo iure noſtrae veteris amicitiae,
multorumque inter nos officiorum, facere [3] poſſe,
vt honori tuo deeſſem. Itaque adfui, ſupplicatio- 2
nemque [4] tibi libenter decreui: nec reliquo tempo-
re vllo, aut rei, aut exiſtimationi, aut dignitati tuae
deero. Atque hoc vt tui neceſſarii [5] ſciant, hoc
me animo erga te eſſe, velim facias eos per litteras
certiores, vt, ſi quid tibi opus [6] ſit, ne dubitent mihi
iure ſuo denuntiare. M. Bolanum, virum bonum, 3
& fortem, & omnibus rebus ornatum, meumque
veterem amicum, tibi magnopere commendo.
Pergratum mihi feceris, ſi curaris, vt is intelligat,
hanc

LXXVII.

1. Licet. 2. frequenter venirem. 3. geſchehen laſſen. 4. ein öffentliches Danckfeſt, in honorem victoriae tuae ab hoſtibus impetratae. 5. amicio. 6. meo auxilio.

7. gau-

Digitized by Google

hanc commendationem ſibi magno adiumento fuiſſe: ipſumque virum optimum gratiſſimumque
4 cognoſces. Promitto tibi, te ex eius amicitia, magnam voluptatem[7] eſſe capturum. Praeterea a te peto in maiorem modum pro noſtra amicitia, & pro tuo perpetuo in me ſtudio[8], vt in hac re etiam elabores. Dionyſius ſeruus meus, qui meam bibliothecen multorum nummorum[9] tractauit, cum multos libros ſurripuiſſet[10], nec ſe impune la-
5 turum putaret[11], aufugit. Is eſt in prouincia tua. cum & M. Bolanus familiaris meus, & multi alii Naronae[12] viderunt. ſed cum ſe a me manumiſ-
6 ſum eſſe diceret, crediderunt. Hunc tu ſi mihi reſtituendum curâris, non poſſum dicere quam mihi gratum futurum ſit. Res ipſa parua[13], ſed animi mei dolor magnus eſt. Vbi ſit, & quid fie-
7 ri poſſit, Bolanus te docebit. Ego, ſi hominem per te reciperaro[14], ſummo me a te beneficio adfectum[15] arbitrabor.

7. gaudium. 8. fauore. 9. mein Müntz-Cabinet. 10. furto. 11. & putaret, ſe poenas mihi daturum. 12. in vrbe Dalmatiae. 13. es iſt zwar eine Bagatelle. 14. recuperauero. 15. eſſe.

## LXXVIII.

## M. T. C. ALLIENO PROC. S. D.

*Petit vt Democritum in ſuam fidem recipiat.*

DEmocritus Sicyonius, non ſolum hoſpes meus eſt, ſed etiam, quod non multis contingit[1],
2 Graecis[2] praeſertim, valde familiaris. Eſt enim in eo ſumma probitas, ſumma virtus, ſumma in[3] ho-

ſpites

LXXVIII.

1. quae felicitas non multis apud me ſolet contingere. 2. tanquam fraudulentis hominibus. 3. erga. 4. pro-

Digitized by Google

ſpites liberalitas & obſeruantia: meque praeter ce-
teros & colit, & obſeruat, & diligit. Eum tu non
modo ſuorum ciuium, verum paene Achaiae[4]
principem cognoſces. Huic ego tantummodo 3
aditum ad tuam cognitionem patefacio & munio:
cognitum per te ipſum[5], quae tua natura[6] eſt, di-
gnum tua amicitia atque hoſpitio iudicabis. Peto 4
igitur a te, vt, his litteris lectis, recipias eum in tuam
fidem: polliceare[7] omnia te facturum mea cauſſa.
De reliquo, ſi, id quod confido, fore dignum eum 5
tua amicitia hoſpitioque cognoueris, peto, vt eum
complectare, diligas, in[8] tuis habeas. Erit id mihi
maiorem in modum gratum. Vale.

4. prouinciae totius. 5. quando per te ipſum cognoueris illum. 6. pro tua natura benigna. 7. vtque ei. 8 inter tuos amicos.

## LXXIX.

## M. T. C. ALLIENO PROC. S. D.

*Caium & Marcum Auianos fratres, commendat.*

ET te ſcire arbitror, quanti fecerim C. Auianum
Flaccum, & ego ex ipſo audieram, optimo &
gratiſſimo homine, quam a te liberaliter[1] eſſet tra-
ctatus. Eius filios digniſſimos illo patre, meosque 2
neceſſarios, quos ego vnice diligo, commendo ti-
bi ſic, vt maiore ſtudio nullos commendare poſ-
ſim. C. Auianus in Sicilia eſt, Marcus eſt nobis-
cum. Vt illius dignitatem praeſentis[2] ornes,
rem[3] vtriusque defendas te rogo. Hoc mihi gra- 3
tius in iſta prouincia facere nihil potes: Idq; vt fa-
cias, te vehementer etiam atque etiam rogo.
Vale. LXXIX. M.TVL-

1. honorifice. 2. quamdiu ille apud te praeſens erit. 3. familiarem.

LIBER

Digitized by Google

# M. TVLLII CICERONIS EPISTOLARVM AD TERENTIAM VXOREM.

# LIBER XIV.

## I.

## M. T. C. TERENTIAE SVAE, TVLLIOLAE SVAE ET CICERONI SVO S. D.

*Ab exſule ſcripta, querula; deinde de ſpe reſtitutionis, vtcunque exigua: de familia, de peſtilentia, Plancii officiis, Piſonis humanitate, & aliis agit.*

ET litteris[1] multorum, & ſermone omnium perfertur ad me, incredibilem tuam virtutem & fortitudinem eſſe, teque nec animi nec corporis
2 laboribus defatigari. Me miſerum! te[2] iſta virtute, fide, probitate, humanitate, in tuas aerumnas propter me incidiſſe! Tulliolamque noſtram[3], ex quo patre tantas voluptates capiebat, ex eo tantos percipere luctus! nam quid ego de Cicerone[4] dicam? qui cumprimum ſapere coepit,
3 acerbiſſimos dolores miſeriasque percepit. Quae ſi, vt tu ſcribis, fato facta putarem[5], ferrem paullo facilius:

LIBER XIV.

I.

1. Ex. 2. quod tu, quae praedita es. 3. filiam. 4. filio noſtro. 5. quae omnia ſi putarem facta eſſe ex fato diuino.

6. per

Digitized by Google

facilius: ſed omnia ſunt mea culpa[6] commiſſa, qui
ab his me amari putabam, qui inuidebant[7]: eos
non ſequebar, qui petebant[8]. Quod ſi noſtris 4
conſiliis vſi eſſemus, neque apud nos tantum va-
luiſſet ſermo aut ſtultorum amicorum, aut impro-
borum, beatiſſimi[9] viueremus[10]. Nunc quum[11] 5
ſperare nos amici iubent, dabo operam, ne mea
valetudo tuo labori deſit. Res quanta ſit, intelli-
go, quantoque fuerit facilius manere domi, quam
redire[12]. Sed tamen ſi omnes tribunos pl. habe- 6
mus[13], ſi Lentulum tam ſtudioſum, quam vide-
tur[14], ſi vero etiam Pompeium & Caeſarem[15], non
eſt deſperandum[16]. De familia, quomodo pla- 7
cuiſſe amicis ſcribis, faciemus. de loco[17] nunc
quidem abiit peſtilentia: ſed quamdiu fuit[18], me
non attigit. Plancius, homo officioſiſſimus, me
cupit eſſe ſecum, & adhuc retinet[19]. Ego vole-
bam loco magis deſerto eſſe in Epiro[20], quo[21] ne-
que Hypſo veniret, nec milites: ſed adhuc Plan-
cius me retinet. ſperat poſſe fieri, vt mecum in
Italiam decedat. Quem ego diem ſi videro, & ſi 8
in veſtrum complexum venero, ac, ſi & vos, &
me ipſum recuperaro[22], ſatis magnum mihi fru-
ctum videbor percepiſſe & veſtrae pietatis[23] &
meae. Piſonis humanitas, virtus, amor in omnes 9
nos

6. per meam culpam. 7. meae gloriae. 8. meam amicitiam. 9. feliciſſimi. 10. viuere poſſemus. 11. quoniam. 12. Romam. 13. fauentes. 14. wie er ſcheinet vnd ſich anſtellt. 15. fauentes haberemus. 16. nobis. 17. in quo nunc viuo. 18. ibi peſtilentia. 19. me apud ſe. 20. prouincia. 21. vt in hanc prouinciam. 22. recepero. 23. amoris erga me, & mei erga vos.

24. eſſe.

Digitized by Google

nos tantus eſt, vt nihil ſupra poſſit[24]. vtinam ea res
ei voluptati ſit[25]: gloriae quidem video fore[26].
10 De Q. fratre[27] nihil ego te accuſaui: ſed vos, cum
praeſertim tam pauci ſitis, volui eſſe quam con-
iunctiſſimos. Quibus me voluiſti agere gratias,
egi[28]: & me a te certiorem factum eſſe ſcripſi.
11 Quod ad me, mea Terentia, ſcribis, te vicum[29]
vendituram: quid obſecro te (me miſerum!) quid
futurum eſt? &, ſi nos premet[30] eadem fortuna[31],
quid puero[32] miſero fiet? non queo reliqua ſcri-
bere, tanta vis lacrymarum eſt, ne te in eundem
12 fletum adducam. Tantum ſcribo; ſi erunt in of-
ficio amici[33], pecunia non deerit: ſi non erunt, tu
efficere tua[34] pecunia non[35] poteris. Per fortu-
nas miſeras noſtras vide[36], ne puerum perditum[37]
perdamus. cui ſi aliquid erit[38], ne egeat[39]: me-
13 diocri fortuna, vt cetera conſequatur. Fac va-
leas, & ad me tabellarios mittas, vt ſciam quid aga-
tur[40], & vos quid agatis. Mihi omnino iam bre-
vis exſpectatio eſt. Tulliolae & Ciceroni ſalu-
tem dic. Valete. D[41]. ad. d. VI. kal[42]. Decembres
Dyrrachii. Dyrrachium veni, quod[43] & libera
ciuitas eſt, & in me officioſa, & proxima Italiae.
Sed ſi offendet me loci celebritas[44], alio[45] me
conferam: ad te ſcribam. II. M.

24. eſſe. 25. vtinam ei illa res adferret aliquam voluptatem. 26. id quidem video, illam fore rem ei gloriae. 27. meo. 28. illis gratias. 29. villam. 30. diutius. 31. aduerſa. 32. filio Ciceroni. 33. ſi amici nos volent iuuare. 34. per tuam. 35. plane nihil. 36. cogita. 37. miſerum. 38. ſi ille opus habebit aliqua re. 39. ne pauper ſit. 40. Romae. 41. dabam. 42. die XXVI. Nouembris. 43. quia. 44. ſi putabo, aliquid periculi mihi eſſe in hoc tam celebri vrbe. 45. ad alium locum.



Digitized by Google

II.

## M. T. C. TERENTIAE SVAE, TVLLIOLAE ET CICERONI SVIS S. D.

*Breuitatem litterarum excuſat : Piſonis generi officia laudat : dolet Terentiae vicem : rogat ne ſuam dotem proiiciat, & vt valetudini ſuae conſulat.*

NOli putare, me ad quemquam longiores epi-
ſtolas ſcribere, niſi ſi quis ad me plura ſcripſit,
cui puto reſcribi[1] oportere. nec enim habeo quid
ſcribam. nec hoc tempore quidquam difficilius[2]
facio. Ad te vero, & ad noſtram Tulliolam non 2
queo ſine plurimis lacrymis ſcribere. Vos enim
video eſſe miſerrimas, quas ego beatiſſimas[3] ſem-
per eſſe volui, idque praeſtare[4] debui: &, niſi tam
timidi fuiſſemus, praeſtitiſſem[5]. Piſonem noſtrum 3
merito eius[6] amo plurimum. Eum, vt potui, per
litteras cohortatus ſum, gratiasque egi, vt debui.
In nouis tribunis pl. intelligo ſpem te habere: id 4
erit firmum[7], ſi Pompeii voluntas erit. ſed Craſ-
ſum tamen metuo. A te quidem omnia fieri for- 5
tiſſime & amantiſſime video: nec miror: ſed
moereo caſum eiuſmodi, vt tantis tuis miſeriis
meae miſeriae ſubleuentur[8]. nam ad me P. Vale-
rius homo officioſus ſcripſit, id quod maximo
cum

II.

1. reſponderi prolixius. 2. vngerner. 3. feliciſſimas. 4. efficere. 5. praeſtare omnino potuiſſem. 6. quoniam is ita meretur de me. 7. haec ſpes autem tunc erit firma. 8. vt meae miſeriae ſubleuarentur aliquando per tantas tuas miſerias.



Digitized by Google

cum fletu legi, quemadmodum a Veſtae[9] ad ta-
6 bulam Valeriam[10] ducta eſſes. Hem, mea lux,
meum deſiderium, vnde[11] omnes opem petere
ſolebant, te nunc, mea Terentia, ſic vexari, ſic ia-
cere in lacrymis & ſordibus? idque fieri mea cul-
7 pa[12], qui ceteros ſeruaui, vt nos periremus? Quod
de domo[13] ſcribis, hoc eſt de area[14], ego vero
tum denique mihi videbor reſtitutus, ſi illa[15] nobis
erit reſtituta. Verum haec non ſunt in noſtra
manu[16]. Illud doleo, quae impenſa facienda eſt,
in eius[17] partem te miſeram & deſpoliatam venire.
8 Quod ſi conficitur negotium, omnia conſeque-
mur: ſin eadem nos fortuna[18] premet, etiamne
reliquias tuas miſeras proiicies[19]? obſecro te, mea
vita, quod ad ſumtum attinet, & ſine[20] alios, qui
poſſunt[21], ſi modo volunt, ſuſtinere: & valetu-
dinem iſtam infirmam[22], ſi me amas, noli vexa-
re[23]. Nam mihi ante oculos dies noctesque ver-
ſaris. omnes labores te excipere[24] video; timeo,
9 vt ſuſtineas[25]: ſed video in te eſſe omnia[26]. Qua-
re vt id, quod ſperas, re quod agis[27], conſequa-
mur, ſerui[28] valetudini. Ego, ad quos ſcribam,
neſcio, niſi ad eos, qui ad me ſcribunt, aut ad eos,
de qui-

9. templo. 10. ad locum iudicii in foro, quem appellabant tabulam Valeriam. 11. a qua antea. 12. per meam. 13. mea. 14. quoniam domus a Clodio nunc euerſa eſt. 15. domus. 16. poteſtate. 17. impenſae. 18. aduerſa. 19. profundes, hinſchleudern. 20. permitte, vt alii ſuſtineant & ferant has impenſas. 21. id facere. 22. tuam. 23. debilitare magis. 24. video, quod tu cogaris ferre labores omnes. 25. vt ſuſtinere eos diutius poſſis. 26. poſita. 27. & quod agis re ipſa. 28. inſeruire debes tuae.

Digitized by Google

de quibus ad me vos aliquid ſcribitis. Longius, quoniam ita vobis placet, non diſcedam: ſed vellim quam ſaepiſſime litteras mittatis, praeſertim ſi quid eſt firmius[29], quod ſperemus. Valete mea deſideria, valete. ad d. III. Nonas Octobr[30]. Theſſalonica.

29. ſi aliqua ſpes firmior adeſt. 30. die v. Octobris.

## III.

# M. T. C. TERENT. ET TVLL. ET CICERONI SVIS S. D.

*Sua culpa factum dolet, vt in tantas miſerias inciderint. Dein ad capita epiſtolae vxoris reſpondet ita, vt nimium prae ſe dolorem ferat, eique paene ſuccumbat.*

ACcepi ab Ariſtocrito tres epiſtolas, quas ego lacrymis[1] prope deleui. Conficior[2] enim moerore, mea Terentia: nec me meae miſeriae magis excruciant, quam tuae veſtraeque[3]. Ego 2
autem hoc miſerior ſum, quam tu, quae es miſerrima, quod ipſa calamitas communis eſt vtriusque noſtrum: ſed culpa mea propria eſt. Meum fuit officium, vel legatione[4] vitare periculum[5], vel diligentia & copiis[6] reſiſtere, vel cadere[7] fortiter: hoc miſerius, turpius, indignius nobis nihil fuit[8]. Quare cum dolore conficior, tum etiam 3
pudore. pudet enim me vxori meae optimae, ſuauiſſi-

III.

1. meis. 2. debilitor. 3. miſeriae. 4. per aliquam legationem. 5. exſilium. 6. per diligentiam & potentiam. 7. mori. 8. nihil autem nobis fuit tam indecens & miſerum, quam hoc.



Digitized by Google

viſſimis [9] liberis, virtutem & diligentiam [10] non
4 praeſtitiſſe. Nam mihi ante oculos dies noctes-
que verſatur ſqualor [11] veſter, & moeror, & infir-
mitas valetudinis tuae: ſpes autem ſalutis perte-
nuis [12] oſtenditur. Inimici ſunt multi, inuidi pae-
ne omnes. Eiicere nos magnum fuit [13], exclude-
re [14] facile eſt. Sed tamen quamdiu vos eritis in
ſpe, non deficiam [15], ne omnia mea culpa [16] ceci-
5 diſſe videantur. Vt tuto [17] ſim, quod laboras, id
mihi nunc facillimum eſt, quem etiam inimici vo-
lunt viuere in his tantis miſeriis. Ego tamen fa-
ciam, quae praecipis: amicis, quibus voluiſti [18],
egi gratias, & eas litteras Deſippo dedi: meque
de eorum officio ſcripſi a te certiorem eſſe fa-
6 ctum. Piſonem noſtrum mirifico eſſe ſtudio [19] in
nos & officio, & ego perſpicio, & omnes praedi-
cant. Dii faxint, vt tali genero mihi praeſenti te-
7 cum ſimul, & cum liberis noſtris frui liceat. Nunc
ſpes reliqua eſt in nouis tribunis pl. & in primis
quidem diebus. nam ſi inueterarit [20], actum eſt [21].
ea re [22] ad te ſtatim Ariſtocritum miſi, vt ad me
continuo initia rerum, & rationem [23] totius nego-
tii poſſes ſcribere: etſi Deſippo quoque ita impe-
raui, ſtatim vt recurreret: & ad fratrem miſi, vt
8 crebro tabellarios mitteret. nam ego eo nomi-
ne [24] ſum Dyrrachii hoc tempore, vt quam celer-
rime,

9. &. 10. meam. 11. triſtitia. 12. valde exigua. 13. magnum opus fuit, nos eiicere in exſilium. 14. ab vrbe. 15. non abiiciam omnem ſpem. 16. per meam. 17. in loco tuto. 18. vt agerem gratias. 19. fauore erga nos. 20. wenn man die Sache auff die lange Banck will ſchieben. 21. iam omnis ſpes fruſtra eſt. 22. ob eam rem. 23. ſtatum. 24. ideo.

25. in

Digitized by Google

rime, quid agatur, audiam, & ſim tuto[25]. ciuitas enim haec ſemper a me defenſa eſt. cum inimici noſtri venire dicentur, tum in Epirum ibo. Quod 9
ſcribis, te, ſi velim, ad me venturam[26]: ego vero cum ſciam magnam partem iſtius oneris abs te ſuſtineri, te iſtic[27] eſſe volo. Si perficitis, quid agitis, me ad vos venire oportet: ſin autem[28]. Sed nihil eſt opus reliqua ſcribere. Ex primis, aut 10
ſummum[29] ſecundis litteris tuis conſtituere[30] poterimus, quid nobis faciendum ſit. tu modo ad me velim omnia diligentiſſime perſcribas: etſi magis iam rem[31], quam litteras debeo exſpectare. Cura vt valeas, & ita tibi perſuadeas, mihi te ca- 11
rius nihil eſſe, nec vnquam fuiſſe. Vale, mea Terentia, quam ego videre videor: itaque debilitor lacrymis. Pridie kal. Decemb[32].

25. in loco tuto. 26. eſſe ad me. 27. Romae. 28. ἀποσιώπησις. 29. zum höchſten. 30. decernere, conſilium capere. 31. ipſam, reſtitutionem meam. 32. die xxx. Nouembris.

## IV.

## TVLLIVS TERENTIAE ET TVLLIOLAE ET CICERONI SVIS S. D.

*Reſpondet ad varia Terentiae non ſolum dolenter, ſed etiam molliore, quam virum decebat, animo.*

EGo minus ſaepe ad vos do[1] litteras, quam poſſum, propterea quod[2] cum omnia mihi tempora ſunt miſera, tum vero, cum aut ſcribo ad vos, aut

IV.

1. ſcribo. 2. quia.

aut veſtras lego, conficior [3] lacrymis ſic, vt ferre [4]
non poſſim. quod vtinam minus vitae cupidi fuiſ-
ſemus! certe nihil, aut non multum in vita mali [5]
2 vidiſſemus. Quod ſi nos ad aliquam alicuius com-
modi aliquando recuperandi ſpem fortuna reſer-
vauit, minus eſt erratum a nobis [6]: ſin haec mala
fixa [7] ſunt, ego vero te quamprimum, mea vita, cu-
pio videre, & in tuo complexu emori: quando [8]
neque dii, quos tu caſtiſſime [9] coluiſti, neque ho-
mines, quibus ego ſeruiui, nobis gratiam retule-
3 runt. Nos Brundiſii apud M. Laenium Flaccum
dies XIII. fuimus, virum optimum, qui periculum
fortunarum [10] & capitis [11] ſui pro mea ſalute ne-
glexit. neque legis improbiſſimae poena [12] dedu-
ctus [13] eſt, quo minus hoſpitii & amicitiae ius offi-
ciumque praeſtaret. Huic vtinam aliquando
gratiam referre poſſimus. Habebimus quidem
4 ſemper [14]. Brunduſio profecti ſumus ad d. v. ka-
lend. Maii [15] per Macedoniam, Cyzicum [16] pete-
bamus. O me perditum! o me adflictum! quid [17]
nunc rogem te, vt venias [18] mulierem aegram, &
corpore & animo confectam [19]? Non rogem? ſi-
5 ne te igitur ſim? Opinor, ſic agam. Si eſt ſpes
noſtri reditus, eam [20] confirmes, & rem [21] adiuues:
ſin, vt ego metuo, tranſactum eſt, quoquo [22] modo
potes,

3. debilitor plane. 4. tolerare diutius. 5. calamitatis. 6. noſter error tunc non ita magnus erit. 7. immutabilia. 8. quoniam. 9. religioſiſſime. 10. bonorum. 11. vitae. 12. per poenam ab improbiſſima lege dictatam, ſi quis me reciperet. 13. commotus eſt. 14. gratiam ei. 15. die XXVII. Aprilis. 16. in vrbem. 17. cur ego vero. 18. ad me. 19. prorſus debilitatam. 20. ſpem. 21. ipſam, reditum meum. 22. quocunque.

23. de

Digitized by Google

potes, ad me fac venias. Vnum hoc ſcito: ſi te habebo, non mihi videbor plane periiſſe. Sed 6
quid de Tulliola mea fiet? iam id vos videte[23]: mihi deeſt conſilium. Sed certe quoquo modo res ſe habebit, illius miſellae & matrimonio & famae ſeruiendum eſt[24]. Quid? Cicero meus quid aget? iſte vero ſit in ſinu ſemper & complexu meo. Non 7
queo plura iam ſcribere. impedit[25] moeror. Tu quid egeris, neſcio. vtrum aliquid teneas[26], an, quod metuo, plane ſis ſpoliata. Piſonem, vt ſcribis, ſpero fore ſemper noſtrum[27]. De familia li- 8
berata[28] nihil eſt quod te moueat. primum, tuis[29] ita promiſſum eſt, te facturam eſſe, vt quisque eſſet meritus. eſt autem in officio adhuc Orpheus: praeterea[30] magnopere nemo. ceterorum ſeruorum ea cauſſa[31] eſt, vt, ſi res a nobis abeſſet[32], liberti noſtri eſſent, ſi obtinere[33] potuiſſent: ſin ad nos pertinerent, ſeruirent, praeterquam oppido[34] pauci. Sed haec minora ſunt. Tu quod me 9
hortaris, vt animo ſim magno, & ſpem habeam recuperandae ſalutis; id velim ſit ejusmodi[35], vt recte ſperare poſſimus. nunc, miſer, quando tuas litteras accipiam? quis ad me perferet? quas ego exſpectaſſem Brundiſii, ſi eſſet licitum[36] per[37] nautas, qui tempeſtatem[38] praetermittere noluerunt. Quod reliquum eſt, ſuſtenta te, mea Te- 10
rentia,

23. deliberate. 24. oportet vt cogitemus de huius miſerae fama & matrimonio honeſto. 25. me. 26. habeas. 27. amicum. 28. de ſeruis manumiſſis. 29. ſeruis. 30. praeter hunc. 31. conditio. 32. ſi eos non amplius poſſemus ſuſtentare. 33. libertatem. 34. valde. 35. ita comparatum eſſe. 36. ſi licebit hoc. 37. propter. 38. opportunum tempus nauigandi.



Digitized by Google

rentia, vt[39] potes. honeſtiſſime[40] viximus, floruimus: non vitium[41] noſtrum, ſed virtus noſtra nos adflixit. Peccatum eſt nullum[42], niſi quod non vna[43] animam[44] cum ornamentis[45] amiſimus. Sed ſi hoc fuit liberis noſtris gratius; nos viuere: cetera, quamquam ferenda non ſunt, feramus. Atque ego, qui te confirmo[46], ipſe me non
11 poſſum[47]. Clodium Philetaerum, quod[48] valetudine oculorum impediebatur, remiſi, hominem fidelem. Salluſtius officio[49] vincet[50] omnes[51]. Peſcennius eſt perbeneuolus nobis: quem ſemper ſpero tui fore obſeruantem. Sicca dixerat ſe me-
12 cum fore; ſed Brundiſio diſceſſit. Cura, quoad[52] potes, vt valeas: & ſic exiſtimes, vehementius me tua[53] miſeria, quam mea commoueri. Mea Terentia, fidiſſima atque optima vxor, & mea cariſſima filiola, & ſpes reliqua noſtra, Cicero valete. Pridie kalendas Mai[54]. Brundiſio.

39. ſo gut du kanſt. 40. in magno honore. 41. peccatum aliquod noſtrum. 42. nihil ego peccaui. 43. ſimul. 44. vitam quoque. 45. honoribus. 46. conſolor. 47. conſolari. 48. quoniam ob. 49. ſuo. 50. ſuperabit. 51. amicos noſtros. 52. quomodocunque. 53. propter tuam. 54. die xxx. Aprilis.

## V.

## M. T. C. TERENTIAE ET TVLL. SVIS S. P. D.

*Reditum ex prouincia ſignificat: Terentiae diligentiam in ſcribendo laudat: quae fieri velit de Preciana auctione, mandat.*

Situ

Digitized by Google

SI tu & Tullia[1], lux noſtra, valetis, ego & ſuauiſſimus Cicero[2] valemus. Pridie idus Octobres[3] Athenas venimus, cum ſane aduerſis[4] ventis vſi eſſemus[5], tardeque & incommode nauigaſſemus.
2 De naui exeuntibus nobis[6] Acaſtus cum litteris praeſto fuit[7] vno & vigeſimo die, ſane ſtrenue[8]. Accepi tuas litteras: quibus[9] intellexi te vereri, ne ſuperiores[10] mihi redditae non eſſent. Omnes ſunt redditae, diligentiſſimeque a te perſcripta ſunt omnia: idque mihi gratiſſimum fuit.
3 Neque ſum admiratus hanc epiſtolam, quam Acaſtus attulit, breuem fuiſſe: iam enim me ipſum exſpectas, ſiue nos ipſos[11]: qui quidem quamprimum ad vos venire cupimus; etſi, in quam[12] rempub. venimus, intelligo. cognoui enim ex multorum amicorum litteris, quas attulit Acaſtus, ad arma rem[13] ſpectare: vt[14] mihi, cum venero[15], diſſimulare non liceat, quid ſentiam.
4 Sed quum ſubeunda fortuna[16] eſt, eo citius dabimus operam, vt veniamus[17], quo facilius de tota re deliberemus. Tu velim, quod commodo valetudinis tuae fiat, quam longiſſime poteris, obviam nobis prodeas.
5 De hereditate Preciana, quae quidem mihi magno dolori eſt (valde enim illum[18] amaui) hoc velim cures:

V.

1. filia noſtra. 2. filius meus. 3. die xiv. Octobris. 4. contraire Wind. 5. habuiſſemus. 6. cum nos exiremus ex naui. 7. obuiam venit. 8. ille cucurrit. 9. ex quibus. 10. tuae litterae. 11. me & filium. 12. miſeram. 13. omnia parari. 14. vt adeo. 15. Romam. 16. da ichs doch einmal wagen muſs. 17. Romam. 18. Precianum.



Digitized by Google

res: ſi auctio[19] ante meum aduentum fiet, vt Pomponius, aut, ſi is minus poterit[20], Camillus noſtrum negotium curet. Nos cum venerimus[21],
6 reliqua per nos[22] agemus. Sin tu iam Roma[23] profecta eris, tamen curabis, vt hoc ita fiat. nos ſi dii adiuuabunt, circiter idus Nouemb[24]. in Italia ſperamus fore. Vos, mea ſuauiſſima & optatiſſima Terentia & Tulliola, ſi nos amatis, curate, vt valeatis. Athenis ad d. xv. kalend. Nouemb[25].

19. publica venditio huius hereditatis. 20. curare. 21. ad vos. 22. ipſimet. 23. ex vrbe. 24. diem XIII. Nouembr. 25. die XVIII. Octobris.

## VI.

## M. T. C. TERENTIAE SVAE S. P. D.

*Excuſat infrequentiam litterarum: vt ſatisfiat, cui debebat, monet: gratias agi ab ſua, non miratur: Pollicem exſpectat.*

NEc ſaepe eſt[1] cui litteras demus, nec rem habemus vllam, quam ſcribere velimus. Ex tuis litteris, quas proxime accepi, cognoui praedium
2 nullum venire[2] potuiſſe. Quare videas velim, quomodo ſatisfiat ei, cui ſcis me ſatisfieri velle. Quod noſtra[3] tibi gratias agit, id ego non miror te mereri, vt ea tibi merito tuo gratias agere poſſit. Pollicem[4], ſi adhuc non eſt profectus, quamprimum fac extrudas[5]. Cura vt valeas. Idibus Quintil[6].

VII.

VI.

1. eſt apud nos aliquis. 2. vendi. 3. Tulliola fortaſſis. 4. ſeruum meum curſorem. 5. proficiſci iubeas. 6. die XV. Iulii.



Digitized by Google

## VII.

# M. T. C. TERENTIAE SVAE S. P. D.

*Sollicitudinem depoſuiſſe ſignificat cum cauſſa illius. Vt forti animo ſit, & valetudinem curet, hortatur.*

OMnes moleſtias & ſollicitudines, quibus & te
miſerrimam habui[1], id quod mihi moleſtiſſi-
mum eſt, & Tulliolam, quae nobis noſtra vita[2]
dulcior eſt, depoſui & eieci[3]. Quid cauſſae au- 2
tem fuerit, poſtridie intellexi, quam a vobis diſ-
ceſſi. χολὴν ἄκρατον[4] noctu eieci. ſtatim ita ſum
leuatus[5], vt deus mihi aliquis medicinam feciſſe[6]
videatur. Cui quidem tu deo, quemadmodum
ſoles, pie & caſta[7] ſatisfacias[8], id eſt Apollini &
Aeſculapio. Nauem ſpero nos valde bonam ha- 3
bere: in eam ſimulatque conſcendi, haec ſcripſi.
deinde conſcribam ad noſtros familiares multas
epiſtolas, quibus te & Tulliolam noſtram diligen-
tiſſime commendabo. Cohortarer vos, quod 4
animo fortiore eſſetis, niſi vos fortiores cognoſ-
ſem, quam quemquam virum[9]. & tamen eiuſmo-
di ſpero negotia eſſe[10], vt & vos iſtic[11] commo-
diſſime ſperem eſſe, & me aliquando cum ſimili-
bus noſtri remp. defenſuros[12]. Tu primum[13] 5
valetu-

VII.

1. propter quas tu & Tulliola, fuiſtis in miſerrima ſollicitudine. 2. quam noſtra vita. 3. ex animo. 4. bilem puram, die klare Galle. 5. ab hoc morbo meo. 6. dediſſe. 7. religioſe. 8. per preces & ſacrificia, & gratiarum actionem. 9. als wohl mancher Mann. 10. ita eſſe comparata. 11. Romae. 12. & me & ſimiles noſtri defenſuros eſſe. 13. ante omnia.

14. pla-

Digitized by Google

valetudinem tuam velim cures, deinde tibi ſi videbitur[14], villis iis vtere, quae longiſſime aberunt a
6 militibus. Fundo[15] Arpinati bene poteris vti cum familia vrbana[16], ſi annona[17] carior fuerit. Cicero belliſſimus tibi ſalutem plurimam dicit. Vale. D. III. idus Iunii[18].

14. placebit. 15. praedio. 16. noſtra, quam habemus in vrbe. 17. wann allenfalls Theurung einfallen ſollte. 18. die XI. Iunii.

## VIII.

## M. T. C. TERENTIAE S. P. D.

*Hortatur, vt valetudinem curet, & ſi quid noui, pergat ſcribere. Ante Pharſalicam pugnam.*

SI vales, bene eſt; ego quidem[1] valeo. Valetudinem tuam[2] velim cures diligentiſſime. nam mihi & ſcriptum & nuntiatum eſt, te in febrim
2 ſubito[3] incidiſſe. Quod[4] celeriter me feciſti de Caeſaris litteris certiorem[5], feciſti mihi[6] gratum[7]. Item[8] poſthac, ſi quid opus[9] erit, ſi quid acciderit noui[10], facies vt ſciam[11]. Cura vt valeas. Vale. D. IIII. nonas Iunias[12].

IX.

VIII.

1. etiam. 2. ego volo & opto, vt cures tuam ſanitatem. 3. ex improuiſo, vnuermuthet. 4. quoniam, dum. 5. nuntiaſti mihi. 6. in eo. 7. rem gratam. 8. pariter. 9. ſi putas illud neceſſe eſſe. 10. rerum nouarum. 11. illud ſignificabis mihi. 12. die IV. Iunii.



Digitized by Google

IX.

## M. T. C. TERENTIAE S. P. D.

*Significat dolorem ſuum ex Dolabellae generi & Tulliae valetudine. Poſt pugnam Pharſalicam.*

AD ceteras meas miſerias acceſſit dolor & e[1] Dolabellae valetudine, & e[2] Tulliae. omnino de omnibus rebus nec quid conſilii capiam[3], nec quid faciam, ſcio. Tu velim tuam & Tulliae valetudinem cures. Vale.

IX.

1. ob morbum. 2. ob valetudinem aduerſam. 3. capere debeam.

X.

## M.T.C. TERENTIAE SVAE S.P.D.

*Vt cum Attico, ad quem ſcripſerat conſilium ſuum, agat, admonet. Tertio belli anno, Caeſare dictatore II.*

QVid fieri placeret[1], ſcripſi ad Pomponium ſerius, quam oportuit[2]. Cum eo ſi locuta eris, intelliges quid fieri velim. Apertius ſcribi[3], quum ad illum ſcripſeram, neceſſe non fuit. De ea re, & de ceteris rebus quam primum velim nobis litteras mittas. Valetudinem tuam cura diligenter. Vale. VII. idus Quintil[4].

XI. M.

X.

1. mihi. 2. id debuiſſet fieri. 3. a me. 4. die IX. Iulii.



Digitized by Google

## XI.

## M. T. C. TERENTIAE SVAE S. P. D.

*Tulliam ad ſe veniſſe dicit: ſibi autem in animo eſſe filium ad Caeſarem mittere. eodem anno.*

SI vales bene eſt: valeo. Tullia[1] noſtra venit ad me pridie idus[2] Iunii: cuius[3] ſumma virtute & ſingulari humanitate, grauiore[4] etiam ſum dolore adfectus, noſtra factum eſſe negligentia[5], vt longe alia in fortuna eſſet[6], atque[7] eius[8] pietas[9] ac dignitas[10] poſtulabat. Nobis erat in animo[11] Ciceronem[12] ad Caeſarem mittere, & cum eo Cn. Salluſtium. Si profectus erit[13], faciam te certiorem. Valetudinem tuam cura diligenter. Vale. XIV. kalendas Quintil[14].

XI.

1. filia. 2. die XIII. Iunii. 3. Tulliae, propter cuius ſummam virtutem, gute Conduite, Wohlverhalten. 4. grauiorem dolorem ſentio. 5. quod per noſtram negligentiam factum ſit. 6. vt illa nunc viuat in longe deteriore ſtatu. 7. quam quidem. 8. Tulliae. 9. amor & reuerentia erga parentes. 10. generis, & claritas parentum ipſius. 11. ego conſtitueram. 12. filium noſtrum. 13. quando ille iter hoc ſuſceperit. 14. die XVIII. Iunii.

## XII.

## M. T. C. TERENTIAE S. P. D.

*Scripta epiſtola ante ſuperiorem poſt Pharſalicam pugnam, qua gratulationi Terentiae, quod liberatus periculis in Italiam redierit, reſpondet.*

QVod nos in Italiam ſaluos[1] veniſſe gaudes, perpetuo gaudeas velim[2]. Sed perturbati[3] dolo-

XII.

1. feliciter. 2. opto, vt hoc gaudium tuum diuturnum ſeu perpetuum ſit. 3. dum, quoniam nos perturbati ſumus. 4. pro-

Digitized by Google

lolore[4] animi magniſque iniuriis[5], metuo ne id :onſilii[6] ceperimus, quod non facile explicare[7] ɔoſſimus. Quare, quantum potes, adiuua[8]. quid 2 uutem poſſis[9], mihi in mentem non[10] venit. In 'iam quod te des[11] hoc tempore, nihil[12] eſt: & ongum eſt iter, & non tutum: & non video quid ɔrodeſſe[13] poſſis, ſi veneris[14]. Vale. D. pridie ɪonas Nouemb[15]. Brundiſio[16].

4. propter. 5. quas inimici mihi attulerunt. 6. tale onſilium. 7. ad exitum bonum perducere, nach Wunſch inaus führen. 8. me. 9. me iuuare. 10. non opus eſt. 1. vt iter ſuſcipias. 12. fruſtra eſt. 13. me iuuare. 4. ad me. 15. dies IV. Nouemb. 16. quae vrbs eſt Ca. ıbriae.

## XIII.

## M. T. C. TERENTIAE S. P. D.

*'ermittit vxori, vt de nuntio remittendo conſilium capiat ex tempore. Caeſare dictatore iterum.*

QVod ſcripſi ad te proximis[1] litteris de nuntio remittendo[2], quae ſit iſtius[3] vis hoc tempore, t quae concitatio[4] multitudinis[5], ignoro. Si me- 2 ɪendus[6] iratus eſt, quies tamen ab illo fortaſſe aſcetur[7]. Totum iudicabis quale ſit. Et quod in iiſerrimis rebus minime miſerum putabis, id fa- ies. Vale VI. idus Quintil[8].

XIV.

XIII.

1. in litteris proxime datis. 2. de faciendo diuortio. ɪ. Caeſaris. 4. ſeditioſa voluntas. 5. plebis Romanae. ɪ. Caeſar. 7. dabitur, orietur. 8. die x. Iulii.

XIV.

Digitized by Google

## XIV.

## TVLLIVS TERENTIAE, ET PATER TVLLIOLAE, DVABVS ANIMIS SVIS: ET CICERO MATRI OPTIMAE, SVAVISS. SORORI S. P. D.

*Cum Caeſar Rubiconem tranſiſſet, & Pompeius fugiſſet cum ſenatu ex vrbe monet ſuas, vt cum amicis conſultent, maneantne Caeſare aduentante, an diſcedant ex vrbe.*

SI vos valetis, nos valemus. Veſtrum iam conſilium eſt[1], non ſolum meum, quid ſit vobis faciendum, ſi ille[2] Romam modeſte[3] venturus eſt, recte[4] in praeſentia[5] domi eſſe poteſtis: ſin homo amens[6] diripiendam vrbem daturus eſt, vereor vt Dolabella ipſe ſatis nobis prodeſſe poſſit. Etiam illud metuo, ne iam intercludamur[7], vt, cum velitis exire, non liceat.
2 Reliquum eſt, quod ipſae optime conſiderabitis, veſtri ſimiles feminae ſintne Romae. Si enim non ſunt[8], videndum eſt, vt
3 honeſte vos eſſe poſſitis. Quomodo quidem nunc res ſe habet, modo vt haec vobis loca tenere[9] liceat belliſſime[10], vel mecum, vel in noſtris praediis eſſe poteritis. etiam illud verendum eſt, ne breui tempore fames in vrbe ſit. His de rebus velim cum Pomponio, cum Camillo, cum quibus vobis videbitur[11], conſideretis[12]. ad ſummam[13], animo

XIV.

1. vos iam debetis expendere. 2. Caeſar. 3. ſine crudeli animo. 4. ohne Bedencken. 5. iam quidem, hoc tempore. 6. crudelis Caeſar. 7. a fuga impediamur. 8. tales feminae Romae. 9. occupare. 10. tutiſſime. 11. placebit. 12. deliberetis. 13. kurtz.

14. ſuam.

animo forti ſitis. Labienus rem [14] meliorem fe-
cit. Adiuuat [15] etiam Piſo, quod ab vrbe diſcedit,
& ſceleris condemnat generum ſuum. Vos, meae 4
cariſſimae animae, quam ſaepiſſime ad me ſcribi-
te & vos quid agatis, & quid iſtic [16] agatur. Quin-
tus pater, & filius, & Rufus vobis ſalutem dicunt.
Valete. VIII. kalend. Quintil [17]. Minturnis.

14. ſuam. 15. nos. 16. Romae. 17. die VIII. Iulii.

## XV.

## M. T. C. TERENTIAE SVAE S. P. D.

*Conſilium de filio ad Caeſarem mittendo mutatum ſignificat.*

SI vales, bene eſt. Conſtitueramus, vt [1] ad te an-
tea ſcripſeram, obuiam Ciceronem [2] Caeſari
mittere: ſed mutauimus conſilium [3], quia de illius [4]
aduentu nihil audiebamus. De ceteris [5] rebus, etſi 2
nihil [6] erat noui, tamen quid velimus [7], & quid hoc
tempore putemus opus [8] eſſe, ex Sicca poteris
cognoſcere [9]. Tulliam [10] adhuc mecum teneo [11].
Valetudinem tuam cura diligenter. Vale XII. Ka-
lendas Quintil [12].

XVI.

XV.

1. quemadmodum. 2. filium noſtrum. 3. hoc propoſitum noſtrum. 4. Caeſaris. 5. ceterum, quod reliqua attinet. 6. quamuis nihil habebam noui, quod tibi nuntiarem. 7. velim fieri. 8. neceſſarium. 9. intelligere, audire. 10. filiam noſtram. 11. habeo. 12. die XX. Iunii.



Digitized by Google

XVI.

## M.T.C. TERENTIAE SVAE S.P.D.

*De litteris : de Volumnia : de ſuo dolore.*

SI vales, bene eſt: valeo. Etſi eiusmodi [1] tempora noſtra ſunt, vt nihil habeam [2], quod aut a te litterarum exſpectem, aut ipſe ad te ſcribam: tamen neſcio quomodo [3] & ipſe veſtras litteras exſpecto, & ſcribo ad vos cum habeo [4] qui ferat [5].
2 Volumnia debuit [6] in te officioſior eſſe quam fuit: & id ipſum quod fecit, potuit [7] diligentius facere & cautius: quamquam alia ſunt, quae magis curemus, magisque doleamus, quae me ita conficiunt [8], vt ii voluerunt, qui me de mea ſententia detruſerunt. Cura vt valeas. pridie kalend. Ianuar [9].

XVI.

1. in eo ſtatu. 2. vt nullam cauſſam habeam, quamobrem aliquid litterarum a te exſpectem. 3. quam anxie. 4. aliquem. 5. qui perferat illas ad vos. 6. debuiſſet omnino. 7. potuiſſet. 8. vexant, angunt. 9. die xxxi. Decembris.

XVII.

## M.T.C. TERENTIAE SVAE S.D.

*Nihil eſſe ait quod ſcribat. quomodo ipſe ſit, ex Lepta & Trebatio poſſe cognoſci.*

S.V.B.E.V. Si quid haberem, quod ad te ſcriberem, facerem [1] id, & pluribus verbis [2] & ſaepius. Nunc quae ſunt negotia [3], vides. Ego autem quomodo ſim adfectus [4], ex Lepta & Trebatio poteris cognoſcere. Tu fac, vt tuam & Tulliae [5] valetudinem cures. Vale. XVIII.

XVII.

1. illud facturus eſſem. 2. prolixius. 3. quis ſtatus rerum ſit. 4. quantas curas habeam. 5. filiae noſtrae.

XVIII.

Digitized by Google

## XVIII.

# M. T. C. TERENTIAE SVAE, ET PATER SVAVISS. FILIAE TVLLIOLAE, CICERO MATRI ET SORORI S. P. D.

*Eiuſdem argumenti eſt, cuius erat epiſt. XIV, quippe permittit ſuis, quid faciendum videatur, adventante ad vrbem Caeſare.*

COnſiderandum vobis etiam atque etiam, animae meae, diligenter puto, quid faciatis: Romaene ſitis[1], an mecum in aliquo tuto loco. Id non ſolum meum conſilium eſt, ſed etiam veſtrum[2]. Mihi veniunt in mentem haec, Romae 2
vos eſſe tuto poſſe per Dolabellam. eamque rem poſſe nobis adiumento eſſe, ſi quae vis, aut ſi quae rapinae fieri[3] coeperint. Sed rurſus illud me mo- 3
vet, quod video omnes bonos abeſſe Roma[4], & eos mulieres ſuas ſecum habere. Haec autem regio, in qua ego ſum, noſtrorum eſt cum oppidorum, tum etiam praediorum[5]: vt & multum[6] eſſe mecum, & cum abieritis, commode &[7] in noſtris praediis eſſe poſſitis. Mihi non plane ſatis con- 4
ſtat adhuc[8], vtrum[9] ſit melius. Vos videte, quid aliae faciant iſto loco feminae, & ne, cum velitis exire, non liceat. Id velim diligenter etiam atque etiam vobiscum & cum amicis conſideretis. Domus vt propugnacula[10] & praeſidium habeat, Philo-

XVIII.

1. manere velitis. 2. conſilium. 3. a Caeſareanis. 4. ab vrbe. 5. in hac regione ſunt noſtra & oppida & praedia. 6. frequenter. 7. etiam. 8. ego nondum diiudicaui. 9. welches von beyden. 10. defenſores.



Digitized by Google

5 Philotimo dicetis. Et velim tabellarios inſtituatis [11] certos, vt quotidie aliquas a vobis litteras accipiam. Maxime autem date operam, vt valeatis, ſi nos vultis valere. VIII. kal. Formiis.

11. ordinetis.

## XIX.

## M. T. C. TERENTIAE S. D.

*Dolorem ex valetudine filiae, quae cum patre Brundiſii poſt Pharſalicam cladem erat, ſignificat: addit de propioris acceſſus impedimentis.*

IN maximis meis doloribus [1] excruciat [2] me valetudo [3] Tulliae [4] noſtrae, de qua nihil [5] eſt, quod ad te plura [6] ſcribam: tibi enim aeque [7] magnae curae eſſe [8] certo ſcio. Quod [9] me propius [10] vultis accedere [11], video ita eſſe faciendum [12]: etiam [13] ante feciſſem, ſed me multa [14] impedierunt, quae ne nunc quidem expedita ſunt [15]. Sed a Pomponio exſpecto litteras, quas ad me quamprimum perferendas cures velim [16]. Da operam vt valeas.

XX.

XIX.

1. Propter miſeriam & calamitatem reip. 2. valde cruciat. 3. morbus, aegritudo. 4. filiae. 5. non habeo, non opus eſt. 6. prolixius, pluribus verbis. 7. pariter. 8. te non minorem curam habere. 9. quoniam. 10. ad vos, ad vrbem Romam. 11. venire. 12. me oportere ita facere. 13. hoc diu ante, iamdudum. 14. negotis. 15. ſublata, remota. 16. velim, vt eas litteras ad me mittas, quamprimum id fieri poterit.



Digitized by Google

## XX.

## M. T. C. TERENTIAE SVAE S. P. D.

*Recreatus litteris Caeſaris, non dubitat propius accedere. Parari ergo omnia in Tuſculano iubet.*

IN Tuſculanum[1] nos venturos[2] putamus aut nonis[3], aut poſtridie: ibi fac vt ſint omnia parata. Plures enim fortaſſe nobiscum erunt, &, vt arbitror, diutius ibi commorabimur. Labrum[4] ſi in 2
balneo non eſt, fac vt ſit. Item cetera, quae ſunt ad victum & valetudinem neceſſaria. Vale. kal. Octobr[5]. de Venuſino.

XX.

1. praedium meum. 2. eſſe. 3. nonis Octobribus, id eſt. die VII. Octobr. 4. Badwanne. 5. die I. Octobr.

## XXI.

## M. T. C. TERENTIAE SVAE S. D.

*Eiusdem temporis, aut paullo ſuperioris, epiſtolium.*

SI vales bene eſt. valeo. Da operam[1] vt conualeſcas[2]. quod opus erit, vt[3] res, tempusque poſtulat, prouideas[4] atque adminiſtres[5]: & ad me de omnibus rebus[6] quam ſaepiſſime litteras mittas. Vale.

XXII.

XXI.

1. Cura, labora, omni ſtudio contende. 2. valetudinem & ſanitatem priſtinam recuperes. 3. quemadmodum, prout res, ſtatus, conditio rerum id poſtulat. 4. procures. 5. geras, agas. 6. quae aguntur.



Digitized by Google

## XXII.

## M. T. C. TERENTIAE SVAE S. P. D.

*Eiusdem argumenti, cuius fuerat, quae praeceſſit, epiſtola.*

SI vales, bene[1] eſt: valeo. Nos quotidie tabellarios veſtros exſpectamus, qui[2] ſi venerint, fortaſſe erimus certiores[3], quid nobis faciendum ſit. Faciemusque te ſtatim certiorem[4]. Valetudinem tuam cura diligenter. Vale. kal. Septembres[5].

XXII.

1. Ego gaudebo propterea; hoc gratum mihi erit cognitu. 2. tabellarii. 3. ſciemus, poterimus conſtituere. 4. & illud tibi ſtatim indicabimus ſeu nuntiabimus. 5. die 1. Septemb.

## XXIII.

## M. T. C. TERENTIAE SVAE S. P. D.

*Biduo ante eam, quae ſequitur, ſcripta; ſe a Caeſare litteras ſatis liberales accepiſſe nuntiat.*

SI vales, bene eſt: valeo. Redditae mihi tandem ſunt[1] a Caeſare litterae ſatis liberales[2]: & ipſe[3] opinione celerius[4] venturus eſſe dicitur. cui[5] vtrum[6] obuiam procedam, an hic eum exſpectem, cum conſtituero[7], faciam te certiorem[8]. Tabel-

XXIII.

1. Litterae Caeſaris ad me ſcriptae. 2. humanas, officioſas, gar höflich. 3. Caeſar. 4. citius quam putamus. 5. Caeſari. 6. an. 7. quando decreuero, wenn ich mich eines gewiſſen entſchlieſſen werde. 8. illud tibi indicabo.

9. dabam

Digitized by Google

Tabellarios mihi velim quam primum remittas. Valetudinem tuam cura diligenter. Vale. D. pridie idus Sextil 9.

9. dabam vltimo die, vel xxxi. Iulii.

## XXIV.

## M. T. C. TERENTIAE S. P. D.

*De Caeſaris ex Aegypto & Aſia aduentu ſe nihil certi habere ſignificat.*

SI vales, bene eſt: valeo. Nos neque de Caeſaris aduentu [1], neque de litteris, quas Philotinus habere [2] dicitur, quidquam adhuc certi habemus [3]. Si quid erit certi [4], faciam te ſtatim certiorem. Valetudinem tuam fac vt cures. Vale. II. idus ſextiles [5].

M. TVL-

XXIV.

1. Ex Aegypto Romam. 2. apud ſe. 3. audiui. 4. quamprimum vero eas litteras accepero. 5. die XIII. Auguſti.



Digitized by Google

# M. TVLLII CICERONIS EPISTOLARVM AD CONSVLES ET ALIOS LIBER XV.

## I.

### M. TVLLIVS M. F. CICERO PROCOS. S. P. D. COSS. PRAETT. TRIBB. PL. SENATVI.

*De bello Parthico quae cognouerat, ad ſenatum perſcribit ex prouincia.*

SI vos V. B. E. E. Q. V. Etſi non dubie[1] mihi nuntiabatur, Parthos tranſiſſe Euphratem[2] cum omnibus fere ſuis copiis: tamen quod[3] arbitrabar a M. Bibulo proconſule certiora de his rebus ad vos ſcribi poſſe, ſtatuebam mihi non neceſſe eſſe publice ſcribere ea,
2 quae de alterius prouincia nuntiarentur. Poſtea vero quam certiſſimis auctoribus[4], legatis, nuntiis, litteris ſum certior factus; vel quod[5] tanta[6] res erat, vel quod nondum audieramus Bibulum in Syriam veniſſe, vel quia adminiſtratio huius belli mihi cum Bibulo paene eſt communis: quae[7] ad me delata eſſent, ſcribenda ad vos putaui.

Regis

LIBER XV.

I.

1. Per nuntios certos. 2. fluuium. 3. quoniam. 4. hominibus, fide dignis, qui id referebant. 5. quoniam. 6. von der Wichtigkeit. 7. ea quae.

8. Com-

Digitized by Google

Regis Antiochi Commageni[8] legati primi mihi 3
nuntiarunt, Parthorum magnas copias Euphra-
tem tranſire coepiſſe. quo nuntio adlato[9], cum
eſſent nonnulli, qui ei regi minorem fidem haben-
dam putarent; ſtatui, exſpectandum eſſe, ſi quid
certius adferretur. A. d. III. kalend. Octobr[10]. 4
cum exercitum in Ciliciam ducerem in finibus
Lycaoniae & Cappadociae mihi litterae redditae
ſunt a Tarcondimoto[11], qui fideliſſimus ſocius
trans Taurum[12], amiciſſimusque populi Rom. ex-
iſtimatur: Pacorem Orodi, regis Parthorum, fili-
um cum permagno equitatu Parthico tranſiſſe Eu-
phratem, & caſtra poſuiſſe Tybae[13], magnumque
tumultum eſſe in prouincia Syria excitatum. Eo- 5
dem die a Iamblicho, phylarcho[14] Arabum, quem
homines opinantur bene ſentire, amicumque eſſe
reipub. noſtrae, litterae de eisdem rebus mihi red-
ditae ſunt. His rebus adlatis, etſi intelligebam 6
ſocios infirme animatos[15] eſſe, & nouarum rerum
exſpectatione ſuſpenſos[16]: ſperabam tamen eos,
ad quos iam acceſſeram, quique noſtram conſue-
tudinem, integritatemque[17] perſpexerant, ami-
ciores populo Rom. eſſe factos: Ciliciam autem
firmiorem[18] fore, ſi[19] aequitatis noſtrae particeps
facta eſſet. Et ob eam cauſſam, & vt opprime- 7
rentur

8. Commagene, regio ſub Tauro monte ſita. 9. qui nuntius cum eſſet adlatus. 10. die XXIX. Sept. 11. regulo, qui montana Tauri loca poſſidebat. 12. montem. 13. nomen oppidi vel pagi. 14. princeps vnius tribus inter Arabes. 15. incertam fidem habere. 16. & dubios quid facere deberent, cum exſpectarent res nouas. 17. ſinceritatem. 18. conſtantiorem in fide. 19. ſi haec prouincia.



Digitized by Google

rentur ii, qui ex Cilicum gente in armis eſſent, &
vt hoſtis is, qui eſſet in Syria, ſciret, exercitum
populi Rom. non modo non cedere his nuntiis
adlatis, ſed etiam propius accedere; exercitum ad
8 Taurum inſtitui[20] ducere. Sed ſi quid apud vos
auctoritas mea ponderis habet, in iis praeſertim
rebus, quas vos audiſtis, ego[21] paene cerno: ma-
gno opere vos & hortor & moneo, vt his prouin-
ciis ſerius vos quidem, quam decuit, ſed aliquan-
9 do tamen conſulatis. Nos quemadmodum in-
ſtructos, & quibus praeſidiis munitos ad tanti belli
opinionem[22] miſeritis, non eſtis ignari: quod ego
negotium non ſtultitia[23] obcaecatus, ſed vere-
cundia[24] deterritus non recuſaui. neque enim
vnquam vllum periculum tantum putaui, quod
ſubterfugere mallem, quam veſtrae auctoritati
10 obtemperare. Hoc autem tempore res ſeſe ſic
habet, vt niſi exercitum tantum, quantum ad ma-
ximum bellum mittere ſoletis, mature[25] in has
prouincias miſeritis, ſummum periculum ſit, ne
amittendae ſint omnes hae prouinciae, quibus ve-
11 ctigalia populi Rom. continentur[26]. Quamob-
rem autem in hoc prouinciali dilectu[27] ſpem ha-
beatis aliquam, cauſſa nulla eſt: neque[28] multi
ſunt, & diffugiunt, qui ſunt[29], metu oblato[30]. Et,
quod genus hoc militum ſit, iudicauit vir fortiſ-
ſimus

20. coepi. 21. & quas ego. 22. quod bellum putabatur magnum fore. 23. per ſtultitiam animi. 24. pudore. 25. cito. 26. in quibus ſunt optima vectigalis populi R. 27. in den Land-Ausſchuſs. 28. hi delectus. 29. ſi aliqui imo ſunt. 30. quamprimum metus aliquis iis offertur.

Digitized by Google

31. im-

ſimus M. Bibulus in Aſia: qui, cum vos ei permiſiſtis dilectum habere noluerit. Nam ſociorum 12
auxilia propter acerbitatem atque iniurias imperii noſtri[31], aut ita imbecilla ſunt, vt non multum nos iuuare poſſint, aut ita alienata[32] a nobis, vt neque exſpectandum ab iis, neque committendum[33] iis quidquam eſſe videatur. Regis Deio- 13
tari & voluntatem & copias quantaecunque ſunt, noſtras eſſe duco[34]. Cappadocia eſt inanis. reliqui reges tyrannique[35] neqne opibus ſatis firmi, nec voluntate[36] ſunt. Mihi in hac paucitate mi- 14
litum certe animus[37] non deerit: ſpero ne conſilium quidem[38]. Quid caſurum ſit[39], incertum eſt. Vtinam ſaluti noſtrae conſulere poſſimus: dignitati[40] certe conſulemus.

31. imperatorum noſtrorum. 32. inimica. 33. credendum. 34. arbitror fore in noſtra poteſtate. 35. dynaſtae, principes. 36. nec ſatis bonam voluntatem nos iuuandi habent. 37. hoſtibus reſiſtendi. 38. defore mihi. 39. wie es nun ferner ergehen werde. 40. noſtrae.

## II.

## M. TVLLIVS M. F. CICERO PROCOS. S. P. D. COSS. PRAETT. TRIBB. PL. SENAT.

*Exponit, audito Parthorum aduentu, quid egerit pro tuenda prouincia, ſociisque in fide continendis: adiungit de rege Ariobarzane ab inſidiis liberato.*

SI V. V. B. E. E. Q. V. Cum pridie kalend. Sextil[1]. in prouinciam[2] veniſſem, neque maturius[3] propter

II.

1. die xxxi. Iulii. 2. Phrygiam. 3. citius.

4. vt

Digitized by Google

propter itinerum & nauigationum difficultatem
venire potuiſſem: maxime conuenire officio meo,
reique conducere putaui, parare [4] ea, quae ad ex-
ercitum, quaeque ad rem militarem pertinerent.
2 Quae cum eſſent a me, cura [5] magis & diligentia,
quam facultate & copia, conſtituta, nuntiique &
litterae de bello a Parthis in prouinciam Syriam
illato quotidie fere adferrentur: iter mihi facien-
dum [6] per Lycaoniam, & per Iſauros, & per Cap-
3 padociam arbitratus ſum. Erat enim magna ſuſ-
picio, Parthos, ſi ex Syria egredi atque irrumpere
in eam prouinciam conarentur, iter eos per Cap-
padociam, quod ea maxime pateret [7], eſſe factu-
4 ros. Itaque cum exercitu per Cappadociae par-
tem eam, quae cum Cilicia continens [8] eſt, iter feci:
caſtraque ad Cybiſtra, quod oppidum eſt ad mon-
tem Taurum, locaui [9]: vt Artuaades rex Arme-
nius, quocunque animo eſſet, ſciret, non procul
a ſuis finibus exercitum populi R. eſſe: & [10] Deio-
tarum, fideliſſimum regem atque amiciſſimum rei-
publicae noſtrae, maxime coniunctum haberem,
cuius & conſilio & opibus adiuuari poſſet respu-
5 blica. Quo cum in loco caſtra haberem, equi-
tatumque in Ciliciam miſiſſem, vt & meus aduen-
tus iis ciuitatibus, quae in ea parte eſſent, nuntiatus,
firmiores [11] animos omnium faceret, & ego ma-
ture, quid ageretur in Syria, ſcire poſſem: tempus
eius tridui, quod in his caſtris morabar, in magno
officio

4. vt pararem. 5. per curam meam ſingularem. 6. eſſe. 7. hoſtibus liberum aditum daret. 8. quae confinis eſt Ciliciae. 9. poſui. 10. & vt. 11. in fide erga nos.

12. tranſi.

Digitized by Google

officio & neceſſario mihi ponendum[12] putaui. Cum enim veſtra auctoritas interceſſiſſet[13], vt ego 6
regem Ariobarzanem, Euſeben & Philoromaeum, tuerer, eiusque regis ſalutem, incolumitatem, regnumque defenderem, regi regnoque praeſidio eſſem: adiunxiſſetisque, ſalutem eius regis populo ſenatuique magnae curae eſſe. quod nullo vnquam de rege decretum eſſet a noſtro[14] ordine: exiſtimaui me iudicium veſtrum ad regem deferre debere[15], eique praeſidium meum, & fidem & diligentiam polliceri: vt, quum ſalus ipſius, incolumitas[16] regni mihi commendata eſſet a vobis, diceret, ſi quid vellet[17]. Quae cum eſſem in con- 7
ſilio[18] meo cum rege locutus, initio ille orationis ſuae vobis maximas, vt debuit, deinde etiam mihi gratias egit: quod ei permagnum & perhonorificum videbatur, S. P. Q. R[19]. tantae curae eſſe ſalutem ſuam: meque tantam diligentiam adhibere, vt & mea fides, & commendationis veſtrae auctoritas perſpici poſſet. Atque ille primo, quod mi- 8
hi maximae laetitiae fuit, ita mecum locutus eſt, vt nullas inſidias neque vitae ſuae, neque regno diceret, ſe aut intelligere fieri, aut etiam ſuſpicari[20]. Cum ei ego gratulatus eſſem, idque[21] me gaudere 9
dixiſſem, cohortatus[22] vt recordaretur caſum il-
lum

12. tranſigendum eſſe. 13. effeciſſet, iuſſiſſet. 14. Senatorio. 15. indicare huic regi. 16. &. 17. a me, in quo poſſem ipſum iuuare. 18. im Kriegs-Rath. 19. Senatui Populo Que Romano. 20. vt diceret, neque ſe intelligere aut ſuſpicari, quod inſidiae fierent vitae ſuae aut regno. 21. & ideo. 22. & ego illum cohortatus eſſem.



Digitized by Google

lum interitus paterni[23], & vigilanter ſe tueretur,
atque admonitu ſenatus conſuleret ſaluti ſuae: tum
10 a me diſceſſit in oppidum Cybiſtra. Poſtero au-
tem die, cum Ariarathe fratre ſuo, & cum pater-
nis[24] amicis maioribus natu ad me in caſtra venit,
perturbatusque & flens, cum idem & frater face-
ret, & amici, meam fidem & veſtram commenda-
11 tionem implorare coepit. Cum admirarer, quid
accidiſſet[25] noui; dixit, ad ſe indicia manifeſtarum
inſidiarum eſſe delata, quae eſſent ante aduentum
meum occultata, quod[26] ii, qui ea[27] patefacere
poſſent, propter metum reticuiſſent. eo autem
tempore, ſpe mei praeſidii[28], complures ea, quae
12 ſcirent, audacter ad ſe detuliſſe: in his amantiſſi-
mum ſui, ſumma pietate[29] praeditum, fratrem, di-
cere ea, quae is me quoque audiente dicebat, ſe
ſollicitatum eſſe[30], vt regnare vellet: id viuo fra-
tre ſuo accidere non potuiſſe: ſe tamen ante illud
tempus eam rem nunquam in medium propter
13 periculi metum protuliſſe[31]. Quae cum eſſet lo-
cutus, monui regem, vt omnem diligentiam ad ſe
conſeruandum adhiberet: amicosque[32] patris
eius, fide atque iudicio probatos[33], hortatus ſum,
regis ſui vitam, docti[34] caſu acerbiſſimo patris
14 eius, omni cura cuſtodiaque defenderent. Cum
rex a me equitatum cohorteſque de exercitu meo
poſtu-

23. quo Pater ipſius Ariobarzanes maior a Romanis pulſus, & inſidiis ſuorum occiſus eſſet. 24. patris ſui. 25. was ſich neues begeben hätte. 26. quoniam. 27. eas inſidias. 28. cum ſpem poſuiſſent in meo praeſidio. 29. amore fraterno. 30. inſtigatum eſſe ab aliis. 31. indicaſſe. 32. conſiliarios. 33. quorum fides atque iudicium perſpectum eſſet. 34. cum edocti eſſent.

35. iuxta

Digitized by Google

poſtularet, etſi intelligebam veſtro[35] ſenatuscon-
ſulto non modo poſſe me id facere, ſed etiam de-
bere: tamen cum reſpub. poſtularet, propter quo-
tidianos ex Syria nuntios, vt quamprimum exer-
citum ad Ciliciae fines adducerem: cumque mihi
rex, pateſactis iam inſidiis, non egere exercitu po-
puli Romani, ſed poſſe ſe ſuis opibus[36] defendere,
videretur: illum cohortatus ſum, vt in ſua vita 15
conſeruanda primum regnare[37] diſceret: a quibus
perſpexiſſet ſibi inſidias paratas, in eos vteretur
iure regio: poena adficeret eos, quos neceſſe eſ-
ſet; reliquos metu liberaret: praeſidio exercitus
mei ad eorum, qui in culpa eſſent, timorem potius,
quam ad contentionem[38] vteretur: fore autem, vt
omnes, quum ſenatusconſultum noſſent, intelli-
gerent, me regi, ſi opus eſſet, ex auctoritate veſtra
praeſidio eſſe futurum. Ita confirmato illo[39], ex 16
eo loco caſtra moui, iter in Ciliciam facere inſti-
tui: cum hac[40] opinione e Cappadocia diſcede-
rem, vt conſilio veſtro[41], caſu incredibili ac paene
diuino[42] regem, quem vos honorificentiſſime ap-
pellaſſetis nullo poſtulante[43], quemque meae fidei
commendaſſetis, & cujus ſalutem magnae vobis
curae eſſe decreuiſſetis, meus aduentus praeſen-
tibus[44] inſidiis liberaret. Quod ad vos a me ſcri- 17
bi non alienum[45] putaui, vt intelligeretis ex iis,
quae

35. iuxta veſtrum. 36. militibus. 37. prudentiam regnandi. 38. pugnant. 39. itaque cum illum hoc modo conſolatus eſſem. 40. in hac. 41. ex iuſſu & commendatione veſtra. 42. periculo prope fatali, quod effugi non poſſet. 43. cum tamen nemo id poſtularet. 44. a praeſentibus & certiſſimis. 45. ab officio meo, non inopportunum.

46. &

Digitized by Google

quae paene acciderunt, vos multo ante, ne ea acciderent, prouidiſſe: eoque vos ſtudioſius[46] feci certiores, quod in rege Ariobarzane ea mihi ſigna videor virtutis, ingenii, fidei, beneuolentiaeque erga vos perſpexiſſe, vt non ſine cauſſa tantam curam in eius vos ſalutem diligentiamque videamini contuliſſe.

46. & eo ſtudioſius.

## IIII.

## M. CICERO M. CATONI S. D.

*De rumore belli Parthici ſcribit, & quare publice non ſcripſerit, excuſat.*

CVm ad me legati miſſi ab Antiocho Commageno veniſſent in caſtra ad Iconium[1] ad d. III. nonas Septembres[2]: iique mihi nuntiaſſent, regis Parthorum filium, quo cum eſſet nupta regis Armeniorum ſoror, ad Euphratem cum maximis Parthorum copiis, multarumque praeterea gentium magna manu[3] veniſſe, Euphratemque iam tranſire coepiſſe, dicique, Armenium regem in Cappadociam impetum[4] eſſe facturum: putaui pro noſtra neceſſitudine[5] me hoc ad te ſcribere
2 oportere. Publice[6] propter duas cauſſas nihil ſcripſi: quod[7] & ipſum Commagenum legati dicebant ad ſenatum ſtatim nuntios, litteraſque miſiſſe: & exiſtimabam M. Bibulum, proconſulem, qui circiter idus Sextil[8]. ab Epheſo in Syriam na-

vibus

IIII.

1. Lycaoniae oppidum. 2. die III. Non. 3. multitudine, exercitu. 4. irruptionem. 5. amicitia. 6. ad Senatum & Populum R. 7. quoniam. 8. diem XV. Augusti. 9. dum

Digitized by Google

vibus profectus erat, quod[9] ſecundos[10] ventos habuiſſet, iam in prouinciam ſuam perueniſſe: cuius litteris[11] omnia certiora perlatum iri ad ſenatum putabam.
Mihi, vt in huiuſmodi re, tan- 3
toque bello maxime curae eſt, vt, quae copiis & opibus tenere[12] vix poſſumus, ea manſuetudine & continentia noſtra, ſociorum fidelitate teneamus. Tu velim, vt conſueſti, nos abſentes diligas & defendas.

9. dum. 10. guten Wind. 11. per cuius litteras. 12. retinere in officio.

## IV.

## M. T. C. IMP. M. CATONI S. D.

*Res, a ſe in prouincia geſtas, narrat ordine, & vt in ſenatu ſupplicationes ſibi decernat, petit.*

SVmma tua auctoritas fecit, meumque perpetuum de tua ſingulari virtute iudicium, vt magni mea intereſſe putarem, & [1] res eas, quas geſſiſſem, tibi notas eſſe, & non ignorari a te[2] qua aequitate & continentia[3] tuerer ſocios, prouinciamque adminiſtrarem. His enim a te cognitis[4] arbitrabar
facilius me tibi, quae vellem, probaturum[5]. Cum in 2
prouinciam pridie kal. Sextil[6]. veniſſem, & propter anni tempus ad exercitum mihi confeſtim eſſe eundum viderem, biduum Laodiceae[7] fui deinde Apameae[8] quatriduum, triduum Synnadis[9], totidem

IV.

1. & vt illae res tibi notae eſſent. 2. & tu ſcire etiam poſſes. 3. modeſtia, moderatione. 4. ſi enim vel tu ſolus cognouiſſes haec. 5. angenehm vnd gefällig machen. 6. die xxxi. Iulii. 7. 8. 9. nobiles vrbes Phrygiae.



Digitized by Google

totidem dies Philomeli[10]: quibus in oppidis cum
magni conuentus[11] fuiſſent, multas ciuitates acer-
biſſimis tributis, & grauiſſimis vſuris[12], & falſo ae-
3 re alieno[13] liberaui. Cumque ante aduentum
meum ſeditione quadam exercitus eſſet diſſipatus,
quinque cohortes ſine legato[14], ſine tribuno mili-
tum, denique etiam ſine centurione vllo apud Phi-
lomelum conſediſſent, reliquus[15] exercitus eſſet
in Lycaonia; M. Annelo legato[16] imperaui, vt
eas quinque cohortes ad reliquum exercitum du-
ceret, coactoque in vnum locum exercitu[17], ca-
4 ſtra in Lycaonia apud Iconium faceret. Quod
cum ab illo diligenter eſſet actum, ego in caſtra ad
d. VII. kalend Septemb[18]. inueni: cum interea ſu-
perioribus diebus ex ſenatusconſulto, & euoca-
torum[19] firmam manum, & equitatum ſatis ido-
neum, & populorum liberorum regumque ſocio-
5 rum auxilia voluntaria comparauiſſem. Interim
cum, exercitu luſtrato[20], iter in Ciliciam facere
coepiſſem, kal. Septemb. legati a rege Commage-
no ad me miſſi, pertumultuoſe[21], neque tamen
non vere[22], Parthos in Syriam tranſiſſe nuntiaue-
6 runt. Quo audito, vehementer ſum commotus[23],
cum de Syria, tum de mea prouincia, de reliqua
denique Aſia. Itaque exercitum mihi ducendum[24]
per

10. Philomelium, vrbs Phrygiae. 11. Conferentzen. 12. Zinſen von Capitalien. 13. Schulden. 14. apud quas nullus erat legatus Imperatoris. 15. & cum. 16. meo. 17. & cum exercitus ductus eſſet in vnum locum. 18. die XXVI. Auguſti. 19. quinam fuerint euocati, id ſupra L. III. Ep. VI. §. 12. oſtendimus. 20. nachdem die Armee die Muſterung paſſirt war. 21. mit groſſen Vngeſtüm. 22. & tamen ſimul vere. 23. perturbatus. 24. eſſe. 25. con-

Digitized by Google

per Cappadociae regionem eam, quae Ciliciam attingeret, putaui. Nam ſi me in Ciliciam demiſiſ- 7
ſem[25], Ciliciam quidem ipſam propter montis Amani naturam facile tenuiſſem[26]: (duo ſunt enim aditus in Ciliciam ex Syria: quorum vterque paruis praeſidiis propter anguſtias intercludi poteſt, nec eſt quidquam Cilicia contra Syriam munitius[27]:) ſed me Cappadocia mouebat: quae patet a Syria[28], regesque habet finitimos: qui etiamſi ſunt amici nobis, tamen aperte Parthis inimici eſſe non audent. Itaque in Cappadocia ex- 8
trema non longe a Tauro apud oppidum Cybiſtra caſtra feci: vt & Ciliciam tuerer, & Cappadociam tenens noua finitimorum conſilia impedirem. In- 9
terea in hoc tanto motu, tantaque exſpectatione maximi belli, rex Deiotarus[29], cui non ſine cauſſa plurimum ſemper & meo & tuo & ſenatus iudicio tributum eſt[30], vir cum[31] beneuolentia & fide erga populum R. ſingulari, tum praeſentia, magnitudine & animi & conſilii, legatos ad me miſit, ſe cum omnibus ſuis copiis in mea caſtra eſſe venturum. cuius ego ſtudio[32] officioque commotus, egi ei per litteras gratias: idque vt maturaret[33], hortatus ſum. Cum autem ad Cybiſtra, propter 10
rationem belli, quinque dies eſſem commoratus, regem Ariobarzanem, cuius ſalutem a ſenatu, te aucto-

25. contuliſſem penitus in Ciliciam interiorem. 26. tueri potuiſſem. 27. Cilicia enim contra Syriam eſt munitiſſima. 28. welches Land von der Seite gegen Syrien gantz offen ſtehet. 29. antea tetrarcha Galatiae, deinde a populo Romano Rex appellatus, & Armenia minore auctus. 30. qui honoratus eſt. 31. ſo wohl. 32. fauore erga nos. 33. ad me venire.



Digitized by Google

auctore[34], commendatam habebam, praeſentibus inſidiis[35] nec opinantem[36] liberaui: neque ſolum ei ſaluti fui[37], ſed etiam curaui, vt cum auctoritate
11 regnaret. Metram, & eum, quem tu diligenter mihi commendaras, Athenaeum, importunitate[38] Athenaidis exſilio multatos, maxima apud re-
12 gem auctoritate gratiaque conſtitui. Cumque magnum bellum in Cappadocia concitaretur, ſi ſacerdos[39] armis ſe, quod facturus putabatur, defenderet, adoleſcens[40] & equitatu & peditatu & pecunia paratus, & omnino iis[41], qui nouari[42] aliquid volebant; perfeci, vt e regno ille diſcederet, rexque ſine tumultu ac ſine armis, omni auctoritate aulae communita[43], regnum cum digni-
13 tate obtineret. Interea cognoui multorum litteris atque nuntiis, magnas Parthorum copias & Arabum ad oppidum Antiocheam acceſſiſſe, magnumque eorum equitatum, qui in Ciliciam tranſiſſet, ab equitum meorum turmis, & a cohorte praetoria[44], quae erat Epiphaneae[45] prae-
14 ſidii cauſſa, occidione occiſum[46]. Quare cum viderem, a Cappadocia Parthorum copias auerſas[47], non longe a finibus eſſe Ciliciae: quam potui, maximis itineribus[48] ad Amanum[49] exercitum

34. ſuaſore. 35. ab inſidiis. 36. cum ille non putaret hoc fore. 37. eum conſeruaui. 38. per tyrannidem. 39. ſacerdos Commagenorum, potens & ſecundus a rege. 40. qui ſacerdos eſt adoleſcens. 41. paratus ad auxilium. 42. res nouas, rebellionem, moliri. 43. cum omnis auctoritas aulae regis communita eſſet. 44. von der Leib-Compagnie. 45. Ciliciae vrbe. 46. plane deletum eſſe. 47. eſſe, recepiſſe. 48. mit ſtarcken Tag-Reiſen oder Marches. 49. montem.



Digitized by Google

itum duxi. Quo[50] vt veni, hoſtem ab Antio- 15
hea receſſiſſe, Bibulum Antiocheae eſſe cogno-
i: Deiotarumque confeſtim iam ad me venien-
:m cum magno & firmo equitatu & peditatu, &
um omnibus ſuis copiis, certiorem feci, non vi-
eri eſſe cauſſam, cur abeſſet a regno[51]: meque
d eum, ſi quid forte noui accidiſſet, ſtatim litte-
as nuntiosque miſſurum eſſe. Cumque eo animo 16
eniſſem, vt vtrique prouinciae, ſi ita tempus fer-
et, ſubuenirem: tamen id, quod iam ante con-
itueram, vehementer intereſſe vtriusque pro-
inciae[52], pacare Amanum, & perpetuum ho-
em ex eo monte tollere, agere perrexi. Cum- 17
ue me diſcedere ab eo monte ſimulaſſem, & alias
artes Ciliciae petere[53], abeſſemque ab Amano
er vnius diei, & caſtra apud Epiphaneam feciſ-
em, ad d. quartum Idus Octobres[54], cum adue-
eraſceret, expedito[55] exercitu ita noctu iter fe-
i, vt ad d. III. idus Octobres[56], cum luciſceret[57],
Amanum adſcenderem, diſtributisque cohor-
bus & auxiliis, cum[58] aliis Quintus frater[59], le-
atus, mecum ſimul, aliis C. Pontinius legatus, re-
quis M. Anneius & L. Tulleius legati praeeſſent:
leros que nec opinantes oppreſſimus, qui occiſi,
aptique ſunt interclusi fuga[60]. Eranam autem, 18
uae fuit non vici[61] inſtar, ſed vrbis, quod erat
Amani

50. ad quem montem. 51. non videri mihi neceſſe, :ipſe abeſſe velit a regno ſuo. 52. beyden Prouinzien äre hieran ein groſſes gelegen. 53. proficiſci velle. 4. die XII. Octobr. 55. cum parato. 56. die XIII. ctobr. 57. ſo bald es anfieng Tag zu werden. 58. cum ater praeeſſet aliis copiis. 59. meus. 60. cum auſu- re non poſſent. 61. oppiduli.

 62. pri-

Digitized by Google

Amani caput[62], itemque Sepyram & Commo-
rim[63], acriter & diu repugnantibus[64], Pontinio il-
lam partem Amani tenente, ex antelucano tempo-
re vsque ad horam diei decimam, magna multitu-
dine hoſtium occiſa, cepimus, caſtellaque ſex ca-
19 pta, complura incendimus. His rebus ita geſtis,
caſtra in radicibus[65] Amani habuimus[66] apud aras
Alexandri[67] quatriduum: & in reliquiis Amani
delendis agrisque vaſtandis, quae pars eius montis
meae prouinciae eſt, id tempus omne conſumſi-
20 mus. Confectis his rebus ad oppidum Eleuthero-
cilicum Pindeniſſum exercitum adduxi: quod cum
eſſet altiſſimo & munitiſſimo loco, ab iisque inco-
leretur, qui ne regibus quidem vnquam paruiſſent,
cum & fugitiuos reciperent: & Parthorum aduen-
tum acerrime[68] exſpectarent: ad exiſtimationem
imperii pertinere arbitratus ſum[69], comprimere
eorum audaciam, quo facilius etiam ceterorum a-
nimi, qui alieni eſſent ab imperio noſtro[70], frange-
21 rentur[71]. Vallo & foſſa circumdedi[72], ſex caſtellis,
caſtrisque maximis ſepſi, aggere, vineis[73], turribus
oppugnaui: vſusque tormentis[74] multis, multis ſa-
gittariis, magno labore meo, ſine vlla moleſtia,
ſumtuue ſociorum, ſeptimo & quinquageſimo die
rem

62. primaria vrbs. - 63. nomina oppidorum montis Amani. 64. cum ciues acriter & diu nobis reſiſterent. 65. vnten am Fuſs des Bergs. 66. poſuimus. 67. quas Alexander in memoriam ac monumentum victoriae poſuit, de quibus Curtius III, 12, 27. videndus eſt. 68. vehementer. 69. putaui, quod id pertineret ad honorem imperii noſtri. 70. qui dubiam fidem haberent erga noſtrum imperium. 71. debilitarentur. 72. vrbem. 73. Sturmdächer. - 74. Machinen.

75. dis-

Digitized by Google

ſem confeci: vt omnibus partibus vrbis diſturba-
tis[75], aut incenſis, compulſi[76] in poteſtatem meam
peruenirent. His erant finitimi pari ſcelere & 22
audacia Tibareni; ab his, Pindeniſſo capto[77],
obſides accepi. exercitum in hiberna dimiſi, Q.
fratrem negotio praepoſui, vt vicis[78] aut captis
aut male pacatis[79] exercitus collocaretur. Nunc 23
velim tibi ſic perſuadeas, ſi de his rebus ad ſena-
tum relatum ſit, me exiſtimaturum, ſummam
mihi laudem tributam[80], ſi tu honorem meum
ſententia tua[81] comprobaris. Idque, etſi tali-
bus de rebus grauiſſimos homines & rogare ſole-
re & rogari ſcio; tamen admonendum[82] potius te
a me, quam rogandum puto. Tu es enim is, qui 24
me tuis ſententiis[83] ſaepiſſime ornaſti[84]: qui ora-
tione, qui praedicatione, qui ſummis laudibus in
ſenatu, in concionibus[85] ad caelum extuliſti: cuius 25
ego ſemper tanta eſſe verborum pondera[86] puta-
vi, vt vno verbo tuo cum mea laude coniuncto,
omnia conſequi me arbitrarer. Te denique me- 26
mini, cum cuidam clariſſimo atque optimo viro
ſupplicationem[87] non decerneres, dicere, te de-
creturum[88], ſi referretur[89] ob eas res, quas is con-
ſul in vrbe geſſiſſet. Tu idem mihi ſupplicatio-
nem

75. disiectis, übern Hauffen geworffen. 76. incolae oppugnati. 77. poſtquam Pindeniſſum captum erat. 78. in oppidis. 79. qui ſeditioſi viderentur. 80. eſſe. 81. per tuam. 82. eſſe. 83. per tuas. 84. honoraſti. 85. in ſermonibus tuis ad populum. 86. Nachdruck. 87. publicam gratiarum actionem, ein ſolennes Danckfeſt. 88. eſſe hanc ſupplicationem. 89. ad Senatum.



Digitized by Google

nem decreuiſti togato[90], non, vt multis[91], repub. bene geſta, ſed, vt nemini[92], repub. conſeruata.
27 Mitto[93], quod inuidiam, quod pericula, quod omnes meas tempeſtates[94] & ſubieris, & multo etiam magis, ſi per me licuiſſet, ſubire paratiſſimus fueris: quod denique inimicum meum[95], tuum inimicum putaris: cuius etiam interitum, vt facile intelligerem, mihi quantum tribueres, Milonis
28 cauſſa in ſenatu defendenda[96] approbaris. A me autem haec ſunt profecta[97], quae ego in beneficii loco non pono, ſed in veri teſtimonii atque iudicii: non vt praeſtantiſſimas tuas virtutes tacitus admirarer (quis enim idem non facit?) ſed[98] in omnibus orationibus, ſententiis dicendis, cauſſis agendis, omnibus ſcriptis, Graecis, Latinis, omni denique varietate litterarum mearum, te non modo iis[99], quos vidiſſemus[100], ſed iis, de quibus audiſ-
29 ſemus, omnibus anteferrem. Quaeres fortaſſe, quid ſit, quod ego neſcio quid gratulationis & honoris a ſenatu tanti aeſtimem[1]. Agam iam tecum familiariter, vt eſt & officiis noſtris mutuis & ſumma amicitia dignum, & [2] neceſſitudine etiam pa-
30 terna. Si quiſquam fuit vnquam remotus & na-
tura[3]

90. ciuili viro, nondum militi aut imperatori, quod antea inauditum erat. 91. hic honor contigit. 92. contigit ante me, dum ego remp. conſeruaueram a coniuratione Catilinae. 93. omitto hoc. 94. calamitates. 95. P. Clodium. 96. dum ego eam defendi in Senatu. 97. prouenerunt. 98. ſed vt te omnibus anteferrem. 99. hominibus. 100. cognouiſſemus. 1. quid ſit illa gratulatio & neſcio quis honor a Senatu mihi tribuendus, quem ego tanti aeſtimem. 2. & vt dignum eſt.

Digitized by Google

tura[3] & magis[4] etiam, vt mihi quidem ſentire vi-
deor, ratione atque doctrina[5] ab inani laude &
ſermonibus vulgi, ego profecto is ſum. Teſtis eſt 31
conſulatus meus, in quo, ſicut in reliqua vita, fa-
teor ea me ſtudioſe ſecutum[6], ex quibus vera glo-
ria naſci poſſet. Ipſam quidem gloriam per ſe
nunquam putaui expetendam[7]. Itaque & pro-
vinciam ornatam[8], & ſpem non dubiam triumphi
neglexi. Sacerdotium[9] denique, cum (quemad- 32
modum te exiſtimare arbitror) non difficillime
conſequi poſſem, non appetiui. Idem[10] poſt in-
iuriam acceptam[11], quam tu reipub. calamitatem
ſemper appellas, meam non modo non calamita-
tem, ſed etiam gloriam ſtudui, quam ornatiſſima
ſenatus populique R. de me iudicia intercedere[12]. 33
Itaque & augur poſtea fieri volui, quod antea ne-
glexeram: & eum honorem, qui a ſenatu tribui
rebus bellicis ſolet, neglectum a me olim, nunc mi-
hi expetendum[13] puto. Huic meae voluntati, in 34
qua ineſt aliqua vis deſiderii ad ſanandum vulnus
iniuriae[14], vt faueas, adiutorque ſis, quod paullo
ante me negaram rogaturum[15], vehementer te ro-
go. Sed ita, ſi non ieiunum[16] hoc neſcio quid, 35
quod ego geſſi, & contemnendum videbitur: ſed[17]
tale, atque tantum, vt multi nequaquam paribus
rebus

3. a natura. 4. adhuc amplius. 5. propter ſanam rationem & philoſophiam. 6. eſſe. 7. eſſe. 8. mihi honorificam. 9. auguratum. 10. ego quoque. 11. poſt exilium meum. 12. vt quam optima iudicia de me fierent. 13. eſſe. 14. ad ſanandum dolorem, quem accepi per meum iniuſtum exilium. 15. quod paullo ante dixeram me non rogaturum eſſe. 16. inane, exiguum. 17. ſed ſi illud ita comparatum ac tam ingens videbitur.



Digitized by Google

rebus honores ſummos a ſenatu conſecuti ſint.

36 Equidem etiam mihi illud animum aduertiſſe [18] videor (ſcis enim quam attente te audire ſoleam) non tam res geſtas, quam mores, inſtituta, atque vitam imperatorum ſpectare ſolere in habendis [19] aut

37 non habendis honoribus. Quod ſi in mea cauſſa conſiderabis, reperies, me exercitu imbecillo contra metum maximi belli, firmiſſimum praeſi-

38 dium habuiſſe, aequitatem & continentiam [20]. His ego ſubſidiis [21] ea ſum conſecutus, quae nullis legionibus [22] conſequi potuiſſem: vt ex alieniſſimis [23] ſociis amiciſſimos, ex infideliſſimis firmiſſimos [24] redderem: animosque nouarum rerum exſpectatione ſuſpenſos [25], ad veteris imperii beneuolen-

39 tiam traducerem [26]. Sed nimis haec multa de me, praeſertim ad te, a quo vno omnium ſociorum querelae audiuntur, cognoſces ex iis, qui meis in-

40 ſtitutis ſe recreatos putant [27]. Cumque omnes vno prope conſenſu de me apud te ea, quae mihi optatiſſima ſunt, praedicabunt; tum duae maximae clientelae [28] tuae, Cyprus inſula & Cappadociae regnum tecum de me loquentur. Puto etiam regem Deiotarum [29], qui vni tibi eſt maxime neceſ-

41 ſarius [30]. Quae ſi etiam maiora ſunt, & in omnibus ſeculis pauciores viri reperti ſunt, qui ſuas cu-

pidita-

18. obſeruaſſe. 19. tribuendis. 20. moderationem. 21. per ſubſidia harum virtutum. 22. per nullas legiones. 23. infideliſſimis. 24. conſtantiſſimos. 25. dubios, die da nur laureten. 26. commouerem. 27. qui putant, ſe recreatos eſſe per meam virtutem & bonos mores. 28. prouinciae, quae ſunt in clientela tua, Protection. 29. locuturum eſſe de me. 30. coniunctus.

Digitized by Google

31. Af-

piditates[31], quam qui hoſtium copias vincerent; eſt profecto tuum[32], cum ad res bellicas haec, quae rariora & difficiliora ſunt, genera virtutis adiunxeris, ipſas etiam illas res geſtas iuſtiores eſſe & maiores putare. Extremum illud eſt, vt, quaſi dif- 42
fidens rogationi meae, philoſophiam ad te adlegem[33]: qua[34] nec mihi carior vlla vnquam res in vita fuit, nec hominum[35] generi maius a diis munus[36] vllum eſt datum. Haec igitur, quae mihi 43
tecum communis eſt ſocietas ſtudiorum atque artium[37] noſtrarum, quibus a pueritia dediti ac devincti, ſoli[38] propemodum philoſophiam illam veram & antiquam, quae quibusdam otii eſſe ac deſidiae videtur[39], in forum atque in rempub. atque in ipſam aciem[40] paene deduximus, tecum agit de mea laude, cui negari a Catone fas eſſe non puto[41]. Quamobrem ſic tibi perſuadeas velim: ſi 44
mihi tua ſententia[42] tributus honos[43] ex meis litteris fuerit, me exiſtimaturum[44], cum[45] auctoritate tua[46], tum beneuolentia erga me, mihi quod maxime cupierim, contigiſſe. Vale.

V. M.

31. Affecten. 32. tui officii. 33. apud te adducam in auxilium meum. 34. philoſophia. 35. humano. 36. beneficium. 37. liberalium. 38. & quam nos ſoli. 39. quae quibusdam videtur occaſio otii ac pigritiae eſſe. 40. militiam. 41. & nefas eſſe puto, vt a Catone aliquid denegetur philoſophiae. 42. per tuam. 43. ſupplicatio ſeu triumphus. 44. eſſe. 45. ſo wohl. 46. per tuam.

V. I. Mo.

Digitized by Google

## V.

# M. CATO M. T. CICERONI IMP. S. P. D.

Excuſat ſe, quod ſupplicationem non decreuerit: & tamen decretam gaudet: ſeque honorificentius dicit ſenſiſſe, quam eos, qui ſupplicationem decreuerant.

*Quod & reſpub. me, & noſtra amicitia hortatur, libenter facio, & tuam virtutem, innocentiam[1], diligentiam cognitam in maximis rebus, domi togati[2], armati foris[3], pari induſtria admini-*
2 *ſtrare gaudeam. Itaque quod pro meo iudicio facere potui, vt innocentia conſilioque tuo defenſam prouinciam, ſeruatum Ariobarzanis cum ipſo rege regnum, ſociorum reuocatam ad ſtudium imperii noſtri voluntatem, ſententia mea[4] & decreto lauda-*
3 *rem, feci. Supplicationem decretam[5], ſi tu, qua in re nihil fortuito[6], ſed ſumma[7] tua ratione & continentia reipub. prouiſum eſt, diis immortalibus gratulari nos, quam tibi referre acceptum mauis[8], gau-*
4 *deo. Quod ſi triumphi praerogatiuam putas ſupplicationem[9], & idcirco caſum[10] potius, quam te laudari mauis: neque[11] ſupplicationem ſequitur ſemper triumphus, & triumpho multo clarius eſt, ſenatum iudicare potius manſuetudine[12] & innocen-*

*tia*

V.

1. Moderationem, continentiam. 2. & domi quidem, cum tu eſſes legatus. 3. & foris, cum ſis armatus. 4. per meam. 5. eſſe tibi. 6. caſu. 7. per ſummam tuam prudentiam. 8. magis deſideras. 9. ſi putas, ſupplicationem decretam eſſe ſignum triumphi tibi decernendi. 10. euentum felicem. 11. ſcire debes, quod non ſemper triumphus ſequi ſoleat ſuplicationem. 12. per manſuetudinem.

13. per

Digitized by Google

*tia imperatoris prouinciam, quam vi militum aut benignitate deorum retentam, atque conſeruatam eſſe. Quod ego mea ſententia*[13] *cenſebam, atque* 5
*haec ego idcirco ad te contra conſuetudinem meam pluribus ſcripſi, vt, quod maxime volo, exiſtimes, me laborare, vt tibi perſuadeam, me & voluiſſe de tua maieſtate quod ampliſſimum ſim arbitratus*[14], *& quod tu maluiſti factum eſſe gaudere. Vale, & nos dilige, & inſtituto itinere*[15] *ſeueritatem*[16] *diligentiamque ſociis & reipub. praeſta.*

13. per meam. 14. quod ego arbitratus ſum tibi maxime honorificum eſſe. 15. ea via & modo, quo hactenus coepiſti. 16. alii legunt *ſecuritatem.*

## VI.

## M. T. C. M. CATONI S. P. D.

*Quantam ex Catonis laudatione voluptatem ceperit, cum ipſius laude eximia exponit, petitque, ſi fauere noluerit in adipiſcendo triumpho, ſaltem, ſi adipiſcatur, gaudeat.*

L*Aetus ſum laudari me*, inquit Hector, opinor apud Naeuium[1], *abs te pater laudato viro.* Ea eſt enim profecto iucunda laus, quae ab iis proficiſcitur[2], qui ipſi in laude vixerunt. Ego vero 2
vel gratulatione litterarum tuarum, vel teſtimoniis ſententiae dictae, nihil eſt, quod me non adſecutum putem[3]. Idque mihi cum ampliſſimum[4], tum gratiſ-

VI.

1. antiquum Poëtam. 2. prouenit. 3. nihil vero eſt, quod ego non putem me aſſecutum eſſe, partim per gratulationem litterarum tuarum, partim per teſtimonia tuae ſententiae. 4. maxime honorificum.

5. tribuiſ

Digitized by Google

gratiſſimum eſt, te libenter amicitiae dediſſe[5], quod
3 liquido[6] veritati dares. Et, ſi non modo vnus,
verum etiam multi Catones eſſent in ciuitate no-
ſtra, in qua vnum exſtitiſſe mirabile[7] eſt: quem
ego currum[8], aut quam lauream[9] cum tua lau-
4 datione conferrem[10]? Nam ad meum ſenſum[11],
& ad illud ſincerum ac ſubtile iudicium[12] nihil
poteſt eſſe laudabilius, quam ea tua oratio, quae
5 eſt ad me perſcripta a meis neceſſariis[13]. Sed cauſ-
ſam meae voluntatis[14], non enim dicam cupidi-
tatis expoſui tibi ſuperioribus litteris: quae etiam
ſi parum iuſta tibi viſa eſt, hanc tamen habet ra-
tionem[15], non vt nimis concupiſcendus honos[16]:
ſed tamen ſi deferatur a ſenatu, minime aſpernan-
6 dus eſſe videatur. Spero autem illum ordinem[17],
pro meis ob rempub. ſuſceptis laboribus, me non
indignum honore, vſitato praeſertim, exiſtima-
7 turum[18]. Quod ſi ita erit, tantum ex te peto, quod
amiciſſime ſcribis, vt[19], cum[20] tuo iudicio, quod
ampliſſimum eſſe arbitraris, mihi tribueris, ſi id,
quod maluero, acciderit, gaudeas. ſic enim feciſ-
ſe te, & ſenſiſſe & verius ſcripſiſſe video, reſque
ipſa declarat, tibi illum honorem noſtrum ſuppli-
cationis fuiſſe iucundum, quod ſcribendo adfui-
ſti[21].

5. tribuiſſe. 6. clariſſime. 7. in qua vrbe tamen admiratu dignum eſt, quod vel vnus Cato fuerit. 8. triumphalem. 9. triumphalem. 10. compararem. 11. vt ego quidem ſentio. 12. ad ſenſum eorum, qui ſincere ac ſubtiliter de re iudicant. 13. amicis. 14. cauſſam, cur ego vellem honorem triumphi. 15. ſo iſt es doch damit alſo beſchaffen. 16. triumphus. 17. Senatum. 18. eſſe. 19. vt gaudeas, cum mihi tribuere velis id. 20. ſiquando.



Digitized by Google

ſti[21]. Haec enim ſenatusconſulta non ignoro ab amiciſſimis eius, cuius de honore agitur, ſcribi ſolere. Ego, vt ſpero, te propediem videbo, atque vtinam rep. meliore[22], quam timeo. 8

21. quoniam adfuiſti, cum ſcriberetur SCtum. 22. in meliori ſtatu reipublicae.

# VII.

## M. T. C. PROCOS. C. MARCELLO COS. DESIGN. S. P. D.

*C. Marcello, Marci patrueli, de conſulatu gratulatur, poſtquam audiuit deſignatum eſſe.*

MAxima ſum laetitia adfectus, cum audiui te conſulem factum eſſe: eumque honorem[1] tibi deos fortunare[2] volo, atque a te pro tua parentisque tui dignitate adminiſtrari[3]. Nam cum 2
te ſemper dilexi amauique, quod[4] mei amantiſſimum cognoui in omni varietate rerum mearum: tum[5] patris tui pluribus beneficiis, vel defenſus triſtibus temporibus[6], vel ornatus ſecundis[7]: & ſum totus veſter, & eſſe debeo[8]: cum praeſertim matris tuae, grauiſſimae atque optimae feminae, maiora erga ſalutem dignitatemque meam ſtudia[9], quam erant a muliere poſtulanda[10], perſpexerim. Quapropter a te peto in maiorem modum, vt me abſentem diligas atque defendas. 3

VIII.

VII.

1. Conſulatus. 2. felicem facere. 3. atque volo & opto, illum adminiſtrari. 4. quoniam te. 5. tum etiam & ſum totus &c. 6. tempore mei exſilii. 7. in rebus meis ſecundis. 8. veſter. 9. fauorem, Geſliſſenheit. 10. poſtulari poterant.

VIII.

Digitized by Google

## VIII.

## M. T. C. PROCOS. C. MARCELLO COLLEGAE S. P. D.

*C. Marcello auguri de filii Caii conſulatu gratulatur, petitque vt ſe abſentem defendat.*

MArcellum tuum[1] conſulem factum, teque ea laetitia adfectum eſſe, quam maxime optaſti, mirandum in modum gaudeo: idque cum ipſius cauſſa, tum quod te omnibus ſecundiſſimis[2] rebus dignlſſimum iudico: cuius erga me ſingularem beneuolentiam vel in labore[3] meo, vel in honore perſpexi: totam denique domum veſtram vel ſalutis vel dignitatis meae ſtudioſiſſimam cupidiſſimamque cognoui. Quare gratum[4] mihi feceris, ſi vxori tuae Iuniae, graviſſimae atque optimae feminae, meis verbis eris gratulatus[5]. A te id, quod ſueſti[6], peto, me abſentem diligas[7] atque defendas.

VIII.

1. filium. 2. feliciſſimis. 3. calamitate. 4. gratiſſimam rem. 5. de hoc honore filii ſui. 6. conſueuiſti facere. 7. vt diligas.

## IX.

## M. T. C. PROCOS. M. MARCELLO COS. S. P. D.

*M. Marcello gratulatur de fratre patruele conſule facto: petitque vt in prouincia ſuccedatur.*

TE & pietatis[1] in[2] tuos, & animi[3] in remp. & clariſſimi atque optimi conſulatus[4], C. Marcello

IX.

1. amoris. 2. erga. 3. beneuolentiae. 4. & fructum conſulatus. 5. ii,

Digitized by Google

cello conſule facto, fructum cepiſſe vehementer
gaudeo. Non dubito quid praeſentes[5] ſentiant. 2
nos quidem longinqui[6], & a te ipſo miſſi in vlti-
mas gentes ad caelum mehercule te tollimus ve-
riſſimis ac iuſtiſſimis laudibus. Nam cum[7] te a 3
pueritia tua vnice dilexerim, tuque me in omni ge-
nere ſemper ampliſſimum[8] eſſe & volueris & iu-
dicaris, cum hoc vel tuo facto, vel[9] populi R. de
te iudicio multo acrius, vehementiusque diligo:
maximaque laetitia adficior, cum ab hominibus
prudentiſſimis, viriſque optimis, omnibus[10] dictis,
factis, ſtudiis, inſtitutis, vel me tui ſimilem eſſe au-
dio, vel te mei[11]. Vnum vero ſi addis ad praecla- 4
riſſimas res conſulatus tui, vt aut mihi ſuccedat[12]
quamprimum aliquis, aut ne quid accedat tempo-
ris[13] ad id, quod tu mihi & ſenatusconſulto & le-
ge finiſti[14], omnia me per te conſecutum[15] putabo.
Cura vt valeas, & me abſentem diligas atque de-
fendas. Quae mihi de Parthis nuntiata ſunt, quia 5
non putabam a me etiam nunc ſcribenda eſſe pu-
blice[16], propterea ne pro familiaritate quidem no-
ſtra volui ad te ſcribere, ne, cum ad conſulem ſcri-
pſiſſem, publice viderer ſcripſiſſe.

X. M.

5. ii, qui praeſentes in vrbe Roma ſunt. 6. longe remoti nunc ab vrbe. 7. cum ego dilexerim te. 8. honoratum. 9. vel imo etiam propter hoc iudicium. 10. in omnibus. 11. ſimilem eſſe. 12. in prouincia. 13. prolongatio aliqua temporis. 14. conſtituiſti, praefiniiſti. 15. fuiſſe. 16. ad Senatum.



Digitized by Google

X.

# M. T. C. IMP. C. MARCELLO COS. DESIG. S. P. D.

*Commendat ſtudioſe ſuam exiſtimationem conſuli C. Marcello in ſupplicatione decernenda.*

QVum id accidit, quod maxime mihi fuit optatum, vt omnium Marcellorum, Marcellinorum [1] etiam (mirificus enim nominis ac generis veſtri fuit erga me ſemper animus [2]) quum ergo ita accidit, vt omnium veſtrum ſtudio tuus conſulatus ſatisfacere poſſet, in quem [3] meae res geſtae, lausque & honos earum [4] potiſſimum incideret: peto a te, id quod facillimum factu ſit, non aſpernante, vt confido, ſenatu [5], vt quam honorificentiſſimum ſenatusconſultum litteris meis recitatis [6]
2 faciendum cures. Si mihi tecum minus eſſet [7], quam eſt cum tuis omnibus [8] allegarem ad te illos, a quibus intelligis me praecipue diligi. Patris tui beneficia in me ſunt ampliſſima. neque enim ſaluti meae, neque honori amicior [9] quiſquam dici poteſt: frater tuus quanti me faciat, ſemperque fecerit, eſſe hominem, qui ignoraret, arbitror neminem [10]: domus [11] tua denique tota me ſemper omnibus ſummis officiis proſecuta eſt [12]. neque vero

X.

1. qui ex Marcellorum familia in alias familias ſunt adoptati. 2. fauor. 3. conſulatum. 4. rerum a me geſtarum. 5. dum ſenatus eas res a me geſtas non adſpernabitur. 6. poſtquam meae litterae in Senatu erunt recitatae. 7. minor conſuetudo, & amicitia. 8. quam quidem ego habeo cum tuis omnibus. 9. fauentior. 10. neminem hominem eſſe arbitror, qui id ignoraret. 11. familia. 12. ſumma officia mihi praeſtitit.

Digitized by Google

13. tan-

vero tu in me diligendo cuiquam conceſſiſti tuorum. Quare a te peto maiorem in modum, vt me 3
per te[13] quam ornatiſſimum[14] velis eſſe: meamque & in ſupplicatione decernenda[15], & in ceteris rebus exiſtimationem[16] ſatis tibi eſſe commendatam putes.

13. tanquam hoc tempore Conſulem. 14. quam maxime honoratum. 15. vt ſupplicatio mihi decernatur. 16. honorem, Reputation.

## XI.

## M. T. C. IMP. C. MARCELLO COS. S. P. D.

*Supplicatione ſibi decreta, gratias agit conſuli, & propediem ad vrbem ſe fore ſignificat.*

QVantae tibi curae meus honos fuerit, & quam idem exſtiteris[1] conſul in me ornando & amplificando, qui fueras ſemper cum parentibus tuis, & cum tota domo, etſi res ipſa loquebatur, cognovi tamen ex meorum omnium litteris. Itaque nihil eſt tantum, quod ego non tua cauſſa[2] debeam[3],
facturusque ſim cum ſtudioſe ac libenter. Nam 2
magni intereſt, cui debeas[4]: debere[5] autem nemini malui, quam tibi, cui me, cum ſtudia communia, beneficia[6] paterna tuaque iam ante coniunxerant: tum accedit, mea quidem ſententia[7], maximum vinculum, quod[8] ita remp. geris atque geſſiſti, qua[9] mihi carius nihil eſt, vt, quantum tibi

omnes

XI.

1. fueris ſollicitus. 2. propter te. 3. facere. 4. beneficium. 5. beneficium. 6. &. 7. quantum ego iudico. 8. quoniam. 9. republica.



Digitized by Google

omnes boni debebant, quo minus tantumdem[10]
3 ego vnus debeam[11], non recuſem. Quamobrem
tibi velim hi ſint exitus[12], quos mereris, & quos fore confido. Ego, ſi me nauigatio non morabitur, quae incurrebat in ipſos eteſias[13], propediem te, vt ſpero, videbo.

10. eben ſo viel. 11. tibi. 12. ſucceſſus felices in conſulatu tuo. 13. genus ventorum.

## XII.
## M. T. C. L. PAVLLO COS. DESIGN. S. P. D.

*Gratulatur Paullo de conſulatu, & ne ſibi prouincia prorogetur, rogat.*

ETſi mihi nunquam fuit dubium, quin te populus R. pro tuis ſummis in remp. meritis, & pro ampliſſima familiae dignitate, ſummo ſtudio, cunctis ſuffragiis[1] conſulem facturus eſſet: tamen incredibili laetitia ſum adfectus, cum id mihi nuntiatum eſt: eumque honorem tibi deos fortunare volo[2]: a teque[3] ex tua, maiorumque tuorum di-
2 gnitate adminiſtrari. Atque vtinam praeſens illum diem[4] mihi optatiſſimum videre potuiſſem, proque tuis ampliſſimis erga me ſtudiis atque beneficiis tibi operam meam, ſtudiumque nauare[5].
3 Quam mihi facultatem[6], quum[7] hic nec opinatus,
nec improuiſus prouinciae caſus[8] eripuit: tamen,

vt te

XII.

1. per omnium ſuffragia. 2. & opto, vt dii velint, hunc honorem tibi eſſe felicem. 3. & illum adminiſtrari a te. 4. in quo tu Conſul deſignatus fuiſti. 5. declarare. 6. occaſionem. 7. quoniam. 8. dum me oportet caſu fortuito hoc tempore in prouincia eſſe.

9. ne

Digitized by Google

vt te conſulem remp. pro tua dignitate gerentem videre poſſim, magnopere a te peto, vt operam des, efficias, ne quid mihi fiat iniuriae[9], neue quid temporis[10] ad meum annuum munus[11] accedat.
Quod ſi feceris, magnus ad tua priſtina erga me 4
ſtudia[12] cumulus accedet.

9. ne aliqua mihi fiat iniuria. 10. prolongationis. 11. officium imperatorium, Commando, Gouuernement. 12. augmentum.

## XIII.

## M. T. C. IMP. L. PAVLLO COS. S. P. D.

*A conſule petit, vt ſupplicationes ſibi decernat, & ſuam exiſtimationem in ceteris commendat.*

MAxime mihi fuit optatum Romae eſſe tecum multas ob cauſſas, ſed praecipue, vt & in petendo & in gerendo[1] conſulatu meum debitum
tibi ſtudium perſpicere poſſes. Ac petitionis qui- 2
dem tuae ratio mihi ſemper fuit explorata[2]: ſed tamen nauare operam[3] volebam. in conſulatu vero cupio equidem, te minus habere negotii: ſed moleſte fero, me conſulem tuum ſtudium adoleſcentis perſpexiſſe[4]: te meum, cum id aetatis ſim,
perſpicere non poſſe[5]. Sed ita, fato neſcio quo, 3
contigiſſe arbitror, vt tibi ad me ornandum[6] ſemper

XIII.

1. adminiſtrando 2. ac ego quidem certo ſciebam, te impetraturum eſſe id, quod peteres. 3. meam tibi. 4. quod ego Conſul perſpexerim tuum erga me ſtudium, cum adhuc eſſes adoleſcens. 5. moleſte autem fero, quod tu non perſpicere poſſis meum erga te ſtudium, cum ego tam ſenex ſim. 6. honorandum.



Digitized by Google

per detur facultas[7]: mihi ad remunerandum nihil
ſuppetat[8], praeter voluntatem. Ornaſti conſu-
latum[9], ornaſti reditum meum. Incidit meum
tempus rerum gerendarum[10] in ipſum conſula-
4 tum tuum. Itaque cum & tua ſumma amplitudo
& dignitas, & meus magnus honos, magnaque
exiſtimatio poſtulare videatur, vt a te plurimis
verbis contendam, ac petam, vt quam honorifi-
centiſſime ſenatusconſultum de meis rebus geſtis
faciendum cures, non audeo vehementer a te
contendere[11], ne aut ipſe tuae perpetuae conſue-
tudinis erga me oblitus eſſe videar, aut te oblitum[12]
5 putem. Quare vt te velle arbitror, ita faciam, at-
que ab eo, quem omnes gentes ſciunt de me opti-
6 me meritum[13], breuiter petam. Si alii conſules eſ-
ſent, ad te potiſſimum, Paulle, mitterem[14], vt eos
mihi quam amiciſſimos redderes. nunc cum tua
ſumma poteſtas, ſummaque auctoritas, notaque
omnibus noſtra neceſſitudo[15] ſit; vehementer te
rogo, vt & quam honorificentiſſime cures decer-
nendum[16] de meis rebus geſtis, & quam celerri-
7 me. Dignas res[17] eſſe honore & gratulatione,
cognoſces ex iis litteris, quas ad te, & collegam,
& ſenatum publice miſi: omniumque mearum re-
liquarum rerum, maximeque exiſtimationis meae
8 procurationem ſuſceptam velim habeas[18]. In
primisque tibi curae ſit, quod abs te ſuperioribus[19]
quo-

7. occaſio. 8. ſuperſit. 9. meum. 10. in prouincia. 11. petere. 12. eſſe conſuetudinis tuae erga me. 13. fuiſſe. 14. illos. 15. amicitia, coniunctio. 16. decretum a Senatu fieri. 17. a me geſtas in prouincia. 18. velim vt ſuſcipias. 19. in prioribus meis,

20. in

Digitized by Google

uoque litteris petiui, ne mihi tempus proroge-
ur[20]. Cupio te conſulem videre, omniaque ſpe-
o cum abſens tum etiam praeſens te conſule ad-
equi. Vale.

20. in imperio.

## XIV.

## M. T. C. IMP. C. CASSIO PRO-QVAEST. S. P. D.

*Acturum ſe Fabii cauſſa, quae rogauerat Caſſius, pollicetur: quem dolet non vidiſſe ad vrbem e prouincia redeuntem. rogat, operam det, ne ſibi temporis aliquid accedat ad annum prouinciae.*

M. Fabium, quod[1] mihi amicum tua[2] commen-
datione das, nullum in eo facio quaeſtum
nulti enim anni ſunt, cum ille in aere[3] meo eſt: & a
ne diligitur propter ſummam ſuam humanitatem
t obſeruantiam. Sed tamen, quod te ab eo egre- 2
ie diligi ſenſi, multo amicior[4] ei ſum factus. Ita-
ue, quamquam profecerint[5] litterae tuae, tamen
liquanto plus commendationis apud me habuit
nimus ipſius erga te mihi perſpectus & cognitus.
ed de Fabio faciemus ſtudioſe quae rogas: tu mul- 3
s de cauſſis vellem me conuenire[6] potuiſſes: pri-
num vt te, quem iamdiu plurimi facio, tanto in-
eruallo[7] viderem: deinde, vt tibi, quod feci per
teras, poſſem praeſens gratulari: tum vt quibus
de re-

XIV.

1. Quoniam tu illum. 2. per tuam. 3. da er ohne
m in meiner Schuld iſt, mihi obſtrictus. 4. beneuo-
ntior. 5. aliquid apud me. 6. vt potuiſſes ad me ve-
re. 7. poſt tam longum temporis ſpatium.



Digitized by Google

de rebus vellemus, tu tuis [8], ego meis [9] inter nos
communicaremus: poſtremo vt amicitia noſtra,
quae ſummis officiis ab vtroque culta [10] eſt, ſed
longis interuallis temporum interruptam conſue-
4 tudinem habuit, confirmaretur vehementius. Id
quum [11] non accidit, vtemur bono [12] litterarum: &
eadem fere abſentes, quae ſi coram eſſemus, con-
ſequemur: vnus ſcilicet ille fructus [13], qui in te vi-
dendo [14] eſt, percipi litteris non poteſt. alter [15] gra-
tulationis eſt, & is quidem exilior [16], quam ſi tibi,
5 te ipſum intuens, gratularer. Sed tamen & feci
ante, & facio nunc, tibique cum pro rerum magni-
tudine, quas geſſiſti, tum pro opportunitate tem-
poris gratulor, quod te de prouincia decedentem
ſumma laus & ſumma gratia prouinciae proſecu-
6 ta eſt [17]. Tertium eſt, vt id, quod de noſtris rebus
coram communicaſſemus inter nos, conficiamus
idem litteris. Ego ceterarum rerum cauſſa [18] tibi
Romam properandum [19] magnopere cenſeo. nam
& ea, quae reliqui, tranquilla de te [20] erant: & hac
tua recenti victoria tanta [21], clarum aduentum [22]
7 tuum fore intelligo. Sed ſi qua ſunt onera tuo-
rum [23], ſi tanta ſunt, vt ea ſuſtinere poſſis, propera:
nihil tibi erit lautius [24], nihil glorioſius: ſin maio-
ra [25], conſidera, ne in alieniſſimum [26] tempus cadat
aduen-

8. de tuis rebus. 9. de meis rebus. 10. ſuſtentata. 11. quoniam. 12. beneficio. 13. vtilitas. 14. quem conſequi poſſem, ſi te viderem. 15. fructus. 16. eſt. 17. ſecuta eſt te. 18. propter ceteras cauſſas. 19. eſſe. 20. propter auxilium abs te allatum. 21. poſtquam tu ſuper tam claram victoriam impetraſti. 22. in vrbem Romam. 23. ſi tui milites adhuc habent aliqua onera ab hoſtibus ſuſtinenda. 24. praeclarius. 25. ea onera ſunt. 26. inopportunum. 27. de

Digitized by Google

aduentus tuus. Huius rei totum conſilium tuum 8
eſt[27]. tu enim ſcis,quid ſuſtinere poſſis. ſi potes[28],
laudabile,atque populare[29] eſt: ſin plane non po-
tes, abſens hominum ſermones facilius ſuſtinebis.
De me autem idem tecum his[30] ago litteris, quod 9
ſuperioribus egi, vt omnes tuos neruos[31] in eo
contendas, ne quid mihi ad hanc prouinciam,
quam & ſenatus & populus annuam eſſe voluit[32],
temporis prorogetur. Hoc a te ita contendo, vt 10
in eo fortunas meas poſitas[33] putem. habes Paul-
lum[34] noſtrum noſtri cupidiſſimum: eſt Curio,eſt
Furnius. ſic velim enitare, quaſi in eo ſint[35] mihi
omnia. Extremum illud eſt de iis, quae propo- 11
ſueram[36], confirmatio noſtrae amicitiae: de qua
pluribus verbis nihil opus eſt. Tu puer me ap-
petiſti[37]: ego autem ſemper ornamento te mihi
fore duxi[38]. fuiſti[39] etiam praeſidio triſtiſſimis[40]
meis temporibus. acceſſit poſt tuum diſceſſum fa-
miliaritas mihi cum Bruto tuo[41] maxima. Itaque 12
in veſtro ingenio & induſtria mihi plurimam &
ſuauitatis & dignitatis conſtitutum puto. Id tu vt
tuo ſtudio confirmes, te vehementer rogo: lit-
terasque ad me, & continuo mittas, &, cum Ro-
mam veneris, quam ſaepiſſime.

XV.

27. de tota hac re tu deliberabis. 28. id facere. 29. populo gratum. 30. in his. 31. vires. 32. ad quam prouinciae adminiſtrationem annus a Senatu mihi conſtitutus eſt. 33. eſſe. 34. Conſulem, nobis maxime fauentem. 35. poſita. 36. ſupra in hac epiſtola. 37. meam amicitiam deſideraſti. 38. putaui. 39. mihi. 40. tempore mei exſilii. 41. adfine.

## XV.

# M. T. C. C. CASSIO S. P. D.

*Conſilium ſuum de non renouando ciuili bello demonſtrat: Caeſaris clementiam laudat. Italiae gemitus oſtendit: Caſſii ſententiam de futuris exquirit. Caeſare iterum & Seruilio coſs.*

ETſi vterque noſtrum ſpe[1] pacis, & odio[2] ciuilis ſanguinis abeſſe a belli[3] pertinacia voluit: tamen quum eius conſilii princeps ego fuiſſe videor, plus fortaſſe tibi praeſtare ipſe debeo, quam
2 a te exſpectare. Etſi, vt ſaepe ſoleo mecum recordari, ſermo familiaris meus tecum, & item[4] mecum tuus[5] adduxit vtrumque noſtrum ad id conſilium, vt vno praelio putaremus ſi non totam cauſſam, at certe noſtrum iudicium definiri convenire[6]. neque quiſquam hanc noſtram ſententiam vere vnquam reprehendit, praeter eos, qui arbitrantur melius eſſe, deleri omnino rempublicam, quam imminutam & debilitatam manere.
3 Ego autem ex interitu eius[7] nullam ſpem ſcilicet mihi proponebam, ex reliquiis magnam[8]. Sed ea ſunt conſecuta[9], vt magis mirum ſit accidere illa potuiſſe, quam nos non vidiſſe ea futura[10]: nec,
4 cum homines[11] eſſemus, diuinare potuiſſe. Equidem fateor meam conie&turam hanc fuiſſe, vt illo quaſi quodam fatali proelio[12] facto, & victores commu-

XV.

1. Ex ſpe. 2. ex odio. 3. ciuilis. 4. pariter. 5. ſermo. 6. vt putaremus, fas eſſe, vt tota ſi non cauſſa, at certe iudicium noſtrum definiretur vno praelio. 7. reipublicae. 8. ſpem. 9. eae res poſtea ſunt ſequutae. 10. fore. 11. qui falli in iudicando poſſent. 12. Pharſalico. 13. ſaluti.

Digitized by Google

communi ſaluti conſuli vellent, & victi ſuae[13]. vtrumque autem poſitum eſſe arbitrabar in celeritate victoris. quae ſi fuiſſet, eandem clementiam experta eſſet Africa, quam cognouit Aſia; quam etiam Achaia, &, vt opinor, ipſo legato ac deprecatore[14].
5 Amiſſis autem temporibus, quae plurimum valent, praeſertim in bellis ciuilibus, interpoſitus[15] annus alios induxit[16], vt victoriam ſperarent, alios vt ipſum vinci contemnerent[17]: atque horum malorum omnium culpam fortuna ſuſtinet[18].
6 Quis enim aut Alexandrini belli tantam moram huic bello adiunctum iri, aut neſcio quem iſtum Pharnacem Aſiae terrorem illaturum putaret[19]?
7 Nos tamen in conſilio pari caſu diſſimili vſi ſumus: tu enim eam partem petiſti[20], vt & conſiliis[21] intereſſes, &, quod maxime curam leuat, futura animo perſpicere poſſes: ego, qui feſtinaui, vt Caeſarem in Italia viderem (ſic enim arbitrabamur) eumque, multis honeſtiſſimis viris conſeruatis[22], redeuntem, ad pacem currentem[23], vt aiunt, incitarem; ab illo longiſſime & abſum & afui.
8 Verſor[24] autem in gemitu Italiae, & in vrbis[25] miſerrimis querelis: quibus[26] aliquid opis[27] fortaſſe

13. ſaluti. 14. cum ipſe Caeſar officium legati faceret, & pacis conditiones offerret. 15. das darzwiſchen kommende Jahr. 16. perſuaſit. 17. vt quaſi ſtudio dato nollent ipſum vinci. 18. cogitur in ſe recipere. 19. quis enim putaret, Pharnacem, qui neſcio qualis ſit, illaturum eſſe terrorem Aſiae? 20. elegiſti, cum traderes te Caeſari. 21. Caeſaris. 22. cum is conſeruaſſet multos. 23. cum Caeſar veluti curreret ad pacem faciendam. 24. ego autem viuo. 25. Romae. 26. querelis. 27. auxilii.

28. par-

Digitized by Google

taſſe ego pro mea[28], tu pro tua[29], pro ſua quisque
9 parte ferre potuiſſet, ſi auctor[30] adfuiſſet. Quare velim pro tua erga me beneuolentia, ſcribas ad me quid videas, quid ſentias, quid exſpectandum, quid agendum nobis exiſtimes. magni erunt mihi tuae litterae[31]: atque vtinam primis illis[32], quas Luceria[33] miſeras, paruiſſem: ſine vlla enim moleſtia dignitatem meam retinuiſſem.

28. parte. 29. parte. 30. Caeſar, tanquam auctor pacis. 31. ego tuas litteras maximi aeſtimabo. 32. litteris tuis. 33. Apuliae oppido.

## XVI.

## M. T. C. C. CASSIO S. P. D.

*Iocatur in opiniones Epicureas, & in ipſum Caſſium, Epicureae philoſophiae ſtudioſum.*

PVto te iam ſuppudere[1], cum haec tertia iam epiſtola ante te oppreſſit[2], quam tu ſchedulam, aut litteram[3]. ſed non vrgeo[4]. longiores enim
2 exſpectabo, vel potius exigam[5]. Ego ſi ſemper haberem[6], cui darem[7], vel ternas[8] in horam[9] darem[10]. Fit enim neſcio quid, vt quaſi coram adeſſe videare, cum ſcribo aliquid ad te. neque id κατ' εἰδώλων φαντασίας[11], vt dicunt tui amici noui[12], qui putant etiam διανοητικὰς φαντασίας[13] ſpectris Catia-

XVI.

1. Pudorem aliquem habere. 2. moleſta tibi fuit, vel tuam ſententiam debilitauit. 3. appelles, per me licet. 4. hanc rem amplius. 5. a te litteras. 6. aliquem. 7. litteras ad te. 8. tres epiſtolas. 9. vna. 10. ſcribere vellem. 11. iuxta ſpectrorum viſiones. Putabant enim Stoici, cum cogitaret homo, eius rei ſpectrum & imaginem ad cogitantis animum aduolare. 12. Epicurei. 13. mentis viſiones. 14. per-

Digitized by Google

Catianis[14] excitari. nam, ne te fugiat, Catius inſuper Epicureus, qui nuper eſt mortuus, quae ille Gargettius etiam ante Democritus εἴδωλα[15], hic ſpectra nominat. his autem ſpectris etiamſi oculi poſſent feriri[16], quod vel iis ipſa occurrunt[17]: animus quei poſſit[18], ego non video. 3
Doceas tu me oportebit, cum ſaluus veneris, in meane poteſtate ſit ſpectrum[19] tuum, vt, ſimul ac mihi collibitum ſit[20] de te cogitare, illud occurrat: neque ſolum de te[21], qui mihi haeres in medullis[22]: ſed ſi inſulam Britanniam coepero cogitare, eius[23] εἴδωλον mihi aduolabit ad pectus. 4
Sed haec poſterius[24]. tento enim te, quo animo accipias[25]: ſi enim ſtomachabere[26] & moleſte feres, plura dicemus: poſtulabimusque, ex qua haereſi[27], *vi, hominibus armatis*[28] deiectus ſis, in eam reſtituare[29]. In hoc interdicto non ſolet addi[30], *in hoc anno*. 5
Quare ſi iam biennium, aut triennium eſt, cum virtuti nuntium remiſiſti[31], delinitus[32] illecebris voluptatis, in integro res nobis erit[33]. quamquam queicum loquor? cum vno fortiſſimo viro; qui, poſteaquam forum attigiſti[34], nihil feciſti, niſi pleniſſimum ampliſſimae dignitatis. In iſta ipſa αἱρέσει[35] metuo, ne plus neruorum[36] ſit, quam ego putarim. 6

14. perſpectra Catii Philoſophi. 15. imagines. 16. attingi. 17. quoniam ſpectra occurrunt etiam oculis. 18. feriri a ſpectris. 19. imago. 20. placeat. 21. cogitare. 22. in animo. 23. inſulae imago. 24. exſequemur alio tempore. 25. haec. 26. iratus eris. 27. ſecta philoſophorum. 28. per vim & homines armatos. 29. vt. 30. Ctis. 31. quando opinionem Stoicorum de virtute requiſti. 32. illectus. 33. noſtra opinio ſalua manebit. 34. ad agendas cauſſas. 35. ſecta Epicureorum. 36. virium, Nachdruck.

37. ex

Digitized by Google

7 putarim, ſi modo eam tu probas[37]. Quid tibi in mentem venit[38], inquies? quia nihil habebam aliud quod ſcriberem. de repub. enim nihil ſcribere poſſum. neque enim quod ſentio libet ſcribere.

37. ex animo. 38. dum tu haec ſcripſiſti.

## XVII.

## M. T. C. C. CASSIO S. P. D.

*Queritur de importunis tabellariis: narrat de P. Syllae morte, bello Hiſpanienſi, Panſae profectione in prouinciam: Caſſii conſilium probat Brundiſinae manſionis: litteras mutuas poſcit.*

PRaepoſteros[1] habes tabellarios, etſi me quidem non offendunt: ſed tamen cum a me diſcedunt, flagitant litteras; cum ad me veniunt, nullas[2] adferunt. atque id ipſum facerent commodius, ſi mihi aliquid ſpatii[3] ad ſcribendum darent: ſed petaſati[4] veniunt, comites[5] ad portam exſpe-
2 ctare dicunt. Ergo ignoſces[6]: alteras habebis, has breues: ſed exſpecta πάντα περὶ πάντων[7]. Etſi quid ego me tibi purgo[8], cum tui[9] ad me inanes[10] veniant, ad te cum epiſtolis reuertantur?
3 Nos heic (tamen ad te ſcribam aliquid) P. Syllam patrem mortuum habebamus, alii a latronibus[11], alii cruditate[12] dicebant. populus non curabat[13]: com-

XVII.

1. Verkehrte, wunderliche, ſeltzame. 2. à te litteras. 3. temporis. 4. parati ad iter. *Petaſus* eſt pileus venatorius. 5. itineris. 6. breuitati harum litterarum. 7. omnia de omnibus. 8. cur ego me excuſo apud te. 9. tabellarii. 10. ſine epiſtolis tuis. 11. illum occiſum eſſe. 12. an rohen Speiſen. 13. eius mortem.

Digitized by Google

14. lumen

combuſtum enim eſſe conſtabat. hoc tu pro ſa-
pientia tua feres aequo animo: quamquam πρό-
σωπον πόλεος[14] amiſimus. Caeſarem putabant mo- 4
leſte laturum[15], verentem, ne haſta refrixiſſet[16].
Mindius Marcellus & Attius pigmentarius[17] val-
de gaudebant, ſe aduerſarium perdidiſſe. De Hi- 5
ſpania noui nihil[18]: ſed exſpectatio valde ma-
gna[19]: rumores triſtiores[20], ſed ἀδέσποτοι[21]. Pan-
ſa noſter paludatus[22] ad d. III. kal. Ianuarias[23] pro-
fectus eſt, vt quiuis intelligere poſſet, id quod tu
nuper dubitare coepiſti, τὸ καλὸν δι' αὑτὸ αἱρετὸν[24]
eſſe. Nam quod[25] multos miſeriis leuauit, & 6
quod ſe in his malis hominem[26] praebuit, mirabi-
lis eum virorum bonorum beneuolentia proſecu-
ta eſt. Tu quod adhuc Brundiſii moratus es, val- 7
de probo & gaudeo: & mehercule puto te ſa-
pienter facturum, ſi ἀκενόσπουδος[27] fueris. No-
bis quidem, qui te amamus, erit gratum: & amabo
te, cum dabis poſthac aliquid domum litterarum,
mei[28] memineris. Ego nunquam quemquam ad
te, cum ſciam, ſine meis litteris ire patiar.

XVIII.

14. lumen ciuitatis. Ironia. 15. eius mortem. 16. ne auctiones bonorum ſub haſta minus bene in poſterum proceſſurae eſſent. 17. qui pigmentum conficit aut vendit. 18. habemus. 19. eſt. 20. ſunt, adferuntur quidem ex Hiſpania. 21. ſine auctore certo. 22. paludamento, ſeu veſte militari imperatorio, ornatus. 23. die xxx. Ianuarii. 24. honeſtum per ſe expetendum eſſe. 25. quoniam Panſa. 26. virum fortem, ſiue humanum. 27. minime ſtudioſus inanium rerum. 28. atque ſi.



Digitized by Google

## XVIII.

# M. T. C. C. CASSIO S. P. D.

*Epiſtolae breuitatem excuſat: triſtitiam temporum accuſat; nihil ex Hiſpania adferri ſignificat.*

LOngior epiſtola fuiſſet, niſi eo ipſo tempore
petita [1] eſſet a me, cum iam iretur [2] ad te: lon-
2 gior autem [3], ſi φλύαρον [4] aliquem habuiſſet. nam
σπουδάζειν [5] ſine periculo vix poſſumus. Ridere
igitur, inquies, poſſumus. Non mehercule facil-
lime [6]: verumtamen aliam aberrationem [7] a mo-
leſtiis nullam habemus. Vbi igitur, inquies, phi-
loſophia [8]? tua quidem in culina [9]: mea [10] moleſta
eſt. pudet enim ſeruire [11]. itaque facio me alias res
3 agere [12], ne conuicium Platonis audiam [13]. De
Hiſpania nihil adhuc certi, nihil omnino noui [14].
Te abeſſe mea cauſſa moleſte fero, tua [15] gaudeo.
Sed flagitat [16] tabellarius. Valebis igitur, meque,
vt a puero feciſti, amabis.

XIX.

XVIII.

1. illa deſiderata. 2. cum tabellarius iam veniret ad me. 3. fuiſſet epiſtola. 4. garrulum & nugacem auctorem. 5. res ſerias ſcribere. 6. id poſſumus. 7. euitationem moleſtiarum. 8. tua eſt. 9. illa iam latet. 10. philoſophia mea autem, quae ſectatur virtutem, eſt moleſta. 11. illa enim non vult aliis ſeruire. 12. itaque facio id, vt alias res agam. 13. ne audiam id, quod Plato obiicit Epicuraeis. 14. habemus. 15. cauſſa, propter te. 16. epiſtolae huius finem.



Digitized by Google

# XIX.

## C. CASSIVS M. T. C. S. P. D.

Reſpondet duabus Ciceronis epiſtolis, quae ante proximam ſuperiorem leguntur. Epicureos laudat a virtutis ſtudio. Cupere videtur vt Caeſar in Hiſpania vincat, iam cognita eius clementia.

*S. V. B. Non mehercule in hac mea peregrinatione quidquam libentius facio, quam ſcribo ad te. videor enim cum praeſente[1] loqui & iocari. nec tamen hoc vſu venit[2] propter ſpectra Catiana[3]: pro quo tibi proxima[4] epiſtola tot ruſticos Stoicos[5] regeram[6], vt Catium Athenis natum eſſe dicas. Panſam noſtrum* 2 *ſecunda voluntate[7] hominum paludatum exiſſe, cum ipſius cauſſa gaudeo, tum mehercule etiam omnium noſtrum[8]. ſpero enim homines intellecturos, quanto ſit omnibus odio crudelitas, & quanto amori probitas & clementia: atque ea, quae maxime mali petant & concupiſcant, ad bonos peruenire. Difficile eſt* 3 *enim hominibus perſuadere* τὸ καλὸν δι' αὑτὸ αἱρετὸν[9] *eſſe:* ἡδονὴν[10] *vero &* ἀταραξίαν[11] *virtute*[12], *iuſtitia,* τῷ καλῷ[13] *parari, & verum & probabile eſt. ipſe enim Epicurus, a quo omnes Catii & Amafinii*[14], *mali verborum interpretes, proficiſcuntur*[15], *dicit,*

*oux*

### XIX.

1. te. 2. accidit. 3. quae ſtatuit Catius Philoſophus Epicuraeus. 4. in. 5. qui ruſtice & barbare ſolent loqui. 6. opponam. 7. cum beneuolentia & fauore. 8. cauſſa. 9. bonum per ſe expetendum eſſe. 10. voluptatem. 11. tranquillitatem, quando animus non commouetur aut perturbatur. 12. per virtutem. 13. per honeſtum. 14. ii qui ſimiles ſunt Catio & Amafinio Epicureis Philoſophis. 15. ſuam originem habent.

 16. non

4 οὐκ ἔστιν ἡδέως ἄνευ τοῦ καλῶς καὶ δικαίως ζῆν[16]. *Itaque & Panſa, qui ἡδονὴν[17] ſequitur, virtutem retinet: & ii qui a nobis[18] φιλήδονοι[19] vocantur, ſunt φιλόκαλοι καὶ φιλοδίκαιοι[20], omnesque virtutes & co-*
5 *lunt, & retinent. Itaque Sylla, cuius iudicium probare debemus, cum diſſentire philoſophos videret, non quaeſiuit, quid bonum eſſet, & omnia bona coemit[21]. cuius ego mortem forti mehercule animo tuli. nec tamen Caeſar diutius nos eum deſiderare patietur. nam habet damnatos[22], quos pro illo nobis reſtituat[23]: nec ipſe ſectorem[24] deſiderabit, cum*
6 *filium[25] viderit. Nunc vt ad remp. redeam, quid in Hiſpaniis geratur, reſcribe. Peream, niſi ſollicitus ſum, ac malo veterem & clementem dominum[26] ha-*
7 *bere, quam nouum & crudelem[27] experiri. Scis, Cneus[28] quam ſit fatuus, ſcis, quomodo crudelitatem virtutem[29] putet: ſcis quam ſe ſemper a nobis deriſum[30] putet. Vereor, ne nos ruſtice[31] gladio velit* ἀντιμυκτηρίσαι[32]. *Quid fiat, ſi me diligis, re-*
8 *ſcribe. Hui quam velim ſcire, vtrum iſta ſolicito animo an ſoluto[33] legas. ſciam enim eodem tempore, quid me facere oporteat. Ne longior ſim[34]; Vale, & me, vt facis, ama. Si Caeſar vicit, celeriter me exſpecta.*

XX.

16. non licet ſuauiter viuere, niſi honeſte ac iuſte. 17. voluptatem. 18. Epicurei. 19. amatores voluptatis. 20. amatores honeſtatis & iuſtitiae. 21. luſus in vocabulis *bonum* & *bona*. 22. quorum bona damnata ſunt ad publicationem. 23. poſſit reſtituere. 24. redemtorem bonorum alicuius, proſcripti aut damnati. 25. Syllae. 26. Caeſarem. 27. in vno ex filiis Pompeii. 28. Pompeius. 29. eſſe. 30. ſe eſſe. 31. ruſticorum more. 32. viciſſim deridere. 33. hilari, non moeſto. 34. in ſcribendo.



Digitized by Google

XX.

# M. T. C. C. TREBONIO S. P. D.

*Librum, quem Oratorem inſcripſit, mittit: Sabinorum probitatem laudat: crebriores litteras poſtulat. Miſſa in Aſiam poſt Caeſaris necem.*

ORatorem meum[1] (ſic enim inſcripſi) Sabino tuo commendaui. natio me hominis[2] impulit, vt ei recte putarem[3]: niſi forte candidatorum licentia hic quoque vſus[4], hoc ſubito cognomen arripuit. etſi modeſtus eius vultus ſermoque conſtans, habere quiddam a Curibus[5] videbatur. Sed de Sabino ſatis. Tu, mi Treboni, quum ad amo- 2
rem meum aliquantum olim diſcedens addidiſti, quo tolerabilius feramus igniculum[6] deſiderii tui, crebris nos litteris appellato[7]: atque ita, ſi idem fiat a nobis. Quamquam duae cauſſae ſunt, cur 3
tu frequentior in iſto officio[8] eſſe debeas, quam nos: primum, quod[9] olim ſolebant, qui Romae erant, ad prouinciales amicos[10] de rep. ſcribere, nunc tu nobis ſcribas oportet: res enim publica iſtic[11] eſt. deinde, quod nos aliis[12] officiis tibi ab- 4
ſenti ſatisfacere poſſumus: tu nobis, niſi litteris[13], non video, qua re alia ſatisfacere poſſis. Sed cetera ſcribes ad nos poſtea. Nunc haec primo cu- 5
pio

XX.

1. Librum de Oratore. 2. qui Sabinus eſt, Sabini autem erant gens dura, ſimplex & fidelis. 3. cuperem, faverem. 4. eſt. 5. Sabinorum oppido. 6. vt eo tolerabilius ferre poſſim ignem deſiderii tui, qui me vrit. 7. ſaepius ad nos ſcribere debes. 8. ſcribendi ad me. 9. quia illi. 10. ad amicos ſuos, qui eſſent in prouincia. 11. Romae. 12. in aliis. 13. per litteras.



Digitized by Google

pio cognoſcere, iter tuum cuiuſmodi ſit: vbi Brutum noſtrum videris, quamdiu ſimul[14] fueris: deinde cum proceſſeris longius, de[15] bellicis rebus, de toto negotio, vt exiſtimare poſſimus, quo ſtatu ſimus. Ego tantum me ſcire putabo, quantum ex litteris tuis habebo cognitum[16]. Cura vt valeas, meque ames amore illo tuo ſingulari.

14. apud eum. 15. ſcribas etiam de. 16. cognouero.

## XXI.

## M. T. C. TREBONIO S. P. D.

*Rogat, vt ſui abſentis deſiderium epiſtolis crebris & longis leniat: de Caluo oratore iam mortuo quid ſentiat exponit.*

ET epiſtolam tuam legi libenter, & librum libentiſſime: ſed tamen in ea voluptate[1] hunc accepi dolorem, quod cum incendiſſes[2] cupiditatem meam, conſuetudinis augendae noſtrae[3], (nam ad amorem quidem nihil poterat accedere) tum diſcedis a nobis, meque tanto deſiderio adficis, vt vnam mihi conſolationem relinquas, fore, vt vtriusque noſtrum abſentis deſiderium crebris
2 & longis epiſtolis leniatur. Quod ego non modo de me tibi ſpondere poſſum, ſed de te etiam mihi[4]. Nullam enim apud me reliquiſti dubita-
3 tionem, quantum me amares. Nam, vt illa omittam[5], quae, ciuitate teſte[6], feciſti, cum mecum inimicitias

XXI.

1. gaudio, delectatione lectionis. 2. auxiſſes. 3. ad augendam noſtram conuerſationem. 4. polliceri. 5. non dicam. 6. dum tota ciuitas id teſtatur.

7. in

Digitized by Google

micitias communicaſti, cum me concionibus[7] tuis defendiſti, cum quaeſtor in mea atque in publica cauſſa conſulum partes ſuſcepiſti, cum tribuno pl. quaeſtor[8] non paruiſti, cui tuus praeſertim collega pareret: vt haec recentia, quae meminero ſemper, obliuiſcar, quae tua ſollicitudo de me in armis, quae laetitia in reditu, quae cura, qui dolor[9], cum ad te curae, & dolores mei perferrentur, Brundiſium denique te ad me venturum fuiſſe, niſi ſubito in Hiſpaniam miſſus eſſes. Vt haec igitur 4
omittam; quae mihi tanti aeſtimanda ſunt, quanti vitam aeſtimo & ſalutem meam: liber iſte, quem mihi miſiſti, quantam habet declarationem amoris tui? primum[10], quod tibi facetum videtur, quidquid ego dixi, quod aliis fortaſſe non item[11]: deinde, quod illa ſiue faceta ſint, ſiue ſic fiunt, narrante te, venuſtiſſima[12]: quin etiam ante, quam ad me veniatur, riſus omnis paene conſumitur[13].
Quod ſi in his ſcribendis nihil aliud, niſi quod ne- 5
ceſſe fuit, de vno me tamdiu cogitauiſſes, ferreus[14] eſſem, ſi te non amarem. Cum vero ea, quae ſcriptura[15] perſecutus es, ſine ſummo amore cogitare non potueris: non poſſum exiſtimare, plus quemquam a ſe ipſo, quam me a te amari. cui quidem ego amori, vtinam ceteris rebus poſſem[16]: amore certe reſpondebo, quo tamen ipſo tibi confido futurum[17] ſatis. Nunc ad epiſtolam venio, 6
cui,

7. in orationibus tuis ad populum. 8. tanquam quaeſtor. 9. tuus fuerit. 10. eſt. 11. ita facetum videtur. 12. galant vnd artig. 13. perit, abit. 14. crudelis, inhumanus. 15. in libro tuo ſcripſiſti. 16. reſpondere, paria facere. 17. me facturum eſſe.



Digitized by Google

cui, cōpioſe & ſuauiter ſcriptae, nihil eſt[18] quod
multa reſpondeam. Primum enim ego illas Caluo
litteras miſi, non plus, quam has, quas nunc legis,
exiſtimans exituras[19]. aliter enim ſcribimus, quod
eos ſolos[20], quibus mittimus: aliter[21] quod multos
7 lecturos putamus. Deinde ingenium eius melio-
ribus extuli laudibus, quam tu id vere potuiſſe fieri
putas. Primum quod ita iudicabam, acute moue-
batur: genus quoddam ſequebatur[22], in quo iudi-
cio lapſus, quo valebat tamen, adſequebatur, quod
probaret[23]. multae erant & reconditae[24] litterae:
vis non erat[25]. ad eam[26] igitur adhortabar. in ex-
citando autem & in acuendo plurimum valet, ſi
8 laudes eum quem cohortere. Habes de Caluo iu-
dicium & conſilium meum: conſilium, quod hor-
tandi cauſſa laudaui[27]: iudicium, quod de ingenio
9 eius valde exiſtimaui bene. Reliquum eſt, tuam
profectionem amore proſequar[28]: reditum ſpe
exſpectem: abſentem memoria[29] colam. Omne
deſiderium[30] litteris mittendis accipiendisque le-
10 niam. Tu velim tua in me ſtudia & officia mul-
tum[31] tecum recordere: quae[32] cum tibi liceat, mihi
nefas ſit obliuiſci, non modo virum bonum me ex-
iſtimabis, verum etiam te a me amari plurimum iu-
dicabis. Vale.

M. TVL-

18. non opus eſt, vt. 19. cum putarem, eas non magis
exituras eſſe in vulgus, quam has, quas nunc legis. 20.
putamus lecturos eſſe. 21. ſcribimus id. 22. ille. 23. etſi
vero ille in hoc iudicio & genere ſcribendi fallebatur, ta-
men adſequebatur in eo, quod probaret. 24. occultae,
viel verborgene vnd nicht gemeine Erudition. 25. keine
groſſe Krafft vnd Nachdruck. 26. vim. 27. quod eum
ideo laudaui, vt eum ſimul hortarer. 28. vt amor meus
te comitetur in tuo itinere. 29. recorder. 30. tui. 31.
ſaepius. 32. quae omnia cum tibi liceat facere.

LIBER

Digitized by Google

# M. TVLLII CICERONIS EPISTOLARVM AD TIRONEM
# LIBER XVI.

## I.

## M. T. C. ET CICERO MEVS, ET FR. ET FRATRIS FIL. TIRONI S. P. D.

*Suum deſiderium Tironi, quem Patris aegrotum reliquerat, cum ex prouincia domum iret, ſignificat.*

PAullo facilius putaui poſſe me ferre
deſiderium tui, ſed plane non fero[1]:
& quamquam magni ad honorem
noſtrum[2] intereſt, quamprimum ad
vrbem me venire; tamen peccaſſe
mihi videor, qui[3] a te diſceſſerim. Sed quia tua 2
voluntas ea videbatur eſſe, vt prorſus, niſi confirmato
corpore[4], nolles nauigare, approbaui tuum
conſilium: neque nunc muto, ſi tu in eadem es
ſententia. ſin[5] poſteaquam cibum cepiſti, videris
tibi, poſſe me conſequi[6], tuum conſilium eſt[7].
Marionem[8] ad te eo miſi, vt, aut tecum ad me 3
quamprimum veniret: aut, ſi tu morarere[9], ſta-
tim

LIBER XVI.

I.

1. hoc deſiderium tui ferre non poſſum. 2. ad conſeruationem honoris noſtri. 3. in eo, quod. 4. reſtituta ſanitate corporis tui. 5. quod ſi vero. 6. mich einhoen. 7. id tu potes deliberare. 8. ſeruum. 9. diutius.



Digitized by Google

4 tim ad me rediret. Tu autem hoc tibi perſuade,
ſi commodo[10] valetudinis tuae fieri poſſit, nihil
me malle quam te eſſe mecum. ſi autem intelliges
opus eſſe, te Patris[11] conualeſcendi[12] cauſſa paul-
lum commorari, nihil me malle[13], quam te valere.
5 Si ſtatim nauigas nos Leucade[14] conſequere: ſin
te confirmare[15] vis, & comites[16], & tempeſtates,
& nauem idoneam vt habeas, diligenter videbis[17].
6 Vnum illud, mi Tiro, videto, ſi me amas, ne te Ma-
rionis aduentus, & hae litterae moueant[18]. quod
valetudini tuae maxime conducet[19], ſi feceris,
7 maxime obtemperaris voluntati meae. Haec pro
tuo ingenio[20] conſidera. nos ita te deſideramus,
vt amemus. amor, vt valentem[21] videamus, hor-
tatur[22]: deſiderium[23], vt quamprimum[24]. Illud
igitur potius[25]. Cura ergo potiſſimum, vt valeas:
de tuis innumerabilibus, in me officiis, erit hoc
gratiſſimum. III. nonas Nouembres[26].

II. M.

10. ſine incommodo. 11. in vrbe Patris. 12. vt conua-
leſcas. 13. perſuade tibi, me nihil magis cupere. 14.
oppidum inſulae Leucadiae. 15. auscuriren. 16. iti-
neris. 17. conſiderabis. 18. ad faciendum iter inop-
portunum. 19. vtile erit. 20. prudentia. 21. te ſa-
num. 22. me. 23. hortatur me. 24. te videamus.
25. ienes aber gehet allen andern vor. 26. die III. No-
vembris.

II. I. ſcri-

Digitized by Google

## II.

## M. T. C. TIRONI S. P. D.

*Sollicitudinem ſuam ſignificat, ſuumque ad Alyziam acceſſum: valetudinem vt curet, rogat.*

NOn queo ad te [1], nec lubet ſcribere, quo animo
ſim adfectus [2]: tantum [3] ſcribo, & tibi & mihi
maximae voluptati [4] fore, ſi te firmum [5] quampri-
mum videro. Tertio die abs [6] te ad Alyziam [7] 2
acceſſeramus: Is locus eſt citra Leucadem [8] ſtadia [9]
cxx. Leucade [10] aut te ipſum, aut tuas litteras a
Marione putabam me accepturum. Quantum
me diligis, tantum fac vt valeas, vel [11] quantum [12]
te a me ſcis diligi. Nonis Nouemb [13]. Alyzia.

II.

1. ſcribere. 2. wie mir zu muthe ſey, quoniam careo tua praeſentia. 3. hoc tantummodo. 4. gratiſſimum. 5. valentem, ſanum. 6. poſtquam diſceſſeramus abs te. 7. locum Acarnaniae regionis in Epeiro. 8. oppidum in inſula eiusdem nominis. 9. ſtadium eſt ſpatium cxxv. paſſuum. 10. in vrbe. 11. vel tantum fac vt valeas. 12. in quantum ſcis te diligi a me? 13. die v. Nouembr.

## III.

## TVLLIVS ET CICERO TIRONI SVO ET Q. PATER ET Q. FIL. S. D.

*Rogat, vt omni cura valetudini ſeruiat.*

NOs apud Alyziam, ex quo loco tibi litteras ante dederamus, vnum diem commorati ſumus: quod Q [2]. nos conſecutus non erat. Is dies fue-

rat

III.

1. Per. 2. Quintus frater meus.



Digitized by Google

rat nonae Nouembris. Inde ante lucem[3] proficiſcentes, ante diem VIII. idus Nouemb[4]. has litte-
2 ras dedimus. Tu ſi nos omnes amas, & praecipue me magiſtrum[5] tuum, confirma te. Ego valde ſuſpenſo[6] animo exſpecto, primum te ſcilicet, deinde Marionem[7] cum tuis litteris. Omnes cupimus, ego in primis, quamprimum te videre, ſed, mi Ti-
3 ro, valentem[8]. Quare nihil properaris[9]: ſatis quotidie videro[10], ſi valebis. Vtilitatibus[11] tuis poſſum carere: te valere, tua cauſſa primum volo, tum mea, mi Tiro. Vale.

3. ante ortum lucis. 4. die VI. Nouembr. 5. dominum. 6. anxio. 7. ſeruum. 8. ſanitati priſtinae reſtitutum. 9. debes properare. 10. te. 11. officiis.

## IV.

## M. T. C. ET Q. FR. ET Q. FIL. TIRONI S.

*Tota cohortatio eſt ad curandam valetudinem.*

VArie ſum adfectus[1] tuis litteris: valde priore pagina[2] perturbatus[3], paullum altera[4] recrea-
2 tus. Quare nunc quidem non dubito, quin quoad[5] plane valeas, te neque nauigationi, neque viae committas. Satis te mature videro, ſi plane con-
3 firmatum[6] videro. De medico, & tu bene exiſtimari ſcribis, & ego ſic audio. Sed plane curationes[7] eius non probo. Ius[8] enim dandum tibi non fuit, cum κακοστόμαχος[9] eſſes: ſed tamen & ad il-

IV.

1. varios affectus excitarunt in me tuae litterae. 2. epiſtolae. 3 in triſtitiam datus. 4. pagina. 5. donec, vſque dum. 6 ſanum. 7. Art zu curiren. 8. Brühen. 9. laborans imbecillitate ſtomachi.

10. me

Digitized by Google

ad illum [10] ſcripſi accurate, & ad Lyſonem. Ad
Curium vero ſuauiſſimum hominem, & [11] ſummi
officii, ſummaeque humanitatis, multa ſcripſi. In 4
his etiam [12], vt, ſi tibi videretur, te ad ſe transfer-
ret [13]. Lyſo enim noſter vereor ne negligentior
ſit: primum, quia omnes Graeci [14]. deinde, quod,
cum a me litteras accepiſſet, mihi nullas remiſit:
ſed eum tu laudas. Tu igitur quid faciendum ſit,
iudicabis. Illud, mi Tiro, te rogo, ſumtui ne par- 5
cas vlla in re, quod ad valetudinem [15] opus ſit. ſcri-
pſi ad Curium, quod dixiſſes, daret [16]. medico ipſi
puto aliquid dandum eſſe, quo ſit ſtudioſior [17]. In- 6
numerabilia tua ſunt in me officia, domeſtica, fo-
renſia [18], vrbana, prouincialia, in re priuata, in pu-
blica, in ſtudiis, in litteris noſtris. Omnia vice-
ris [19], ſi, vt ſpero, te validum videro. Ego puto 7
te belliſſime [20], ſi recte erit [21], cum quaeſtore Meſ-
cinio decurſurum [22]: non inhumanus eſt, teque,
vt mihi viſus [23] eſt, diligit. & cum valetudini tuae
diligentiſſime conſulueris, tum, mi Tiro, conſulito
nauigationi. nulla in re iam te feſtinare volo. nihil
laboro [24], niſi, vt ſaluus ſis. Sic habeto [25] mi Tiro, 8
neminem eſſe, qui me amet, quin idem te [26] amet:
&, cum [27] tua, & mea maxime intereſt te valere,
tum

10. medicum. 11. & hominem. 12. inter haec etiam cripſi ei. 13. ad te ire vellet. 14. ſolent eſſe negligentiores. 15. tuam. 16. tibi. 17. vt eo maiorem adhibeat diligentiam. 18. quae mihi praeſtitiſti in foro. 19. alia officia tua ſuperabis. 20. commodiſſime. 21. tua valetudo. 22. iter te facturum eſſe. 23. wie er mir vorkommt. 24. nihil aliud curo. 25. id perſuade tibi. 26. quoque pariter. 27. & non ſolum mea intereſt, ſed etiam tua potiſſimum.

28. prae-

Digitized by Google

tum multis eſt curae [28]: adhuc, dum mihi nullo loco deeſſe vis, nunquam te confirmare [29] potuiſti.
9 Nunc te nihil impedit: omnia [30] depone, corpori ſerui. quantam diligentiam in valetudinem tuam contuleris, tanti me fieri [31] iudicabo. Vale, mi Tiro, vale, vale, & ſalue. Lepta tibi ſalutem dicit, & omnes. Vale. VII. idus Nouembr [32]. Leucade.

28. praeterea etiam multi curam habent de tua valetudine. 29. in ſanitate. 30. alia negotia. 31. aeſtimari a te. 32. die VII. Nouembris.

## V.

## TVLLIVS ET CICERO ET Q. Q. TIRONI HVMANISS. ET OPT. S. P. D.

*Rogat Tironem, vt valetudinem curet.*

VIde quanta in te ſit ſuauitas [1]: duas horas Thyrei [2] fuimus: Xenomenes hoſpes [3] tam [4] te diligit, quam [5] ſi vixerit tecum [6]. Is omnia pollicitus eſt, quae tibi eſſent opus [7]: facturum [8] puto. mihi placebat [9], ſi firmior [10] eſſes, vt te Leucadem deportares [11], vt ibi te plane confirmares [12]. Videbis quid Curio: quid Lyſoni, quid medico placeat [13].
2 Volebam ad te Marionem remittere [14], quem, cum me-

V.

1. Humanitas, Leutſeeligkeit. 2. locus obſcurus. 3. noſter. 4. non aliter. 5. ac ſi. 6. iamdudum conuerſatus eſſet. 7. neceſſaria. 8. puto, eum ſeruaturum eſſe, quae promiſit. 9. mea ſententia erat. 10. valentior, wann du beſſer zu Kräfften kommeſt. 11. curares deportandum. 12. reciperes valetudinem priſtinam, vollends auscurireteſt. 13. quae eorum ſententia ſit de tuo morbo. 14. zurückſchicken.

15. ſi co

meliuſcule tibi eſſet[15], ad me mitteres[16]: ſed co-
gitaui vnas[17] litteras Marionem adferre poſſe, me
autem crebras exſpectare[18]. Poteris igitur[19], &
facies, ſi me diligis, vt quotidie ſit Acaſtus[20] in por-
tu. Multi erunt quibus recte[21] litteras dare poſſis,
qui ad me libenter perferant[22]. equidem Patras[23]
euntem neminem praetermittam. Ego omnem 3
ſpem tui diligenter curandi[24] in Curio habeo: ni-
hil poteſt illo fieri[25] humanius, nihil noſtri aman-
tius[26]. Ei te totum trade. malo[27] te paullo poſt
valentem[28], quam ſtatim[29] imbecillum videre.
Cura igitur nihil aliud, niſi vt tu valeas, cetera ego 4
curabo. etiam[30] atque etiam vale. Leucade pro-
ficiſcens[31] VII. idus Nouemb[32].

15. ſi tu melius paullo valeres, wenn es ein wenig beſſer mit dir würde. 16. poſſes mittere. 17. vnam modo epiſtolam. 18. a te. 19. facere. 20. ſeruus meus. 21. commode, opportune. 22. has litteras tuas. 23. ego quidem neminem praetermittam, qui proficiſcitur Patras. 24. tuae curationis & liberationis a morbo. 25. eſſe; nemo eſt tam humanus, quam hic Curius, 26. & nemo nos magis amat, quam ille. 27. magis cupio. 28. ſanum. 29. mox aegrotum. 30. plurimum. 31. ſcripſi haec cum Leucade proficiſcerer. 32. die VII. Nouembr.

## VI.

## M. TVLLIVS CIC. PATER ET FIL. ET Q. Q. TIRONI S. D.

*Rogat, ne quid omittat quod ad recuperandam valetudinem ſpectet.*

TErtiam ad te hanc epiſtolam ſcripſi eadem die, magis inſtituti mei tenendi cauſſa[1], quia nactus eram[2],

VI.

1. magis ideo, vt conſuetudinem meam obſeruarem.

2. quia

Digitized by Google

eram[2], cui darem[3], quam quod haberem quid ſcriberem. Igitur[4] illa: quantum me diligis, tantum adhibe in te[5] diligentiae.
2 Ad tua innumerabilia in me officia adde hoc[6], quod mihi erit gratiſſimum omnium[7]: cum valetudinis rationem[8], vt
3 ſpero, habueris, habeto etiam nauigationis[9]. In Italiam euntibus omnibus ad me litteras dabis, vt[10] ego euntem Patras neminem praetermitto. Cura te[11], mi Tiro: quando non contigit[12], vt ſimul nauigares[13], nihil[14] eſt, quod feſtines, nec quidquam cures, niſi vt valeas. Etiam atque etiam. Vale VII. idus Nouembris[15]. Actio[16], veſperi.

2. quia aliquem hominem acceperam; 3. dare poteram litteras meas ad te. 4. ſcribo & inculco iterum ea, de quibus ſaepiſſime iam ſcripſi. 5. curando. 6. etiam adhuc beneficium, vt quamprimum conualeſcas. 7. officiorum. 8. quando habueris curam ſanitatis tuae. 9. curam. 10. quemadmodum. 11. tuam valetudinem. 12. quoniam id tibi non contigit, weil es dir nun ſo gut nicht hat werden mögen. 13. mecum. 14. non neceſſe eſt, nullam cauſſam feſtinandi habes. 15. die VII. Nouembris. 16. in vrbe Actio, prope quod poſtea Antonius victus fuit ab Auguſto Caeſare. vnde pugna Actiaca nomen accepit.

## VII.

## M. T. C. TIRONI S. P. D.

*Aduerſis ventis ſe teneri ſcribit: vt valetudinem curet, nec niſi confirmatus nauiget, hortatur.*

SEptimum[1] iam diem Corcyrae[2] tenebamur[3], Quintus autem frater[4] & filius[5] Buthroti[6]. Sol-
liciti

VII.

1. vsque in. 2. inſula cum oppido huius nominis in mari mediterraneo, hodie dicitur Corfù. 3. detinebamur, propter ventos aduerſos. 4. meque. 5. noſter, detinebantur. 6. vrbs non procul a Leucade.

7. ma-

Digitized by Google

liciti eramus[7] de tua valetudine mirum in modum[8]: nec mirabamur nihil a te litterarum[9]. iis enim ventis iſtinc nauigatur[10], qui ſi eſſent[11], nos Corcyrae non ſederemus[12]. Cura igitur te, & 2
confirma[13]: & cum[14] commode, & per[15] valetudinem, & per[16] anni tempus nauigare poteris, ad nos amantiſſimos tui[17] veni. Nemo nos amat, qui te non diligat. Carus omnibus, exſpectatusque[18] 3
venies. Cura vt valeas etiam atque etiam[19] Tiro noſter. Vale. xv. kalend. Nouemb[20]. Corcyra.

7. magnam curam habebamus. 8. vehementer, magnopere. 9. mitti ad nos. 10. his etiam ventis opus eſt, quando iſthinc a nobis nauigatur ad vos. 11. ſi iſti venti non flarent. 12. detineremur otioſi. 13. fac, vt plene conualeſcas. 14. quando. 15. propter. 16. propter. 17. veni ad nos, qui te amamus & exſpectamus. 18. tu venies ad nos, qui te amamus vehementer. 19. omni cura fac. 20. die xviii. Octobris.

## VIII.

## Q. C. TIRONI S.

Q. Cicero, quanta ſibi Tironis valetudo ſit, amantiſſimis verbis oſtendit.

*Magnae nobis eſt ſollicitudini valetudo tua. Nam tametſi, qui veniunt*[1], ἀκίνδυνα μὲν, χρονιώτερα δὲ[2] *nuntiant: tamen in magna conſolatione ingens ineſt ſollicitudo, ſi diutius a nobis afuturus eſt is, cuius vſum*[3] *& ſuauitatem deſiderando*[4] *ſentimus. Attamen quamquam videre de tota cogita-* 2
*tione cupio: tamen te penitus rogo, ne te tam longae naui-*

VIII.

1. illi qui veniunt ad me. 2. tuta quidem, ſed diuturniora. 3. conuerſationem. 4. in ipſo deſiderio.

5. in

Digitized by Google

*nauigationi, & viae per hiemem[5], niſi bene ſirmum[6]*
3 *committas: neue nauiges, niſi explorate[7]. Vix in ipſis tectis[8] & oppidis frigus infirma valetudine vitatur[9], nedum[10] in mari, & via ſit facile, abeſſe ab iniuria temporis[11].*

ψύχος δὲ λεπτῷ χρωτὶ πολεμιώτατον[12],

*inquit Euripides: cui tu quantum credas[13], neſcio. Ego certe ſingulos eius verſus, ſingula eius teſtimo-*
4 *nia puto. Effice, ſi me diligis, vt valeas: & vt ad nos firmus, ac valens quamprimum venias. Ama nos, & vale. Q. F[14]. tibi ſalutem plurimam dicit.*

5. in tempore hyemali. 6. ſanum. 7. quando ſcies, omnia eſſe tuta. 8. domibus. 9. euitari poteſt. 10. geſchweige denn, daſs. 11. a tempeſtatibus & frigore. 12. frigus vero tenui cuti inimiciſſimum eſt. 13. quantam fidem habeas. 14. Quintus frater meus.

## IX.

## M. T. ET C. ET Q. TIRONI S. P. D.

*Nauigationis deſcriptio, & ad curandam valetudinem plenior cohortatio.*

NOs a te, vt ſcis, diſceſſimus a. d. IV. nonas Nouemb[1]. Leucadem venimus[2] a. d. VIII. idus Nouemb[3]. a. d. VII[4] Actium[5]. ibi propter tempeſtatem ad VI. idus[6] morati ſumus[7]. Inde[8] a. d. V. idus[9] Corcyram[10] belliſſime[11] nauigauimus.

Corcy-

IX.

1. die II. Nouembr. 2. ad vrbem. 3. die VI. Nouemb. 4. die VII. Nou. 5. ad oppidum. 6. die VIII. Nou. 7. manſimus. 8. ex hoc loco. 9. die IX. Nou. 10. inſulam. 11. commodiſſime.

12. die

Digitized by Google

Corcyrae fuimus vſque ad xvi. kalend. De- 2
cemb[12]. tempeſtatibus retenti[13]. a. d. xv. kal. De-
cemb[14]. in portum Corcyraeorum ad Caſſiopen[15]
ſtadia cxx. proceſſimus[16]. ibi retenti ventis[17] fui-
mus vſque ad ix. kalend[18]. Interea qui cupide[19]
profecti ſunt, multi naufragia fecerunt. Nos eo 3
die coenati[20] ſoluimus[21]. inde auſtro leniſſimo[22],
caelo ſereno[23], nocte illa & die poſtero in Italiam
ad Hydruntem ludibundi[24] peruenimus: eodem-
que vento poſtridie (id erat a. d. vii. kalend. De-
cemb[25].) hora quarta Brunduſium venimus: eo-
demque tempore ſimul nobiſcum in oppidum in-
troiit Terentia[26], quae te facit plurimi[27]. A. d. v. 4
kalend. Decemb[28]. ſeruus Cn. Plancii Brunduſii
tandem aliquando mihi a te exſpectatiſſimas[29] lit-
teras reddidit, datas[30] idibus Nouemb[31]. quae me
moleſtia[32] valde leuarunt, vtinam omnino liberaſ-
ſent. Sed tamen Aſclapo medicus plane confir-
mat[33], propediem[34] te valentem[35] fore. Nunc 5
quid ego te horter? vt omnem diligentiam adhi-
beas ad conualeſcendum[36]. Tuam prudentiam,
tempe-

12. die xvi. Nou. 13. retenti propter tempeſtates aduerſas. 14. die xvii. Nou. 15. locus ad portum Corcyraeorum. 16. progreſſi ſumus. 17. per ventos aduerſos. 18. die xxiii. Nou. 19. nimis cito. 20. cum ſumſiſſemus coenam. 21. nauem e portu, wir fuhren fort. 22. mit einem gelinden Sudwinde. 23. bey hellen vnd guten Wetter. 24. gleichſam ſpielende. 25. die xxv. Nou. 26. vxor mea. 27. quae te non parum aeſtimat & diligit. 28. die xxvii. Nou. 29. quas dudum exſpectaui. 30. ſcriptas. 31. die xxviii. Nou. 32. cura ob valetudinem tuam aduerſam. 33. verſichert mich allerdings. 34. proxime. 35. reſtitutum priſtinae ſanitati. 36. vt conualeſcas.



Digitized by Google

temperantiam, amorem erga me noui. Scio te
omnia facturum[37], vt nobiſcum quamprimum
ſis[38]. Sed tamen ita velim[39], vt ne quid properes.
6 Symphoniam[40] Lyſonis velim vitaſſes: ne in quar-
tam hebdomada incideres[41]. ſed quando pude-
ri[42] tuo maluiſti obſequi, quam valetudini, reliqua
cura[43]. Curio miſi[44], vt medico honos habere-
tur[45]: & tibi daret, quod opus eſſet: me[46], cui iuſ-
ſiſſet, curaturum. Equum & mulum Brunduſii tibi
7 reliqui. Romae vereor ne ex kalend. Ianuar[47].
magni tumultus ſint[48]. nos agemus omnia modi-
ce[49]. Reliquum eſt, vt te hoc rogem & a te petam,
ne temere[50] nauiges. Solent nautae feſtinare
quaeſtus ſui cauſſa[51]. Cautus ſis, mi Tiro. Mare
8 magnum & difficile tibi reſtat. Si poteris, cum
Meſcinio[52]: caute is ſolet nauigare: ſi minus, cum
honeſto aliquo homine, cuius auctoritate[53] naui-
9 cularius[54] moueatur. In hoc omnem diligentiam
ſi adhibueris, teque nobis incolumem praeſtiteris,
omnia a te habebo[55]. Etiam atque etiam noſter
Tiro vale. Medico, Curio, Lyſoni de te ſcripſi
diligentiſſime[56]. Vale, Salue.

X. M.

37. eſſe. 38. vt venias ad nos. 39. ita volo, vt tu id facias. 40. inuitationem, liebliche vnd freundliche Lockung. 41. morbus tuus produceretur. 42. quoniam maluiſti cum pudore facere. 43. curare etiam debes. ne incidas in morbum grauiorem. 44. iuſſi per litteras. 45. vt praemium daretur medico. 46. me curaturum eſſe, vt iſtud reddatur, cui iuſſiſſet reddi. 47. in quo die comitia populi erant. 48. oriantur. 49. moderate. 50. imprudenter. 51. propter quaeſtum, aus Gewinſt-Begierde. 52. nauta proficiſcaris. 53. per auctoritatem. 54. nauta, der Schiffs-Patron. 55. putabo, te feciſſe mihi rem valde gratam. 56. ſingulari cura.

X. I. omni-

X.

# M. T. C. TIRONI S. P. D.

*Tironem ad ſe venire cupit, ſed viam timet, ne valetudini noceat. Eius operam in ſtudiis laudat & exigit.*

EGo vero[1] cupio te ad me venire[2], ſed viam timeo[3]. grauiſſime aegrotaſti; inedia[4] & purgationibus, & vi ipſius morbi conſumtus[5] es. graves ſolent offenſiones eſſe ex grauibus morbis[6], ſi quae culpa commiſſa[7] eſt. Iam ad id biduum[8], 2
quod[9] fueris in via[10], dum[11] in Cumanum venis, accedent continuo[12] ad reditum[13] dies quinque. Ego in Formiano[14] ad[15] III. kal[16]. eſſe[17] volo. ibi te, vt firmum[18] offendam[19], mi Tiro, effice[20]. Lit- 3
terulae meae[21], ſiue noſtrae[22] potius, tui deſiderio oblanguerunt[23]. Hac tamen epiſtola[24], quam Acaſtus[25] attulit, oculos[26] paullulum ſuſtulerunt. Pompeius erat apud me, cum haec ſcribebam. hilare & libenter ei cupienti audire noſtra, dixi[27],

X.

1. omnino. 2. vt tu venias ad me. 3. timeo, ne difficultas viae ſeu itineris noceat ſanitati tuae. 4. per inediam, faſten, Hunger leiden. 5. debilitatus. 6. graves dolores oriri ſolent ex grauibus morbis. 7. ſi diaeta negligitur. 8. ad hos duos dies. 9. quamdiu. 10. itinere. 11. donec. 12. ſtatim. 13. vsque dum redieris. 14. praedio, prope vrbem Formias. 15. ad diem. 16. die xxx. Decembris. 17. manere, venire. 18. reſtitutum ex morbo. 19. inueniam. 20. cura, da operam. 21. ſtudia mea. 22. quae nobis inuicem communes ſunt. 23. refrixerunt, intermiſſa ſunt, quoniam carui tua praeſentia. 24. propter tuam epiſtolam. 25. ſeruus meus. 26. quaſi ex ſomno quodam diuturno.



Digitized by Google

4 xi[27], ſine te omnia ea muta eſſe[28]. Tu Muſis noſtris para, vt operas reddas[29]. noſtra ad diem dictam fient[30]. docui enim te fides ἔτυμον quod haberet[31]. Fac plane vt valeas. nos ad ſummum[32]. Vale XIIII. kal[33]. Ianuarii.

27. dixi ei hilare ac lubenter, quoniam cupiebat audire aliquid de noſtris rebus & ſtudiis communibus. 28. me omnia tentare ac ſuſcipere fruſtra ſine te. 29. effice, vt Muſis meis priſtinam diligentiam reddas. 30. noſtra promiſſa facta ad diem conſtitutum fient. 31. docui enim te, quam etymologiam ſeu originem haberet vocabulum *fides*; nempe a *fieri*, quando id *fit*, quod dictum eſt. 32. valemus optime. 33. die XIX. Decembris.

## XI.

## M. T. ET C. TERENTIA ET TVLLIA, Q. FR. ET Q. F. TIRONI S. P. D.

*Rogat vt valetudinis vnice rationem habeat. De ſuo ad vrbem aduentu: de turbato ſtatu reip. & de triumpho ac Campana praefectura ſignificat.*

ETſi opportunitatem[1] operae tuae[2] omnibus locis[3] deſidero[4]: tamen non tam mea, quam tua cauſſa[5] doleo, te non valere[6]. Sed quum in quartanam[7] conuerſa vis[8] eſt morbi[9] (ſic enim ſcribit Curius) ſpero te diligentia adhibita[10] etiam firmiorem[11] fore. modo fac id, quod humanitatis tuae[12]

XI.

1. commoditatem, vtilitatem. 2. auxilii. 3. in. 4. vermiſſe. 5. non tam propter me, quam potius propter te. 6. quod non recte valeas. 7. poſtquam in febrem quotidianam. 8. vehementia. 9. tui. 10. ſi adhibebis diligentiam. 11. te recuperaturum eſſe priſtinam ſanitatem.

12. decet

Digitized by Google

tuae[12] eſt, ne quid aliud cures hoc tempore, niſi
vt[13] quàm commodiſſime conualeſcas. Non igno- 2
ro quantum ex deſiderio[14] labores[15]: ſed erunt
omnia facilia, ſi valebis[16]. feſtinare te nolo, ne
nauſeae[17] moleſtiam ſuſcipias aeger[18], & pericu-
loſe[19] ſe hieme[20] nauiges. Ego ad vrbem[21] ac- 3
ceſſi pridie nonas Ianuarias[22]. obuiam mihi ſic eſt
proditum[23], vt nihil poſſit fieri ornatius[24]. Sed
incidi in ipſam flammam ciuilis diſcordiae, vel po-
tius belli: cui cum cuperem mederi[25], &, vt arbi-
tror, poſſem[26], cupiditates[27] certorum hominum
(nam ex vtraque[28] parte ſunt[29], qui pugnare cu-
piant) impedimento mihi fuerunt[30] omnino. Et 4
ipſe Caeſar, amicus noſter, minaces ad ſenatum &
acerbas litteras miſerat: & erat adhuc impudens[31],
qui[32] exercitum & prouinciam[33] inuito ſenatu[34]
teneret[35]: & Curio meus[36] illum incitabat. . An-
tonius quidem poſt[37] & Q. Caſſius nulla vi expul-
ſi[38] ad Caeſarem cum Curione, profecti erant. Po- 5
ſteaquam ſenatus conſulibus, praetoribus, tribu-
nis

12. decet humanitatem tuam. 13. quam hos, vt. 14. ob deſiderium mecum conuerſandi. 15. ſollicitus ſis. 16. ſi modo ſanus eris. 17. Schiffs-oder Seekranckheit. 18. ſi adhuc aeger eſſes. 19. cum periculo ſanitatis tuae. 20. in hyeme. 21. Romam. 22. die VI. Ianuarii. 23. homines in tanta copia mihi obuiam venerunt. 24. maiori cum honore. 25. cum vero ego vellem adferre remedium huic diſcordiae. 26. etiam adferre remedium. 27. pugnandi. 28. & Pompeii & Caeſaris. 29. aliqui. 30. me impedierunt. 31. vnd er war noch darzu ſo vnverſchämt. 32. vt. 33. Gallicam. 34. contra voluntatem ſenatus. 35. retineret. 36. amicus inſtigabat Caeſarem. 37. poſtea. 38. tametſi non excellebantur per vim.



Digitized by Google

nis pl. & nobis, qui proconſules ſumus, negotium dederat[39], vt curaremus, ne quid reſpub. detrimenti caperet[40]: nunquam maiore in periculo ciuitas fuit: nunquam improbi ciues habuerunt paratiorem ducem[41].
6 Omnino ex hac quoque parte[42] diligentiſſime comparatur[43]. Id fit auctoritate & ſtudio Pompeii noſtri, qui Caeſarem ſero[44] coepit timere.
7 Nobis[45] inter has turbas[46] ſenatus tamen frequens[47] flagitauit triumphum: ſed Lentulus conſul quo maius ſuum beneficium faceret[48], ſimulatque expediſſet[49], quae eſſent neceſſaria de republica, dixit ſe relaturum[50]. Nos agimus[51] nihil cupide: eoque[52] eſt noſtra pluris auctoritas[53].
8 Italiae regiones deſcriptae ſunt[54], quam quisque partem tueretur[55]. Nos Capuam ſumſimus[56]. Haec te ſcire volui. Tu etiam atque etiam cura vt valeas, litterasque ad me mittas, quotiescunque habebis[57] cui des[58]. Etiam atque etiam vale. D. pridie idus Ianuar[59].

XII.

39. Commiſſion gegeben hatte. 40. ne reſp. incideret in aliquod damnum & periculum. 41. quam Caeſarem. 42. Pompeii. 43. apparatus. 44. nunmehr all zu ſpäte. 45. mihi, pro me. 46. ciuium. 47. copioſus ac multus. 48. vt poſſet eo praeclarius mereri de me. 49. confeciſſet ea. 50. ſe velle in Senatu proponere deliberationem de meo triumpho. 51. cum vehementia. 52. & eapropter. 53. mea auctoritas maior eſt in vtraque parte. 54. diſtributae. 55. tueri deberet. 56. defendere. 57. aliquem. 58. cui poſſis illas dare. 59. die XIV. Ianuarii.



Digitized by Google

## XII.

## M. T. C. TIRONI SVO S. P. D.

*Deplorat ſtatum reipublicae: initia belli ciuilis exponit: Tironem, vt valetudinis rationem rediturus habeat, admonet.*

QVo in diſcrimine[1] verſetur ſalus mea,& bono-
rum [2] omnium, atque vniuerſae reipub. ex eo
ſcire potes, quod[3] domos noſtras, & patriam
ipſam vel diripiendam, vel inflammandam reliqui-
mus. In eum locum[4] res deducta eſt, vt niſi qui[5]
deus, vel caſus aliquis ſubuenerit[6], ſalui eſſe ne-
queamus. Equidem vt[7] veni ad vrbem[8], non de- 2
ſtiti omnia & ſentire & dicere & facere, quae ad
concordiam pertinerent: ſed mirus inuaſerat fu-
ror, non ſolum improbis[9], ſed etiam his, qui bo-
ni[10] habentur, vt pugnare cuperent, me claman-
te[11], nihil eſſe bello ciuili miſerius. Itaque cum 3
Caeſar amentia[12] quadam raperetur, & oblitus
nominis atque honorum ſuorum, Ariminum, Pi-
ſaurum, Anconam, Aretium[13] occupauiſſet, vr-
bem[14] reliquimus; quam ſapienter, aut quam for-
titer[15], nihil attinet[16] diſputare. Quo quidem in 4
caſu ſimus, vides. Feruntur omnino conditio-
nes[17] ab illo[18], vt Pompeius eat in Hiſpaniam: di-
lectus, qui ſunt habiti, & praeſidia noſtra dimittan-
tur,

XII.

1. Periculo. 2. ciuium. 3. quia. 4. ſtatum. 5. aliquis. 6. auxilio nobis. 7. poſtquam. 8. Romam. 9. in animos improborum. 10. pro bonis ciuibus. 11. licet ego clamarem. 12. ex. 13. oppida Italiae. 14. Romam. 15. id factum ſit a nobis. 16. neceſſe non eſt. 17. pacis. 18. Caeſare.



Digitized by Google

tur, ſe[19] vlteriorem Galliam Domitio, citeriorem Conſidio Noniano (his enim obtigerunt[20]) traditurum[21]: ad conſulatus petitionem ſe venturum[22]: neque ſe iam velle, abſente ſe, rationem haberi ſui[23]: ſe praeſentem trinum nundinum[24]
5 petiturum[25]. Accepimus conditiones[26]: ſed ita, vt remoueat[27] praeſidia ex his locis, quae occupauit, vt ſine metu de iis ipſis conditionibus Ro-
6 mae ſenatus haberi poſſit. Id ille ſi fecerit, ſpes eſt pacis non honeſtae. leges enim imponuntur[28]: ſed quiduis eſt melius[29], quam ſic eſſe[30], vt ſumus[31]. Sin autem ille[32] ſuis conditionibus ſtare[33] noluerit, bellum paratum eſt, eiusmodi tamen, quod ille ſuſtinere non poſſit: praeſertim cum a ſuis conditionibus ipſe fugerit[34], tantummodo vt eum intercludamus, ne ad vrbem poſſit accedere: quod
7 ſperabamus fieri poſſe. Dilectus enim magnos habebamus, putabamusque illum metuere, ſi ad vrbem ire coepiſſet, ne Gallias amitteret, quas ambas habet inimiciſſimas, praeter Tranſpadanos[35]. Ex Hiſpaniaque ſex legiones, & magna auxilia, Afranio & Petreio ducibus, habet a tergo. Videtur, ſi inſaniet[36], poſſe opprimi, modo vt vrbe
8 ſalua[37]. Maximam autem plagam[38] accepit, quod iis, qui

19. Caeſarem. 20. illae prouinciae adminiſtrandae ex SCto. 21. eſſe. 22. eſſe. 23. in hoc Conſulatu. 24. tertius nundinarum dies, in quem comitia indicta. 25. eſſe. 26. a Caeſare oblatas. 27. ille deducat. 28. nobis. 29. ferre. 30. diutius. 31. quomodo nunc ſumus. 32. Caeſar. 33. ſeruare. 34. receſſerit. 35. praeter illas gentes, quae habitant trans fluuium Padum. 36. ſi Caeſar perget inſanire. 37. modo id ita fiat, vt vrbs conſervetur. 38. damnum.

39. belli

Digitized by Google

is, qui ſummam auctoritatem in illius exercitu ha-
bebat, T. Labienus, ſocius ſceleris[39] eſſe noluit:
reliquit illum, & nobiſcum eſt, multique idem fa-
cturi eſſe dicuntur. Ego adhuc orae maritimae 9
praeſum a Formiis[40]. Nullum malus negotium
ſuſcipere volui, quo plus apud illum[41] meae litte-
rae, cohortationesque ad pacem valerent. Sin au-
tem erit bellum, video me caſtris & certis legioni-
bus praefuturum. Habeo etiam illam moleſtiam, 10
quod Dolabella noſter apud Caeſarem eſt. Haec
tibi nota eſſe volui: quae caue, ne te perturbent &
impediant valetudinem tuam. Ego A[42]. Varroni, 11
quem cum amantiſſimum mei cognoui, tum etiam
valde tui ſtudioſum, diligentiſſime te commen-
daui, vt & valetudinis tuae rationem haberet, &
nauigationis, & totum te ſuſciperet ac tueretur:
quem omnia facturum confido. recepit[43] enim, &
mecum locutus eſt ſuauiſſime. Tu quum eo tem- 12
pore mecum eſſe non potuiſti, quo[44] ego maxime
operam & fidelitatem deſideraui tuam, caue fe-
ſtines, aut committas, vt aut aeger, aut hieme na-
viges. Nunquam ego ſero te veniſſe putabo, ſi
ſaluus veneris. Adhuc neminem videram, qui te 13
poſtea vidiſſet, quam M. Voluſius, a quo tuas lit-
teras accepi: quod non mirabar. Neque enim
meas puto ad te litteras tanta hieme[45] perferri.
Sed da operam, vt valeas: & ſi valebis, cum recte 14
nauigari poterit, tum nauiges. Cicero meus[46] in
For-

39. belli ciuilis. 40. inde vsque a Formiis per oram Campaniae. 41. Caeſarem. 42. Aulo. 43. promiſit. 44. tempore. 45. cum tam rigida ſit hyems. 46. filius.

Formiano erat: Terentia & Tullia Romae. Cura vt valeas. IIII. kalend. Febr[47]. Capua.

47. die XXIX. Ianuarii.

## XIII.

## M. T. C. TIRONI S. P. D.

*Cohortatio ad valetudinem curandam.*

OMnia a te data mihi putabo[1], ſi te valentem videro. ſumma cura[2] exſpectabam aduentum Menandri[3], quem ad te miſeram. Cura, ſi me diligis, vt valeas: & cum te bene confirmaris[4], ad nos venias. Vale. IIII. Idus Aprilis[5].

XIII.

1. putabo, omnia officia mihi exhiberi a te. 2. cum ſumma ſollicitudine animi. 3. ſerui. 4. in ſanitate. 5. die X. Aprilis.

## XIV.

## M. T. C. TIRONI S. P. D.

*Sollicitudinem ſuam, aegrotante Tirone, ſignificat, & valetudinem vt curet, hortatur.*

ANdricus[1] poſtridie ad me venit, quam exſpectaram. Itaque habui noctem plenam timoris ac miſeriae. Tuis litteris[2] nihilo ſum factus certior, quo modo te haberes[3]: ſed tamen ſum re-
2 creatus. Ego omni delectatione, litteriſque[4] omnibus careo: quas ante, quam te videro, attingere non poſſum. Medico mercedis quantum poſcet, promitti iubeto. id ſcripſi ad Vmmium.
3 Audio te animo angi, & medicum dicere ex eo[5] te

XIV.

1. ſeruus. 2. ex tuis. 3. valeres. 4. ſtudiis. 5. ex

Digitized by Google

eo[5] te laborare[6]. Si me diligis, excita ex ſomno tuas litteras humanitatemque[7], propter quam mihi es cariſſimus. Nunc opus eſt te animo valere, vt corpore poſſis[8]. Id cum tua, tum mea cauſſa facias a te peto. Acaſtum retine, quo commodius tibi miniſtretur. Conſerua te mihi[9]: dies promiſſorum[10] adeſt: quem etiam repraeſentabo, ſi adueneris. etiam atque etiam vale. IIII. idus[11], hora. VI. 4

5. ex animi aegritudine, melancholia. 6. aegrotum eſſe. 7. humaniores litteras. 8. valere. 9. ad meos vſus. 10. eorum, quae ego tibi promiſi. 11. die x. Aprilis.

## XV.

## M. T. C. TIRONI SVO S. P. D.

*Suam de Tironis valetudine ſollicitudinem ſignificat.*

AEgypta[1] ad me venit pridie idus Apriles[2]. Is etſi mihi nuntiauit te plane febri carere, & belle[3] habere: tamen quod[4] negauit te potuiſſe ad me ſcribere, curam mihi attulit, & eo magis, quod Hermia[5], quem eodem die venire oportuerat, non venerat. Incredibili ſum ſollicitudine de 2
tua valetudine: qua[6] ſi me liberaris, ego te omni cura liberabo. Plura ſcriberem ſi iam putarem 3
libenter te legere poſſe[7]. Ingenium tuum, quod ego maximi facio, confer ad te mihi, tibique conſeruandum[8]. Cura te etiam, atque etiam diligenter.

XV.

1. ſeruus. 2. die XII. April. 3. recte valere. 4. quia dixit, te non potuiſſe. 5. ſeruus. 6. ſollicitudine. 7. meas litteras. 8. confer & applica ingenium tuum ad conſeruandum te tibi mihique.

9. cum

Digitized by Google

4 ter. Vale. Scripta iam epiſtola[9], Hermia venit. Accepi tuam epiſtolam vacillantibus[10] litterulis, nec mirum[11] tam graui morbo[12]. Ego ad te Aegyptam miſi, quod nec inhumanus eſt, & te viſus eſt mihi diligere, vt is tecum eſſet: & cum eo cocum[13], quo vtere. Vale.

9. cum haec epiſtola iam ſcripta eſſet. 10. mit ſchwacher Schrifft. 11. id eſt. 12. cum tu habeas tam moleſtum morbum. 13. tibi miſi.

## XVI.

## Q. C. M. CICERONI FRATRI S. P. D.

Quintus fratri de Tirone manumiſſo & gratias agit & gratulatur.

*DE Tirone[1], mi Marce, ita[2] te meumque Ciceronem, & meam Tulliolam tuumque filium videam, vt mihi gratiſſimum feciſti, cum eum indignum illa fortuna[3], ac nobis amicum, quam ſeruum eſſe maluiſti[4]. mihi crede, tuis & illius[5] litteris perlectis, exſilui gaudio, & tibi ago gratias, & gratulor.*
*2 Si enim mihi Statii fidelitas eſt tantae voluptati[6], quantae eſſe in iſto[7] haec eadem bona[8] debent, additis litteris & ſermonibus, humanitate, quae ſunt*
*3 his ipſis commodis potiora? Ama te omnibus equidem maximis de cauſſis, verum etiam propter hanc, vel quod mihi ſic, vt debuiſti, nuntiaſti. Te totum in litteris[9], vidi. Sabini pueris & promiſi omnia, & faciam[10].*

XVII.

XVI.

1. quae feciſti de Tirone manumiſſo. 2. formula iurandi. 3. ſeruitute. 4. cum voluiſti, vt ille potius ſit nobis amicus, quam ſeruus. 5. Tironis. 6. gaudio. 7. Tirone. 8. Qualitäten. 9. ſtudiis, vel, in epiſtolis ſcribendis. 10. id praeſtabo.

XVII.

Digitized by Google

## XVII.

# M. T. C. TIRONI S. P. D.

*Tironem modeſte reprehendit, quod aduerbio* fideliter *non recte vſus fuerat. & vt valetudini ſeruiat, admonet.*

Video quid agas. tuas quoque epiſtolas vis referri in volumina. ſed heus tu, qui κανών[1] eſſe meorum ſcriptorum ſoles, vnde illud tam ἄκυρον[2], *valetudini fideliter inſeruiendo?* vnde in iſtum locum *fideliter* venit? cui verbo domicilium eſt proprium in officio[3], migrationes in alienum multae[4]. Nam & doctrina, & domus, & ars, & ager etiam 2
fidelis dici poteſt: vt ſit[5], quomodo Theophraſto placet, verecunda tralatio[6]. Sed haec coram[7]. 3
Demetrius venit ad me: quo quidem comitatu ἀφωμίλησα[8]. ſatis ſcis. tu eum videlicet non potuiſti videre: cras aderit: videbis igitur. Nam ego hinc perendie mane[9] cogito[10]. Valetudo tua me valde ſollicitat: ſed inſerui[11], & fac omnia[12]: tum te mecum eſſe, tum mihi cumulatiſſime ſatiſfacere putato. Cuſpio quod operam[13] dediſti, mihi gratum eſt. valde enim eius cauſſa volo[14]. Vale.

XVIII.

XVII.

1. regula. 2. improprium. 3. quod verbum proprie vſurpari poteſt de praeſtandis officiis. 4. ſolet autem hoc vocabulum varie vſurpari de aliis rebus. 5. vt ſit adeo. 6. modeſta metaphora. 7. prolixius exſequemur. 8. ſeparaui me, abſtinui iſto comitatu. 9. über morgen früh. 10. proficiſci. 11. huic valetudini. 12. quae ad eam conſeruandam putas eſſe vtilia. 13. tuam exhibuiſti. 14. ei faueo.



Digitized by Google

## XVIII.

## TVLLIVS TIRONI S. P. D.

*Liberto Tironi reſpondet, patroni nomina ne inuidiam ferant, deprecanti. De valetudine gratulatur, cui vt indulgeat monet. Admiſcet alia.*

QVid igitur? non ſic oportet[1]? equidem cenſeo
ſic[2], addendum etiam, S V O. ſed, ſi placet, in-
vidia vitetur: quam[3] quidem ego ſaepe contemſi.
2 Tibi διαφόρησιν[4] gaudeo profuiſſe. Si vero etiam
Tuſculanum[5], dii boni, quanto mihi illud erit ama-
bilius? Sed ſi me amas, quod quidem aut facis, aut
perbelle ſimulas[6], quod tamen in modum proce-
dit[7]: ſed, vt eſt, indulge valetudini tuae: cui qui-
dem tu adhuc, dum mihi deſeruis[8], ſeruiſti non ſa-
tis. ea[9] quid poſtulet, non ignoras. πέψιν, ἀκο-
πίαν, περίπατον, σύμμετρον τέρψιν, εὐλυσίαν κοι-
3 λίας[10]. Fac bellus[11] reuertare: non modo te, ſed
etiam Tuſculanum noſtrum plus amem[12]. Pare-
drum[13] excita, vt hortum ipſe conducat: ſic olito-
4 rem ipſum commouebis[14]. Helico nequiſſimus
HS CIↃ dabat, nullo aprico horto[15], nullo emiſſa-
rio[16],

XVIII.

1. ſcribi. 2. ſcribendum omnino eſſe. 3. inuidiam. 4. digeſtionem, vel, vt alii, euaporationem. 5. tibi proderit. 6. aut ſaltim egregie ſimulas, te valere. 7. quod tamen non immodicum eſt. 8. ſeruis. 9. valetudo. 10. concoctionem, vitationem laſſitudinis, ambulationem, conueniens alimentum, ſeu diaetam, ſolutionem commodam ventris. 11. vt ſanus. 12. amabo, ſi te ibi videro. 13. vicinum noſtrum. 14. ad locationem horti. 15. pro horto, qui tamen non erat apricus ſiue ſoli expoſitus.

16. cum

Digitized by Google

rio [16], nulla maceria[17], nulla caſa [18]. Iſte nos tanta impenſa derideat[19]? calface[20] hominem, vt ego[21] Mothonem. itaque abutor coroniis[22]. De 5
Crabra[23] quid agatur, & ſi nunc quidem etiam nimium eſt aquae, tamen velim ſcire. horologium mittam, & libros, ſi erit ſudum[24]. Sed tu nullosne tecum[25] libellos? an pangis aliquid Sophocleum[26]? fac opus appareat. A. Ligurius, Caeſaris fami- 6
liaris mortuus eſt, bonus homo, & nobis amicus. Te quando exſpectemus, fac vt ſciam. Cura te diligenter. Vale.

16. cum nullus eſſet locus in eo horto, ex quo aqua poſſet emitti. 17. da keine Wand herum geführet war. 18. vnd auch kein Gartenhaus. 19. ille nos derideat cum tantam impenſam facere nolimus? 20. commoue, fac ipſi moleſtiam. 21. calefeci. 22. ſertis ab olitore mihi datis. 23. aqua Tuſculani agri. 24. dies ſerenus. 25. habes. 26. an facis aliquod carmen ad morem Sophoclis?

## XIX.

## M. T. C. TIRONI S. P. D.

*De litteris, de Demetrio, de Aufidiano nomine.*

EXſpecto tuas litteras de multis rebus[1], teipſum multo magis[2]. Demetrium redde noſtrum, & aliud ſi quid potes boni[3]. De Aufidiano nomine[4] 2
nihil te hortor. ſcio tibi curae eſſe: ſed confice. Et ſi ob eam rem moraris, accipio cauſſam[5]: ſi id te non tenet[6], aduola[7]. litteras tuas valde exſpecto. Vale.

XX.

XIX.

1. ob multas res, vt in iis mihi multa perſcribas. 2. exſpecto. 3. efficere. 4. debito. 5. excuſationem tuam. 6. moratur. 7. celeriter redi.

XX.

Digitized by Google

## XX.

## M. T. C. TIRONI S. P. D.

*De cura valetudinis, & componendis libris: de olitore, de ſpectaculo kalendarum.*

SOllicitat, ita viuam[1], me tua, mi Tiro, valetudo: ſed confido, ſi diligentiam, quam inſtitui-
2 ſti[2], adhibueris, cito te firmum[3] fore. Libros compone[4], indicem[5], cum[6] Metrodoro lubebit, quoniam eius arbitratu viuendum eſt[7]. cum olitore[8], vt videtur. Tu potes kalendis ſpectare gladiatores[9], poſtridie redire: & ita cenſeo. verum, vt videbitur[10]. Cura te, ſi me amas, diligenter. Vale.

XX.

1. formula iurandi. 2. coepiſti. 3. ſanum. 4. diſpone, redige in ordinem. 5. & confice etiam indicem. 6. quando. 7. quoniam te oportet viuere ad eius voluntatem. 8. de quo ſupra ſcripſi, ita agas. 9. ludos gladiatorios. 10. tibi.

## XXI.

## C. FIL. TIRONI SVO DVLCISS. S. P. D.

Suum virtutis amorem ſtudiumque Cicero filius ſignificat: de praedio emto gratulatur. Antonio & Dolabella coss. aut paullo ante videtur ſcripta.

*CVm vehementer tabellarios exſpectarem quotidie, aliquando venerunt poſt diem XL & V., quam a vobis diſceſſerant: quorum mihi fuit adventus optatiſſimus. nam cum maximam cepiſſem laetitiam ex humaniſſimi & cariſſimi patris[1] epiſtola: tum*

XXI.

1. mei. 2. augmen-

Digitized by Google

*la: tum vero iucundiſſimae tuae litterae cumulum*[2]
*mihi gaudii attulerunt. Itaque me iam non poeni-* 2
*tebat intercapedinem* [3] *ſcribendi feciſſe, ſed potius*
*laetabar, fructum enim magnum humanitatis tuae*
*capiebam ex ſilentio mearum litterarum. Vehemen-*
*ter igitur gaudeo te meam ſine dubitatione accepiſſe*
*excuſationem. Gratos tibi optatosque eſſe, qui de* 3
*me rumores adferuntur, non dubito, mi dulciſſime*
*Tiro: praeſtaboque & enitar, vt in dies magis ma-*
*gisque haec naſcens*[4]*, de me duplicetur*[5] *opinio.*
*Quare quod polliceris te buccinatorem*[6] *fore exiſti-* 4
*mationis*[7] *meae, firmo id conſtantique animo fa-*
*cias licet. tantum enim mihi dolorem cruciatum-*
*que attulerunt errata aetatis*[8] *meae, vt non ſolum*
*animus a factis*[9]*, ſed aures quoque a commemora-*
*tione*[10] *abhorreant. Cuius te ſollicitudinis & do-* 5
*loris participem fuiſſe, notum exploratumque*[11] *eſt*
*mihi. nec id mirum. Nam cum omnia mea cauſſa*
*velles mihi ſucceſſa*[12]*, tum etiam tua*[13]*. ſocium enim*
*te meorum commodorum ſemper eſſe volui. Quod*
*igitur tum ex me*[14] *doluiſti, nunc vt duplicetur tuum*
*ex me gaudium, praeſtabo*[15]*. Cratippo*[16] *me ſcito* 6
*non vt*[17] *diſcipulum, ſed vt filium eſſe coniunctiſſi-*
*mum. Nam cum & audio illum libenter, tum etiam*
*eius propriam ego ſuauitatem vehementer ample-*
*ctor. ſum totos dies cum eo, noctisque ſaepenumero*
*partem:*

2. augmentum. 3. moram. 4. orta. 5. augeatur. 6. praeconem, laudatorem. 7. gloriae. 8. vitia meae iuuentutis. 9. meis. 10. illorum. 11. certumque. 12. vt omnia mihi bene ſuccederent. 13. cauſſa propter te. 14. propter me. 15. efficiam. 16. philoſopho. 17. tanquam.



Digitized by Google

*partem: exoro enim, vt mecum quam ſaepiſſime*
7 *coenet. Hac introducta conſuetudine*[18] *ſaepe in-*
*ſcientibus nobis & coenantibus obrepit*[19] *ſublataque*
*ſeueritate philoſophiae humaniſſime nobiſcum ioca-*
8 *tur. Quare da operam, vt hunc talem, tam iucun-*
*dum, tam excellentem virum videas quam primum.*
*Nam quid ego de Bruttio dicam? quem nullo tempo-*
*re a me patior diſcedere: cuius cum frugi*[20] *ſeuera-*
*que eſt vita, tum etiam iucundiſſima conuictio*[21].
*Non eſt enim ſeiunctus iocus a philologia & quoti-*
9 *diana* συζητήσει[22]. *Huic*[23] *ego locum in proximo*[24]
*conduxi*[25], *&, vt poſſum*[26], *ex meis anguſtiis*[27] *illius*
*ſuſtento tenuitatem*[28]. *praeterea declamitare*[29]
*Graece apud Caſſium*[30] *inſtitui: Latine*[31] *autem*
10 *apud Bruttium exerceri volo. Vtor familiaribus, &*
*quotidianis conuictoribus, quos ſecum Mitylenis*[32]
*Cratippus adduxit, hominibus & doctis & illi proba-*
*tiſſimis*[33]. *Multum etiam mecum eſt*[34] *Epicrates*
*princeps Athenienſium, & Leonides, & horum cete-*
11 *ri ſimiles.* τὰ μὲν οὖν καθ' ἡμᾶς τάδε[35]. *De Gor-*
*gia*[36] *autem quod mihi ſcribis, erat quidem ille in*
*quotidiana declamatione vtilis: ſed omnia poſtpo-*
*ſui, dummodo praeceptis patris*[37] *parerem:* διαῤῥή-
δην[38]

18. dum igitur haec conſuetudo introducta eſt a nobis. 19. Cratippus. 20. bona, honeſta. 21. conuerſatio. 22. mutua quaeſtione, Diſcours. 23. Bruttio. 24. in vicinia mea. 25. gemiethet. 26. ſo gut ich kan. 27. paupertate, geringen Mitteln. 28. paupertatem. 29. perorirenn, orationes habere. 30. Rhetorem. 31. in declamationibus Latinis. 32. ex inſula Mitylene. 33. quos ille vehementer probat & laudat. 34. conuerſatur. 35. hactenus de iis, quae ad me pertinent. 36. rhetore. 37. mei.

38. expli-

Digitized by Google

*δην[38] enim ſcripſerat, vt eum dimitterem ſtatim. tergiuerſari[39] nolui, ne mea nimia σπουδὴ[40] ſuſpicionem ei aliquam importaret[41]. deinde illud etiam mihi ſuccurrebat[42], graue[43] eſſe, me de iudicio patris iudicare. tuum tamen ſtudium, & conſilium* 12
*gratum acceptumque eſt mihi. Excuſationem anguſtiarum tui temporis accipio. ſcio enim quam ſoleas eſſe occupatus. Emiſſe te praedium vehementer* 13
*gaudeo: feliciterque tibi rem iſtam euenire cupio. Hoc loco me tibi gratulari, noli mirari. Eodem enim fere loco, tu quoque emiſſe te, feciſti me certiorem. habes[44], deponendae vbi ſunt vrbanitates[45]. Ru-* 14
*ſticus Romanus factus es, quomodo ego mihi nunc ante oculos tuum iucundiſſimum conſpectum propono; videor enim videre ementem te ruſticas res, cum villico loquentem, in lacinia[46] ſeruantem ex menſa ſecunda[47] ſemina. Sed quod ad rem pertinet, me* 15
*eum tibi defuiſſe, aeque ac tu doleo. Sed noli dubitare, mi Tiro, quin te ſubleuaturus ſim, ſi modo fortuna me[48]: praeſertim cum ſciam communem nobis emtum eſſe iſtum fundum[49]. De mandatis[50] quod* 16
*tibi curae fuit, eſt mihi gratum. ſed peto a te, vt quam celerrime mihi librarius[51] mittatur, maxime quidem Graecus. Multum mihi enim eripitur operae[52] in exſcribendis hypomnematis[53]. Tu velim in pri-*

38. explicate, aperte. 39. ei non morem gerere. 40. diligentia. 41. adferret. 42. in mentem. 43. indecorum. 44. igitur nunc praedium ruſticum. 45. mores vrbani. 46. pars extrema veſtis. 47. vom Nachtiſch, in qua apponi ſolebant poma. 48. ſubleuet. 49. praedium. 50. de illis, quae ego tibi mandaui. 51. ſeruus, qui deſcribat mihi libros. 52. temporis. 53. libellis philoſophicis.



Digitized by Google

*in primis cures, vt valeas, vt vna συμφιλολογεῖν*[54] *poſſimus. Antherum tibi commendo. Vale.*

54. de litterarum ſtudiis colloqui.

## XXII.

## TVLLIVS TIRONI S. P. D.

*Valetudinis curandae admonet aegrotantem: librarios tamen regere iubet: addit de variis.*

SPero ex tuis litteris tibi melius eſſe: cupio certe[1]. cui quidem rei omni ratione cura[2], vt inſeruias: & caue ſuſpiceris contra meam voluntatem te facere, quod non ſis mecum: mecum es, ſi
2 te curas. Quare malo[3] te valetudini tuae ſeruire, quam meis oculis & auribus. etſi enim & audio te, & video libenter: tamen multo erit, ſi valebis,
3 iucundius. Ego heic ceſſo[4], quia ipſe nihil ſcribo. lego autem libentiſſime. Tu iſtic, ſi quid librarii mea manu[5] non intelligent, monſtrabis. vna omnino interpoſitio difficilior eſt, quam ne ipſe quidem
4 facile legere ſoleo. de quadrimo Catone[5]. De triclinio[6] cura, vt facis. Tertia[7] aderit, modo ne Publius rogatus ſit. Demetrius iſte nunquam omnino Phalereus fuit: ſed nunc plane Bellienus[8] eſt. Itaque te do vicarium: tu eum obſeruabis.
5 Etſi[9]: veruntamen de illis[10]: noſti cetera. ſed tamen ſi quem cum eo ſermonem habueris, ſcribes ad me vt mihi naſcatur[11] epiſtolae argumentum,

XXII.

1. id ita eſſe. 2. fac. 3. magis volo. 4. otium habeo. 5. locus obſcurus. 6. Speiſe-Tiſch. 7. nomen proprium feminae. 8. locus pariter obſcurus. 9. apoſiopeſis. 10. apoſiopeſis. 11. vt ego accipiam.

XXIII.

Digitized by Google

tum, & vt tuas quam longiſſimas litteras legam. Cura mi Tiro, vt valeas. hoc mihi gratius facere nihil potes. Vale.

## XXIII.

## TVLLIVS TIRONI SVO S. P. D.

*Hortatur, vt profeſſionem conficiat, ſcribitque ſibi in animo eſſe amicitiam Antonii conſeruare.*

TV vero confice profeſſionem[1], ſi potes. Etſi haec pecunia ex eo genere eſt, vt profeſſione non egeat. Verumtamen Balbus ad me ſcripſit tanta ſe epiphora[2] oppreſſum, vt loqui non poſ-
ſit. Antonius de lege quid egerit, liceat modo ru- 2
ſticari[3], ad Bithynicum ſcripſi. de Seruilio tu videris, qui ſenectutem non contemnis. etſi Atticus noſter, quia quondam me commoueri πανικοῖς[4] intellexit, idem ſemper putat[5]: nec videt, quibus praeſidiis philoſophiae ſeptus[6] ſim: & hercle,
quod[7] timidus ipſe eſt, θορυβοποιεῖ[8]. Ego tamen 3
Antonii inueteratam ſine vlla offenſione amicitiam retinere ſane volo: ſcribamque ad eum, ſed non ante, quam te videro: nec tamen te auoco a ſyngrapha. γόνυ κνήμης[9]. cras exſpecto Leptam.

XXIII.

1. Pecuniae & facultates profitendae & denuntiandae erant publice, vt ſcribitur, quantum quisque poſſideret; quod fieri ſolebat per ſeruos. 2. oculorum morbus, deſtillatione lacrymarum. 3. ruſticum agere. 4. terroribus panicis, id eſt, maximis. 5. ſe facere poſſe. 6. munitus, contra omnem metum. 7. quoniam Atticus. 8. terrorem facit & tumultum. 9. genu propius eſt tibia; das Hembd iſt näher als der Rock.



Digitized by Google

ptam. etenim ad eius rutam pulegio mihi tui ſer-
monis vtendum[10] eſt.

10. acerbitas ſermonis eius temperanda mihi eſt per ſuauitatem tui ſermonis.

## XXIV.

## TVLLIVS TIRONI S. P. D.

*Domeſticas res, deinde publicas narrat.*

ETſi mane Harpalum miſeram, tamen cum ha-
berem, cui recte darem litteras, etſi noui nihil
erat, iisdem de rebus volui ad te ſaepius ſcribere;
non quin confiderem diligentiae tuae, ſed rei ma-
2 gnitudo me mouebat. Mihi prora & puppis, vt
Graecorum prouerbium eſt, fuit a me tui dimit-
3 tendi[1], vt rationes[2] noſtras explicares. Offilio
& Aurelio vtique ſatisfiat. a Flamma, ſi non potes
omne[3], partem aliquam velim extorqueas. *In*
primisque, vt expedita ſit penſio kalendis Ian. de
attributione[4], conficies: de repraeſentatione[5] vi-
4 debis[6]. De domeſticis hactenus: de publicis
omnia mihi certa[7]. Quid Octauius, quid Anto-
nius[8]: quae hominum opinio[9]: quid futurum
putes, ego vix teneor, quin accurram. Sed ſt!
litteras tuas exſpecto: & ſcito Balbum tum fuiſſe
Aquini, cum tibi eſt dictum: & poſtridie Hirtium.
Puto vtrumque ad aquas[10]. Sed quod egerint
Dola-

XXIV.

1. ſumma conſilii mei, maximum ſtudium, in te mittendo. 2. Rechnung. 3. totam ſummam pecuniae debitae. 4. Anweiſung. 5. weiterer Vorſtreckung mehrern Geldes. 6. quid faciendum ſit. 7. ſunt. 8. faciat. 9. ſit. 10. nomen loci.

11. de

Digitized by Google

Dolabellae procuratores, fac admoneantur. appellabis[11] etiam Papiam. Vale.

11. de debito ſoluendo, mahnen.

## XXV.

## CICERO FIL. TIRONI S. P. D.

Litteras a Tirone quam creberrimas requirit.

*ETſi iuſta, & idonea vſus es excuſatione de intermiſſione[1] litterarum tuarum: tamen id ne ſaepius facias rogo. nam etſi de repub[2]. rumoribus[3] & nuntiis[4] certior fio, & de ſua in me voluntate[5] ſemper ad me perſcribit pater: tamen de quauis minima re ſcripta a te ad me epiſtola ſemper fuit gratiſſima[6]. Quare cum in primis tuas deſiderem litteras, noli committere[7], vt excuſatione[8] potius expleas officium ſcribendi[9], quam aſſiduitate[10] epiſtolarum. Vale.*

XXVI

XXV.

1. neglectione reſpondendi. 2. de iis quae aguntur in rep. 3. per rumores. 4. per nuntios, qui ad nos veniunt. 5. fauore. 6. iucundiſſima lectu. 7 facere. 8. per breuem excuſationem. 9. ad me. 10. per frequentiam.



Digitized by Google

XXVI.

## Q. CICERO TIRONI S. P. D.

Negligentiae in mittendis epiſtolis accuſat, quas etiam ſine argumento ſcribi poſtulat. Familiariter & iocoſe.

*VErberaui te cogitationis tacito duntaxat conuitio[1], quod[2] faſciculus alter ad me iam ſine tuis litteris perlatus eſt. Non potes effugere huius culpae[3] poenam, te patrono[4]. Marcus eſt adhibendus. Isque diu, & multis lucubrationibus commentata[5] oratione vide vt probare poſſit, te non peccaſſe. Plane te rogo, ſicut olim matrem noſtram facere memini, quae lagenas[6] etiam inanes obſignabat, ne dicerentur inanes aliquae fuiſſe, quae furtim eſſent exſiccatae: ſic tu etiam, ſi quod ſcribas, non habebis, ſcribito tamen, ne furtum ceſſationis[7] quaeſiuiſſe videaris. Valde enim mihi ſemper & vera, & dulcia tuis[8] epiſtolis nuntiantur. Ama nos, & Vale.*

XXVI.

1. Tacite ſolummodo te accuſaui negligentiae alicuius. 2. quoniam. 3. negligentiae. 4. cum tu ipſe mihi ſis patronus. 5. meditata. 6. Weinflaſchen. 7. iniquam excuſationem tuae negligentiae. 8. in tuis.

XXVII.

## Q. C. TIRONI SVO S. P. D.

Inuehitur in conſules deſignatos Hirtium & Panſam. Beneuolentiam ſuam ſignificat.

*MIrificam mihi verberationem[1] ceſſationis epiſtola[2] dediſti. nam quae parcius frater perſcripſerat,*

XXVII.

1. accuſationem. 2. in epiſtola tua.

3. ex

Digitized by Google

*pſerat, verecundia[3] videlicet & properatione, ea tu
ſine adſentatione, vt[4] erant, ad me ſcripſiſti, & ma-
xime de conſulibus deſignatis: quos ego penitus noui
libidinum & languoris effeminatiſſimi animi ple-
nos[5]: qui niſi a gubernaculis[6] receſſerint, maximum
ab vniuerſo naufragio periculum eſt. Incredibile eſt,* 2
*quae ego illos ſcio oppoſitis Gallorum caſtris in aeſti-
uis feciſſe: quos ille latro[7], niſi aliquid firmius fue-
rit[8], ſocietate vitiorum deliniet[9]. Res eſt aut tri-
buniciis[10], aut priuatis conſiliis munienda. Nam
iſti duo[11] vix ſunt digni, quibus alteri Caeſenam[12],
alteri Coſſutianarum tabernarum[13] fundamenta
credas[14]. Te, vt dixi, fero oculis[15]. Ego vos ad* 3
*d. IIII. kal. videbo, tuosque oculos, etiam ſi te ve-
niens in medio foro videro, diſſauiabor[16]. Me ama.
Vale.*

3. ex modeſtia. 4. wie es an ſich ſelbſt war. 5. habere. 6. gubernatione reip. 7. Antonius. 8. niſi aliquid ei opponatur, in quo major fiducia poſſit collocari. 9. ad ſuas partes trahet, vel, decipiet. 10. per conſilia tribunorum plebis. 11. conſules, Hirtius & Panſa. 12. vile oppidum in Gallia Ciſalpina. 13. nomen oppidi obſcuri. 14. defendenda. 15. valde amo. 16. oſculabor.

# INDEX I.
## RERVM NOTABILIORVM.


ACademia adoleſcentior 9. 8, 2
Academiae diuiſio, ibidem.
gymnaſium 4. 12. 10
Acaſtus ſeruus Ciceronis 15. 5. 2
Achaia Rom. prouincia 13. 27, 5
Acilius Achaiae praeſes 7. 29. 3 & 7. 31, 3.
Siciliae procoſ. 13. 30. ſeq.
Actium oppidum 16. 6. 3
Aduocati qui 7. 11. 1 & ep. 14, 3
ad vrbem eſſe 3. 8. 1
Aedilium fuit ludus dare 8. 2, 8. n
Aedui *vide* Haedui
Aelius iuriſconſultus 7. 22, 2
Aemilia *via* 10. 30. 11
Aemilius Paullus 4. 6. 6.
alius 15. 12 & 13
Aeſculapio ſatisfacere 14, 7. 2
Africani mors 9. 21, 9
Agamemnon rex regum 9. 14. 5
Ageſilaus fingi noluit 5. 12, 23
Agaſius amicus Cic. 13. 71. 2
Alabandeis *pl.* Ἀλαβανδεῖς, 3. 56. 2
Alabandenſis 13. 64. 3
Albinus ſocer P. Sextii 13. 8. 3
Alexander fingi pingiue promiſcue noluit 5. 12, 22
Allobroges 10. 11, 7 & ep. 15. 6.
Alſienſe *praedium* 9. 6. 2
Alyzia opp. 16. 2, 2 & ep. 3
Amanus mons 2. 10. 4
Amanienſes, ibid. ſect. 5
Ammonius legatus Ptolemaei 1. 1. 2
Amphiaraus 6. 6. 11
Andabatam defraudare 7. 10. 6.
Ancharius praetor 13. 40
animae immortalitas dubitata 4. 5. 15 & 5, 16. 4
negata 6, 3, 7
Anneius legatus 13. 55, 5 & 57. 1
Antiochea Syriae 12, 15, 17
Antiochus Commagenus 15. 1. 3.
Antipater Derbetes 13, 73, 2
Antiſtius quaeſtor Maced. 13. 29. 7
Corcyrae mortuus, ibid. ſ. 12
Antonius orator 6. 2, 6
eius apophtegma. ibidem.
anulo aureo donari 10. 32, 3
Apamea Phrygiae 2. 17. 4 & 3. 8. 5


Apelles

Apelles ſ. 12. 22.
reliquit non perficienda 1. 9. 36
Apollinis aedes extra vrbem. 8. 4. 10
Apollini &Aeſculapio 14,7. 2
Apollonia ad mare 13. 29. 9
Appiani *pop.* 3. 7. 2 & ep. 9. 2
Appietas 3. 7. 12.
Appius reus a Dolabella 8. 6. 1
absſolutus 3. 12. 1.
Claud. Caecus 3. 11. 16.
Pulcher cenſor 3. 13. 8.
Aquinum opp. 9. 24. 3.
ara Caeſari poſita 9. 14. 7 & 11. 2. 4
arae Alexandri 1ſ, 4, 17
Argenteum flumen 10. 34. 2
Ariobarzanes rex pater 1ſ. 2. 9.
filius 1ſ. 2. 6.
AriſtippusSocraticus 9. 26. 6
Ariſtarchus 3. 11. 1ſ.
Arpinum patria Cic. 13. 11. 1
Arſacen capere 8. 14. 1
artolaganus 9. 20. 6
Artuasdes rex 1ſ. 2. 4
Aſclapo medicus 13. 20 & 16. 9
Aſtura villa Ciceronis 6. 20. 7
Atellana fabula 9. 16. 16.
Athenais regina 1ſ. 4. 11
Auianus Aemilius 13. 27. 2
Hammonius ibidem.
auctoritas ſenatus intercesſit. 1. 2. 11
ſcripta 1. 7. 8 & 13
Auctus praeſes Achaiae 7. 29, 3
augur Antonius 12, 22, 1
Appius 3. 10. 29
Caeſar 13. 68. 4.
Cicero, *paſſim ceteros* collegas *vocans*,
Cornificius 12, 17. pr.
Hortenſius 3. 8. 29.
C. Marcellus 1ſ. 8
Seruilius Vatia 13. 68. pr.
augurales libri 3. 4. 3

B.

Baiae 9. 2, 11 & ep. 12. 1
Balbus pater, filius 10. 32. 1
amicus Caeſaris 6. 8. 1 & ep. 19. 1
Bargilia *opp.* 13. ſ6, ſ
Baſilius *ſiue* Baſillus 6. 16
Baſſi Caecilii geſta 11. 1. 6
Bauli locus Campaniae 8. 1. 10
belli ciuilis hiſtoria 7. 3
bellum Italicum ſ. 12. ſ.
bibliothecarum imagines 7. 23. 6
bis ad eundem lapidem, *Prov.* 10. 20. ſ
Bithynicus *viri* nomen 6. 17. pr.
Bogudis regnum 10. 32. 1
braccatae nationes 9. 1ſ. ſ
Britannia ſterilis 7. 7. 2
Brutus *Decimus* Galliae Ciſalp. praeſes 6. 6. 20.
Bulliones *pop.* 13. 42. 3
Burſa *Minatius Plancus* 7. 2. 3.
Buthrotum opp. 16. 6. 7



Digitized by Google

C

Caecilius Baſſus 11. 1. 6 & 12. 11. 2
Caecina Volaterranus 6. 6. 15. n.
Caecinae ingenium 6. 5. 6. in Sicilia 6. 8. 4
Caeſar damnatos reſtituit 6. 6. 21.
peregrinos in ſenatum legit 9. 15. 5
praefectus moribus 9. 15. 14.
remp. ſimulabat ibid. 5. 13
Venere prognatus 8. 15. 8
ſtatua 12. 3. 1
Caeſena opp. 16. 27
Calacte opp. 13. 37. 1
Calliſthenes hiſtoricus 5. 12. 5
Calpe opp. prom. 10. 32. 1
Caluiſius Africam poſcit 12. 30. 15
Camillus familiaris Cic. 14. 5. 5 & ep. 14
Campanus ager diuidundus 8. 10. 11
campus *Martius* 7. 30. 3
Caninius breuiter cos. 7. 30. 5
trib. pleb. 1. 2. 1
cantharidum ſuccus 9. 21. 9
cantherius *equus* 9. 18. 6
Capenas ager 9. 17. 4
Capitonis hereditas 13. 29
Capua 16. 11 fin.
Caſſius quaeſtor Syriae 8. 10. 1. n.
ei poſt Craſſum praefuit 2. 10. 4.
Caſtulonenſis ſaltus 10. 31. 2
Cato *Caius* 1. 2. 11. & ep. 5. 3 & 11
Cato *ſcriptus liber* 7. 24. 7
Catonis cenſorii filius 4. 6. 6
Caunus *opp.* 13. 56. 5
cenſus equeſter 9. 13. 7
Carellia 13. 72
Cibyra vrbs Phrygiae 13. 21. 2
Chryſippus Stoicus 9. 4. 2
Cibyrathae *pantherae* 8. 4. 13 & 8. 9. 7
Cicero imperator 3. 9. 14
ei Gallia obtigit 5. 2. 6
Ciceronis ſecundae nuptiae 4. 14.
filii ſtudia 12. 16
Ciliciae proconſules 3. 7. 11
Cimber Tillius 6. 13. 6
Ciſpius Laeuus 10. 18. & 20
Claterna *oppidum* 12. 5. 5
clientelae prouinciarum 15. 4. 40
Cluuius Puteolanus 13. 56. 1
Clytaemneſtra, *fabula* 7. 1. 8
Cneus Pompeius Cn. F. fatuus 15. 19. 6
Colophon *opp.* 13. 69. 3
columna Caeſari poſita 9. 14. 7
columnarii, criminoſi, 8. 9. 11
Comanorum ſacerdos 15. 4. 12
comitatus clientum 10. 12. 4
comitiales dies 8. 8. 13 & ep. 11, 1
comitia tributa 7. 30. 4

Com-

Digitized by Google

Commagenus Antiochus 15. 1. 3
Comum *vide* Nouocomum
conſules ſuffecti Caeſari 7. 30. 3
conuentus ſenatorum 4. 1. 6
Corinthus alta arx 7. 6. 3
Cornificii pater, filius 12. 28. 2
Corcyra inſula 16. 7. 1
Corduba *vrbs* 10. 32. 14
Corycus opp. 12 13. 8
Coſſutianae tabernae 16. 27
Craſſipes gener Ciceronis 1. 7. 28
Cratippus philoſophus 12. 16. 6
Crommyuacris *prom.* 12. 13 13
Cularo *oppid.* 10. 23. 18
Culleolus procos. 13. 42. 1
Cumanum, villa Cic. 7. 4. 1
Cures *oppid.* 15. 20. 1
Curio pater 1. 4. 2 & 2. 2. 1
filius quaeſtor Aſiae 2. 1. 5
tribunus pl. 2. 7
theatrum 8. 2. 4
Curius Patris negotians 13. 17. 1
Cibyſtra *opp.* 15. 2. 9
Cyprus ſub procos. Ciliciae 1. 7. 9
Cytheris Volumnia 9. 26. 5

D.

Decuriones 6. 19. 2
deductio clarorum de domo 10. 12. 4
defoſſio cumburendi, ſupplicium 10. 32. 7
Deiotarus rex 8. 10. 2 & 15 4. 9
Demiurgus, *comoedia* 9. 22. 2
Derbetes Antipater 13. 73. 2
Diodorus dialecticus 9. 4. 1
Diodotus Stoicus ibidem Ciceronis domeſticus 13. 16. 8
dioeceſes cis Taurum 3. 8. 15
Aſiaticae 13. 67. 1
Dionyſii regis ſchola Corinthiaca 9. 18. 1
Dionyſius libertus 12. 24. 5
ſeruus a bibliotheca 13. 77. 4
fugitiuus 5. 9. 6
diuidere ſententiam 1. 2. 3
Dolabella Appium accuſat. 3. 10. 2 & 8. 6. 1
defenſus a Cicerone in capitali cauſſa 3. 10. 14
Tulliam duxit patre inſciente 3. 12. 4
Tulliae prudentia temperandus 2. 15. 2
Tulliam dimiſit
in Aſia 12. 12. 3
hoſtis iudicatus 12. 15. 8
oppreſſus in Syria 12. 14. 13
Domitii 6. 23. 1
Dyrrachium 14. 1. 13 & ep. 3. 8

E.

Ecdici 13. 56. 3
Elis *lis gen.* vrbs Elidis regionis 13. 26. 5
Eleutherocilices 15. 4. 20

embat-

Digitized by Google

embaeneticam facere 8. 1. 10
Epaminondas moriens 5. 12. 16
Epidaurus *oppid.* 4. 11. 2
Epiroticae poſſeſſiones 13. 18. 7
Epiphanea 15. 4. 13 & 17
Eporedia 11. 20. 10.
Equus Troianus, *tragoedia* 7. 16. 1.
equis viris *prouerb.* 9. 7. 2
eſſedarii 7. 6. 5 & ep. 10. 6.
eteſiae 2. 15. 7. & 12. 25. 9
Etruſca diſciplina 6. 6. 4
euocatorum manus 15. 4. 4
praefectus 3. 6. 12
exhedria *plur.* 7. 23. 13.

F

Fabius commendatur 2. 14. & 15. 14
Fabrateria *opp.* 9. 24. 3
fabrûm praefectus 3. 8. 20.
Forum Gallorum *vicus* 10. 30. 4
Iulii 10. 17. 1
Voconii 10. 17. 1 & ep. 34. 2
Fregellae 13. 76. 3
frumentariae praefecturaPompeii 13. 65. 3
Furnius legatus 10. 8. 11

G

Gallia Lepidi 10. 33. 9
Gallinaria ſilua 9. 23. 1
Gallus Cornelius 10. 32. 14.
Sulpicius 4. 6. 6
generi Ciceronis 1. 7. 28
gloria per ſe non expetenda 15. 4. 31
Graeci negligentiores 16. 4
Granius praeco 9. 15. 6
gymnaſium Academia 4. 12. 10

H

Haedui fratres Romanorum 7. 10. 11
Hales fluuius 7. 12. 2. & ep. 20. 3
Haleſina ciuitas 13. 32. 1
Hector Naeuianus 5. 12. 25 & 15. 6. 1
Helleſpontus regio 13. 53. 3.
Heracleotae *Cariae* 13. 56. 5
Hercules Xenophontius 5. 12. 16.
Hillus, *Hirrus* 2. 10. 1
Hipponax ſatyricus 7. 24. 3 n.
Hirrus 8. 3. 3 & ep. 9. 1
Hirtius vincit 10. 30. 13
perit 10. 33. 15
Hiſpalis *vrbs* 10. 32. 8.
Hiſpania citerior 1. 9. 29
Hiſpanienſis caſus 2. 16. 16.
Hiſpo amicus Cic. 13. 64 & 65
horrea imperii Rom. 1. 9. 16
Hortenſius ſine bello 2. 16. 12
exſibilatus 8. 2. 4

I.

Iamblichus phylarchus 15. 1. 5
Iconium *oppid.* 3. 7. 8 & 15. 3. 1.



Digitized by Google